BIBLIOTHECAE

SCRIPTORUM

SOCIETATIS JESU

SUPPLEMENTA.

SUPPLEMENTUM PRIMUM.

ROMAE MDCCCXIV.
APUD FRANCISCUM BOURLIÈ

SUPERIORUM PERMISSU.

Sed agamus bonum patrem familiae : faciamus ampliora, quae accipimus : major ista haereditas a me ad posteros transeat. Multum adhuc restat operis multumque restabit : nec ulli nato post mille saecula praecludetur occasio aliquid adhuc adjiciendi .... multum egerunt, qui ante nos fuerunt, se non peregerunt.

Seneca Epistola 64. libri primi.

DOCTISSIMIS, ET HUMANISSIMIS
BIBLIOTHECARUM PRAEFECTIS.

Jam diu mecum, eruditissimi viri, ratum habueram hunc qualemcumque laborem, insigniter profecto laboriosum, Vobis consecrare. Etsi plurimas a vestrum omnigena eruditione, et acerrimo in scriptis perpendendis judicio debebam reprehensiones timere; humanitas vero vestra, quam ex omnibus hominum ornamentis maximum jure reputatis, a quocumque me metu solvit; et adeo ipsa me recreat, ut summam erga me benignitatem mihi a vobis pollicear, ac sperem. Ex ipsa suscepti operis praefatione perspicue liquet, quot, quamque magnae mihi fuerunt subeundae, ac superandae difficultates in aggrediendo, et aliquomodo perficiendo hoc tam vario commentario. Est etiam illud, quod Vos praeclaris scriptis editis experientia probe nostis, quanti sit negotii, et quam improbus labor accedat, dum otium, ac quies Scriptori debebatur, ex decertando cum typothetis latini sermonis ignaris, et in emendandis, si adjutorem non habeat, typorum erroribus. Haud quaquam miremini, humanissimi Viri me Vos in Maecenates, ut mos est ita nominari viros, quibus libri dicantur, elegisse. Id de industria libentissime feci. Optimatibus, sic fere fert usus, hujusmodi consecrationis officium praestatur, in quibus, non dicam omnibus, eruditio saepe desideratur. Potius mihi esse duxi Sapientiae Thesauros, quam aureorum quaerere. Vos illis affluere quis est qui non fateatur? Neminem habetis Sapientiae, ac doctrinarum gradu superiorem. Una vos eruditio ad has Praefecturas evexit; una inquam, sed universalis eruditio, doctrinas omnes complectens. Vobis familiarissimos habetis Theologos, Philosophos, Mathematicos, Physicos, Poetas, Oratores etc. Quid plura? consuetudo contubernii vos cum omnibus Scriptoribus conjungit, quos vestrum est eos crebro invisere, de eorum dignitate judicare, et vestras Bibliothecas adeuntes edocere. Haud semel mihi subit illa cogitatio, aut si mavultis, somnium illud jucundissimum, Vos, eruditissimi Viri, a Sapientia fuisse vocatos in speciosam Domum, quam ipsa aedificavit, Comitia celebraturos. Sileant Academia, Ly-

caeum, et quotquot Athenis, et in reliqua Graecia Scholae floruerunt. Quot, et quales in hanc praeclarissimam Sapientiae Domum ex Italia viri conveniunt! Praefectos Roma suos mittit Vaticanos, Minervitanos, Angelicos, Gregorianos, Chigios, Alexandrinos, Barberinios, Corsinios, Altierios etc. Florentia suos Mediceos, Magliabecchianos. His comites adveniunt Mutinenses, Mediolanenses, Bononienses, Ferrarienses, Veneti, Neapolitani, Panormitani, Genuenses etc. Germania vero tot illustribus Academiis nobilissima en quot Legatorum praeclarissimam turbam ad Sapientiae comitia mittit. Enumera, si potes, Vindobonenses. Gottinganos, Vitembergenses, Augustanos, Lipsienses, Budenses, Jenenses, Pestinos etc. quibus accedunt Petropolitani, Berolinenses, Hafnienses, Holmienses, Bavarici, Poloni etc. Ad comitia Galli contendunt Parisienses, Lugdunenses, Monspessulani etc. cum Sociis Bruxellensibus, Nancejanis etc. Ex Britannia ad Comitia navigant Londinenses, Oxonienses, Cantabrigienses, Glaseovienses, Dublinenses, Edemburgenses etc. Jam ad Comitia ex Hispania se conferunt Madritani, Escurialenses, Toletani, Populetani, Hispalenses, Salmantini, Complutenses, Ulyssiponenses, Eborenses, Conimbricenses etc. neque desunt quamvis ex tam dissitis regionibus, Mexicei, ac Peruani etc. Quem coetum non dicam Superiorem, sed neque parem vestris Comitiis mens ulla hominum posset excogitare? In his numquam visis, neque excogitatis comitiis vigent linguae non modo in Europa usitatae, Germanica, Anglica, Etrusca, Latina, Hispanica, Gallica, Illyrica etc.; sed etiam illae, quae in Oriente vigent, Graeca, Hebraica, Syriaca, Chaldaica, Arabica, Sinica, etiam, et Americana, quarum nequaquam estis expertes. Si oculos ad Scientias intendere mihi lubet, in Comitiis mirabor eximios Theologos, Philosophos, Historicos, Jurisprudentes etc. Quidquid, uno verbo, toto orbe scitur in his Comitiis continetur. Hac de causa mihimet qlurimum congratulor me Vos, eruditissimi Viri, in Maecenates designasse, et elegisse, quia neminem alium vobis sapientiorem, neque aeque sapientem possem reperire. Divinum in plurimos annos Vos sospitet Numen, ad confirmandam, ut facitis egregiis scriptis, ejus Divinam Christianam Religionem, et ad scientias et artes illustrandas.

LECTORIBUS ERUDITIS.

RAYMUNDUS DIOSDADO CABALLERO.

Cum plurimorum noverim Eruditorum hominum vota, qui Bibliothecae scriptorum e S. J. continuandae magno inprimis desiderio tenerentur; et multorum etiam, ad quos munus hoc exequi maxime pertinere videbatur, negligentiam, seu timiditatem potius tacitus, mecum ipse reprehenderem: hanc difficilem, duramque provinciam in me accipere decrevi, quo optatis illorum morem aliquomodo gererem, et horum incuriae, seu immoderatae potius cautioni, qua possem, occurrerem.

Iam diu mihi exploratum erat Thyrsum Gonzalez de Santalla S. I. Praepositum Generalem seriam plane cogitationem suscepisse de Bibliotheca emendanda, et augenda, cujus diligentissimi Praesidis extant de hoc suo consilio litterae apposità die 15. Martii an. 1698. ad omnes Societatis Provinciales, ut singulorum partes essent Provinciae ab unoquoque administratae Scriptorum elogia, et elucubrationes colligere, Romam illasque mittere. Huic haud exiguae Thyrsi laudi, merito nunc quoque adjungenda est (loco ne desim, et memoriae iam claudicanti) illa profecto magna, et fructuosa in instituendis, fovendisque Memoriis, ut dicunt, Trevoltianis datis litteris 26. Martii 1701. ad Provinciarum Moderatores, ut animum tanto operi exequendo unusquisque vehementer intenderet; propterea quod ajebat vigilantissimus Pater, hujusmodi Lycaeum, cum Societati honorificentissimum, tum rei Christianae utilissimum fore.

Decretum igitur fuit, ut ad Bibliothecam revertar, Nostro Philippo Bonanni Maronitarum tunc in Urbe Rectori, ut elogia ex Provinciis transmissa, recta ratione a se ipso primum digesta, in lucem proferret: Philippus vero huic muneri splendide obeundo alioquin idoneus, vel studiis aliis oblectatus, vel Provincialium, quorum auxiliis res conficienda erat, ob proscrastinationes, ultra quam aequum erat productas, levissimam ille, ne nullam dicam labori manum admovit. Michael Angelus Tamburini propositum Thyrsi cui vita functo sublectus fuerat, urgere instituit, litteris ad Provinciales exaratis die 22. Ianuarii an. 1724., quas idem institutum premens iterum dedit die 2. Decemb. eodem anno. Itaque Bonanni mortalitatem explentis personam suscepit Iosephus Renatus Tournemine, siquis alius, nisi negligens seu quod verius puto, in aliena studia nimis distractus, in quibus suam praeclarius operam collocare censebat, Bibliothecam fuisset additamentis, et emendationibus illustraturus. Idque maxime; propterea quod instructus omnino fuerat commentariis m. ss. ab universis Provinciis praeter unam Lusitanam missis de singularum Scriptoribus. Joannes Maria Kervillars, et Claudius Renatus Hougnant acceptis ex Tournemine commentationibus pari negligentia languentes praeclarum adeo donum, quod iisdem erat in manu infructuosum reddiderunt. Demum Franciscus Retz Tamburino e vivis erepto subrogatus hoc onus subeundum injunxit Francisco Oudin anno 1738. Vir iste doctrinarum fere omnium peritissimus summa animi contentione nihil diligentiae, et assiduitatis desiderari passus est in officio commisso integre, cumulateque praestando. Sed alieno sane tempore hominem mirifice operosum et eruditum mors nobis ademit ann. 1752., quo tristissimo fato spes, votaque Societatis et Eruditorum prope ad irritum ceciderunt. Prima enim quatuor elementa serie Alphabetica nominum procedens digesserat, et illustraverat. Reliquit etiam ille septingentos

Scriptores ad alia elementa pertinentes omnibus numeris absolutos, vel levioris emendationis vix patientes. Utinam hoc saltem Oudinus suae industriae, ingenii, et judicii, quibus ornamentis maxime pollebat, suavissimos fructus nobis degustandos protulisset. Quam satius fuisset partem haud exiguam, et egregie nobilem luci committi; quam spe totius operis una simul edendi, illam iam perfectam intenebris jacere. Oudini denique vitae curriculo confecto commentarii Superiorum jussu ad Joannem Franciscum de Courtois elegantem, atque eruditum hominem delati sunt omnes, cum potestate ab iisdem facta Provincias cum socio librario haud indocto visitandi, et bibliotheeas, et tabularia, quae opus fuerint, inspiciendi. Hac equidem potestate, veluti mirabili auxilio usus Provincias Courtoisius impigre adiit, bibliothecas perlustravit, Societatem, et eruditos quoscumque voti compotes facturus. Sed cum saevientis fortunae casu hominem plura colligentem, et parantem vita defecisset, quidquid industriae, et eruditionis in Bibliothecam augendam contulerat, in tenebris latuit. Quae vero ipse ad Oudini sudores adjecerit, in promptu non habeo, sed minime in dubio ponam, quin homo sedulus tot facultatibus, ac praesidiis instructus, sumptibus etiam non ex suo, sed ex aliis petitis, non vulgares accessiones ad Oudinum antecessorem attulerit. Horum ergo virorum laboribus, vel vix susceptis, vel in viae fere medium, uti cum laude Oudinus fecit, perductis, meas etiam facultates, quamvis exiguas adhibere constitui his supplementis, quae in lucem edo. Utinam mihi pari conditione, qua illi usi fuerunt, uti daretur. Sed alia sunt tempora.

Arduum quidem opus aggredior, et in tam acerbo rerum statu haud parvo negotio conficiendum; in quo difficultates plurimae, auxilia fere nulla se ostendunt. Magna Sociorum a se invicem distractio; unde nulla, aut exigua inter eosdem communitas; frequens plurimorum qui te juvare possent, interitus: aliorum exilium etiam iteratum, et librorum, praecipue commentariorum mss. jactura numquam redimenda, maximo sunt impedimento huic proposito perficiendo. Quibus profecto gravissimis incommodis si numorum adjeceris penuriam, qua Socii fere omnes premuntur, qui fieri poterat, ut quisquam, vel audacissimus tantam molem aggrederetur? Neque ego, ut verum fatear, qui me et exiguo ingenio, et tenui eruditione praeditum sentio, manus Bibliothecae augendae admovendas cogitabam, animo tot difficultatum terrore percusso; sed rem potius istam in perditis ac desperatis mihi fere persuaseram. Sed ecce dum animi pendeo ex ipsa desperatione consilii aliquid. Suavem in Urbe vitam ducebam anno 1798. cum mense Februario ejusdem anni infelicissimis avibus constituta fuit illa respublica Romana in aeternum deridenda, seu potius diris omnibus devovenda, ex qua malorum omnium colluvies Romanam ditionem infecit, foedissimeque corrupit. Legitimus, verusque hujus ditionis Princeps Pius VI. P. M. e Solio indignissime dejectus, captusque a Romanis fuit. Novi ridiculi Democratici res omnes turbare, bonos persequi, scelera omnia suscipere, pudicitiam, honorem, morum probitatem, jura omnia pessumdare. Luxuria, avaritia, improbitas, sacrorum rapinae, perjuria apud istos cum imperio prae erant. Religio, pietas, bonus ordo, virtutes omnes omnibus fere dicam exitiis perierant. Tantae molis fuit abortivam Rempublicam egerere. Neque nequissimi isti homines, turpissimum nominis Romani dedecus, optimis civibus opprimendis contenti, mortuos etiam ipsos, conculcatis religionibus omnibus, crudelissime vexabant. Hinc tot cadaverum exhumationes, ut loculos plumbeos, in quibus illa requie sacra jacebant, sacrilegi furarentur. Tantus me istorum sacrilegiorum testem maeror gravissimus cepit, ut illi levando nullum remedium invenirem. Sed Dei O. M. benignitas hanc mihi mentem injecit ad cogitationes ab acer-

bitatibus, et luctibus illis tantisper saltem avocandas, ut studiis quam tenacissime adhaererem, in iisque solis totus immorarer. Cogitavi igitur me in Bibliothecas funditus immergere, operosumque aliquid moliri, quod me onere suo gravi obrutum ad praesentes aerumnas animum advertere non pateretur.

Plurima mecum volventi nulla mihi tandem succurrit occupatio, quae graviorem secum afferret in legendo, et scribendo contentionem quam si Auctorum S. J. Bibliothecam continuandam susciperem; verebar tamen ne majoris animi, quam consilii in tanto opere aggrediendo existimarer. Ecce fontem, et originem hujusce mei laboris. Bibliothecam ergo adii Cassanatensem locupletissimam quae mihi veluti portus tutissimus fuit, inquem me tempestate saeviente recepi. Beneficentia igitur Cl. Jacobi Magno ex P. O. Bibliothecae Praefecti, quem cum summa eruditio commendet, suavis vero ejusdem comitas magis apud omnes commendandum, et Magnum revera efficit, libros omnes, qui mihi fuerunt opus diligenter evolvi. Post hunc multi sudoris laborem, ex quo haud exiguos cepi fructus ad Bibliothecam Collegii Romani voluminum copia Casanatensi supparem me contuli; in qua mirifice favente Praefecto Joanne Vincentio Bolgeni viro plurimis scriptis clarissimo, et ejus Socio Caprano exquisitae eruditionis publico Historiae Ecclesiasticae Professore, nihil pari adhibita sedulitate praetermisi, quod operi meo conficiendo e re esse putarem. Hac enim haud paenitenda suppellectili instructus alias etiam Bibliothecas, et si non ita magna vi librorum affluentes penitus introspexi, quarum unam tantummodo commemorabo Romanae Professorum domus a Jesu nominatae, quae quamvis crudeliter expilata nonnullas tamen mihi fructuosas suppetias tulit benignitate Francisci Campi, viri sapientia, comitate et eruditione commendandi. Rebus tandem urbanis in tranquillum redactis advenit Urbem Pius VII. P. M. Pontificale solium recepturus, et sanctissimis moribus, et incredibili in tanto dignitatis gradu modestia maximum Principibus omnibus exemplum. Purpurati quoque Patres Pontificem M. prosecuti Romae se postliminio reddiderunt: in his amplissimus erat virtute, et doctrina Franciscus Lorenzana una simul cum Faustino Arevalo peregrinationis fidissimo comite, quocum magna mihi semper necessitudo fuit. Arevalum amicissime consalutaturus convenio, casibusque nostris, ut mos amicorum obtinet ultro citroque narratis, certiorem eum facio de suscepto opere, et ejusdem origine, et incremento. Ille me in proposito confirmare, et calcar mihi iam incitate currenti admovere, et suam etiam operam polliceri. Et revera cum Arevalus ab haeredibus Cl. Francisci Antonii Zaccaria commentarios seu schedas coemisset, quas Joannes Franciscus Courtois plures mea sententia scripserat, et ab aliis scriptas collegerat, Bibliothecam Scriptorum S. J. perfecturus, illas mihi Arevalus amicissime dedit meo prorsus ingenio delibandas, et utendas. Fatebor ingenue plures me ex hac schedarum collectione, quam dum locus exigat, Gallicam appellabo, utilitates percepisse, circa scripta Auctorum Gallorum, et eorumdem praecipue aetates notandas. Sed meo magno quidem sudore utilitates istae steterunt; cum opus mihi fuerit commentationes meas, quae sane permultae erant, cum collectione gallica exquisita diligentia conferre: quam molestissimam pugnam certissime prospicio subituros esse ex iis meis supplementis posteros illos, si qui venerint, Bibliothecae Jesuiticae exornatores, quos ita praemonitos volo, ut maxime studeant cautissimos esse in fide scriptoribus temere adhibenda. Disquisitione, et collatione, opus est lenta, et fastidiosa.

Non est cur hoc loco longissimam recenseam seriem bibliothecarum, catalogorum, historiarum, Ephemeridum, Actorum, ed id genus litteraturae. Satius duco summatim pronuntiare cuncta haec omnia instrospexisse, et quidquid

mea aliquam in partem interesset, sedulo annotasse, nullis ejusmodi subsidiis, quae in Orbis capite abundant, praetermissis. Catalogos etiam multos Sociorum, quos singulae Societatis Provinciae singulis annis in lucem proferebant, n manibus habui. Eorum nonnulli annos Sociorum ortus, in Societatem ingressus, et Professionis susceptae designant. Alii vero ita aridi, et exiles sunt, ut de Sociis nihil noveris. Optandum fuisset Provincias omnes Siculae Provinciae accuratam rationem sectas, patriae, ortus, muneris, ingressus, reliquorum que meminisse. Quod si factum fuisset, quid facto facilius? a quot molestis investigationibus bibliothecographi fuissent immunes in his rebus perquirendis?

Quamvis omnia tentaverim, nulla tamen via nanscisci mihi potui catalogos Sardiniæ, et omnino nullos Aquitanicos, Tholosates, et Lugdunenses. Aeque adversa fortuna fuit in comparandis Americanis praeter unum Mexicanum, catalogis Goanis, et Malabaricis. Interjecto longo venientium annorum spatio quid Scriptori sperandum est? Ex ipsis Catalogis nonnullae etiam difficultates oriuntur propter cognominum varietatem. In Catalogo ex. gr. Provinciae Campaniae ineunte anno 1765. lego in Indice Alphabetico cognomen *Grozier*, cum ante Indicem scribatur *Grosier* de uno, eodemque Socio; neque ulla via patet, quì unum alteri cognomen veluti verum, propriumque praeferatur. Ex hac curta catalogorum suppellectile natum est nec de patria, nec de aetate, neque de caeteris ad Scriptores pertinentibus potuisse me Lectores edocere.

Plura ergo, dicet mihi Lector, te deficiunt, ut perfecta supplementa nobis exhibeas. Quanti hominis in legendo, et judicando nosti esse bibliothecam scribere? Neutiquam cogitasti, urgebit Lector idem, quid oneris in praesentia tollas, nec quantum in omnem vitam negotii suscipere coneris hac tua bibliotheca paranda, et perficienda? Sed quam eris in me benignus, et quam alia tui erit oratio, si mihi facile aures Lector dederis. Sit sane. Capitalem me reputato Scriptorem. Multa me non negabo strictim coegisse, vel rerum ignoratione, vel taedii non pariendi causa. Quam tu rem vir humanissime potiorem censes? Nihil de Scriptoribus, aut aliqua saltem de ipsis verba facere? Utra conditio pensior? Illorum memoriam penitus perire, aut aliquomodo illam aeternam efficere a turpi oblivione vindicatam? Reipublicae litterariae incremento quoque possis modo consulere, aut illud omnino negligere? Si non omnia, aliquid tamen de Scriptoribus noveris. Non enim conquerentur posteri offusam fuisse Scriptoribus nostris noctem sempiternam. Exjesuitae (liceat novam hanc vocem in re singulariter nova sine vituperatione usurpare) omnes fere senio confecti ad obitum celerrime properamus; teneri igitur non potui, quin tantorum hominum de Republica litteraria merentium memoriae aliquantulum litteris consignarem. Quis extraneorum quaeso, functis vita Sociis, ad hanc laboriosissimam Provinciam aggredietur? quando Nostri Superiorum jussis fere pressi Societate florente nihil absolverint? Maneat igitur Scriptorum si non omnino adaequata, quatulacumque saltem, ut in tantis ad copiose scribendis impedimentis, non aspernanda cognitio hisce litterulis meis custodita, quae Bibliothecae Jesuiticae illustratoribus, si qui fuerint, laborem minuat, et quasi vias aperiat ad perficiendum minus gravate hos meos, si vis exiguos labores, in quo certè nonnihil lucri facient. Itaque minime vereor reprehensionem hoc meo qualicumque officio mihi a viris eruditis conciliare: illos confido potius, etsi errores aliquot irrepserint, veniam facile daturos. Quis tam lynceus (jure illi dicent, et patienter) qui in tantis tenebris nihil offendat? quos etiam rogo, faciant qui ego fuerim, fuisse illos.

Si qui tamen alii suo praegrandi ingenio, peramplaque sua eruditione confisi hunc qualemcumque laborem nostrum tamquam hominis indotatae mentis despexe-

rint, istud aggrediantur opus praestantius, et magis absolutum perfecturi; eos tamen admmonebo de Catulli dicto: *Non istuc satis est uno te dicere verbo, sed facere, ut quivis sentiat, et videat*. Sed praetereamus homines istos usque adeo se ipsos diligentes, ac magnifice circumspicientes: faciant si velint periculum: existimo quam primum illos quiescere velle, cum parum, aut nihil se promovere videant. Si promoverint, *gloriam posthumam S. J. fortasse edendam* ingenti meo gaudio iidem locupletabunt. Hominem esse arbitror neminem ita ingenio difficili a natura factum, qui maturorum, et canescentium operum nimis studiosus succensere mihi velit cruda adhuc studia in publicum propulisse, vel mortua re, ut dicunt, verba facere. Age sane. Avesne haec nostra studia matura, et cocta fuisse? Sed quaeso: quae tandem commoda fluent, si in tanta maturitate, quam cupis, et cunctatione putrescent? Cuicumque mediocriter sano longe potior est pomorum acerbitas, quam illorum corruptio; quae valde pertimescenda est, cum in aetate jam exacta Sociorum, tam grave scribendi onus in paucos recidere possit. In memoriam revoca benigne Lector pulcherrimam sententiam, qua elegans Sfortia Pallavicinus perstringit Sodalem Alciatum in monumentis historiae Tridentinae colligendis pene infinitum: Hujusmodi hominem Alciatum fuisse dicit, qui cum historiam suam edendam plenissimam omnino adeo vellet, ut nihil, quod ille magnum vitium putabat, eidem adjici posset, in majus imo maximum vitium inciderit nihil edendo ex immensa sylva monumentorum, quae collegerat. Aliquid a nihilo infinite distat. Nescio qua permotus animi divinatione praevideo ex eruditis viris perplurimos optimis me ominibus prosecuturos, quod tantum onus auxiliis fere omnibus destitutus susceperim immortalitati consecraturus tot praeclaros Socios, qui extincta jam Societate ingenium, facultatesque omnes fructuose collocarunt in Religionis Catholicae decretis tutandis, in moribus ad Christianas leges componendis et in artibus, ac scientiis amplificandis. Tam longe absum, ut censorium stilum ab iisdem reformidem.

Hanc profecto laudem, quam ego magnam in omnibus video religionem, mores, ac scientias egregia contentione exornandi, maximam vero pertinere dico ad Hispanos, Lusitanosque Socios. Harum enim Nationum homines, et si omnino deserti, extorres procul a patria, ferendis aerumnis propemodum nati, ad extremas incitas redacti, et quibus summa difficultate nummaria pressis de solo pane corrogando una tantum cogitatio superesse videretur, aliis tamen aliarum Nationum hominibus domi considentibus, vel ad suos lares familiares redeuntibus, et inter affines, et amicos versantibus nullomodo concesserunt in eruditis, utilibusque commentariis scribendis, typis que vulgandis. Quam meam sententiam plurimis ommissis, de quibus hisce in supplementis mentio fiet, luculenter confirmant Josephus Vallarta, Melchiades Salazàr, Montòn incredulis vehementer exagitatis: Emmanuel Iturriaga, Joachimus Cortès, Fuensalida, Marquès falsis Theologis detectis, et robuste oppugnatis: Emmanuel Gil, Amaràl, Joannes Andres, Veiga, Laurentius Hervas, Monteiro, Ludeña, Bazoazabal, Campserver disciplinis mathematicis ac Physicis egregie illustratis: Petrus Marquez, Vincentius Requeno, Petrus Garcia de la Huerta; Antonius Eximeno de pictura, architectura, et musica quam longe benemerentes: Climacus Salazar, Emmanuel Azevedo, Joseph Abad, Emmanuel Lassala, Thomas Serrano, Montengon, Joannes Colomes, Antonius Garcia etc. praeclari Musarum cultores: Joannes Franciscus Masdeu, Antonius Burriel, Novaes, Tentori etc. res historica dilucidantes: Faustinus Arevalo, Michael Maceda etc. in veteribus Scriptoribus illustrandis solertissimi: Bartholomaeus Pou, Emmanuel Maria Aponte, Bruno Portillo, Joannes Franciscus Sandovàl, Joachimus Pla, Bonaventura Prats etc. litteris Atticis insi-

gniter exculsi; qui omnes summam in his studiis contentionem oblectamenta dirissimae proscriptionis, et solatium habuerunt.

Auctorum seriem a cognominibus potius, quam a nominibus inire placuit; quia Auctores ex illis magis, quam ex istis vulgo sunt noti; ideoque Auctorem quaerentibus facilius redditur illum reperire. Cum plures sint Auctores gemino cognomine appellati, utrumque in seriem loco sibi proprio conjicio, Lectorum molestiae levandae consulens, quibus utrum plus altero cognitum est. Hanc rationem secutus sub elemento *A* scribo *Adorno Hinojosa Gundisalvus*; et ejusdem scripta ibidem recenseo: deinceps sub elemento *H*, scribo *Hinojosa Gundisalvus Adorno*: vide *Adorno*. Hac etiam de causa cum idem cognomen diversis saepe elementis scribatur; nonnulli siquidem scribunt *Orozco*, alii *Horozco*: qui *Azevedo*, qui vero *Acevedo* etc. omnibus ego quibus scribuntur formis, illa propriis in locis adhibeo. Idem ferme accidit in his cognominibus, quibus vel articulus, vel alia particula adjungitur; nonnemo scribit *Ludovicus Lacerda*, alio scribente *La Cerda*, idem obtinet in *Petrus Davila*, et *Petrus de Avila*: *Guilliefmus Daubenton*, et *D'Aubenton*. Utroque modo scilicet *Davila*, et *de Avila* etc. scriptum apud me reperies, qui partes meas sumpsi haud exiguo meo labore labori Lectorum parcere.

Summae mihi religioni duxi cognomina in serie saltem scribere, prout illa novi ab hominibus propriae Nationis scribi. Numquam mihi fas esse credam nomine feritatis, si quam habent cognomina praesertim septentrionalia, mansuefaciendae, illa turpiter depravare. Quid enim valet tanta latinitas, qua cognomina latinam vestem, seu potius larvam induant cum Lectorum ignoratione? Hispanorum quisnam noverit Scriptorem Hispanum *Parricium* laudatum a Sotuello? Is sibi oportet ariolum minime inertem adhibeat. Incidi in librum Hispanice scriptum a Joanne Sebastiano Parra e Societate Jesu. Sotuelli Bibliothecam evolvo, quo de isto Scriptore nonnihil edocear. Paginas omnes, ut ita dicam, excutio. Parra mihi nusquam se obviam offert. Si Sotuellius scripsisset *Parra* et non *Parricius* nullum mihi negotium facessisset. Eoque magis religiosus fuit nimis Sotuellus, aut qui Sotuello Parrae elogium suppeditavit in sua latinitate ostendenda; quod cognomen hispanicum *Parra* ab ingenio linguae Latinae minime abhorret. Quantum interest inter cognomen hispanicum *Parra*, et *Pansa* Romanum, quo Consul Ciceroni amicus fuit appellatus? Si ergo Cicero Consulem illum non *Pansicius* aut *Pansacius*, sed *Pansa* et dum in casus inclinat, *Pansae*, *Pansam* vocat, nequaquam veritus barbaries ne aliqua urbanissimam suam latinitatem infuscaret, pari profecto ratione non *Parricium*, sed *Parra*, *Parrae*, *Parram* nominasset. Nisi forse, quod perridiculum foret, nova religio Scriptorem elogii Joannis Sebastiani incessit non confundendi hominem cum avicula mali ominis de qua Horatius ad Æliam Gallam *Impios parrae recinentis omen = Ducit*. Quo certe religioso metu minime deterritus Cicero proprio nomine appellavit Tribunum *Bestiam*, Praetorem *Verrem*, Consulem *Muraenam*, et alios homines ejusdem cum animalibus nomenclationis. Cognomina denique cum nata fuerint omnia, ut plures viri ejusdem nominis alii ab aliis internoscantur, integra et intacta quoad fieri possit, remaneant. Claritas igitur quae omnem confusionem dispellat, affectata latinitate semper mihi potior erit, in quam sententiam haud vereor, quin plures etiam Eruditi, vel latinissimi, minus gravate concessuri sint. Videant Lectores verba *Bandi*, et *Georgi*.

Religiosus quoque multo sum in exscribendis adamussim inscriptionibus sive titulis librorum non illorum tantummodo qui sermone latino, sed illorum etiam, qui linguis aliis conscripti sunt. Quae religio non parvo mihi stetit a linguarum

varictate, ac difficultate quam mediocriter saltem in linguis Gallica, Anglicana, et Germanica superavi; de Polonica vero, Boemica etc. earum peritos consului. Sed cum ex Lectoribus multi Italice, gallice etc. nesciant, sermonis vero latini docti, ideo inscriptiones proprio cujusque linguae sermone exscriptas, latinas quoque reddo, aut saltem de libri argumento Lectores certiores facio.

Ut maximo Lectorum commodo studeam, dum libri adespoti sunt, si mihi Auctor alicunde cognitus est, praeter ejusdem libri commemorationem dum de Auctore verba facio, illum etiam injicio in elementum a quo ejusdem libri incipit inscriptio. Itaque subvoce *Bartoli Vincentius* recenseo illius commentarium adespotum inscriptum *I miei dubbii*, quod sub elemento *I* iteratur sic *I miei dubbii*; vide *Bartoli Vincentius*. Si Auctor vero me latet, opus inter libros adespotos laudatum, collocatur etiam in elemento inscriptioni consentaneo; propterea inter libros adespotos laudatur opus *Disputatio de Societate virtutis, et naturae*, quod laudatur iterum in elemento *D*. Ex hac iteratione haec lectoribus utilitas venit, quod incidentes in librum adespotum, de quo possint suspicari, vel argumenti tractati indicio, vel alia quavis ratione, an Jesuita illius sit Auctor, illum non invenientes sub elemento inscriptioni accommodato, certiores fiant Auctorem mea saltem sententia e Societate non fuisse. Si temporis decursu (ut saepe contigit) aliquid definitum habeo de scriptore libri nunc in adespotis collocati, illum postea Auctorem opportuuo loco declarabo. Dum Theses, seu conclusiones laudo; non illas putes omnino exangues, in quibus praeter nudas propositiones nil aliud legentibus occurrat: istiusmodi ad unam omnes rejicio; illas tamen, quae plurimae sunt, gravibus momentis non sine eruditione adornatas, dignas hisce Supplementis censeo.

Nequaquam praeteribo nonnullos, etsi per paucos, libros qui in promovendis theologis ac Philosophis in Doctores apud Academias Societatis, ut consuetudo fert, typis vulgantur, Auditoribus distribuendi, fuisse a me fortasse decepto Jesuitis promoventibus adjudicatos. Ubi sit error, culpa potius fuit eorum, qui hujusmodi libros tacitis auctoribus ediderunt.

Lucubrationibus etiam modicis locum in supplementis dedi: tum quia quod exiguum hac tempestate putas, mutatis temporibus maximi ponderis, et utilitatis redditur: tum etiam quia earum complures numorum instar, qui non a vasta mole, sed a metalli praestantia aestimantur, senteutiarum, atque affectuum granditate immauibus voluminibus praestant. Hujusmodi sunt de SS. Cordibus Jesu, et Mariae sacro cultu venerandis libelli plurimi, quos legendi mihi copiam fecit Cl. Michael Leon Hispanus Peruvianus, mihi charissimus, qui magno animi ardore in hanc divinam Religionem undequaque diffundendam piissime incumbit, et suppellectilem librariam haud exiguam collegit, ex qua hortatu meo modestiam hominis urgente, Bibliothecam conficere, et de uno quoque Auctore, et opere enucleate scribere cogitat.

Quos m ss. commentarios laudo; eorum nonuullos meis oculis inspexisse sanctissime testor; de reliquis, nondum a me visis, cum nihil quidpiam ex vano rumore haustum velim, viros candidos, et eruditos perconctatus sum quam diligenter. In his appellandos suo proprio nomine mihi duxi Cl. Joannem Ossuna acri judicio virum et eruditione summa praeditum, qui de Sociis Baeticis multa mecum amice communicavit, et Clas. Laurentium Hervas a quam plurimis eruditis libris in lucem editis cuicumque doctissimo bene cognitum, et meritissimum Bibliothecae Quirinali ab immortali Pio VII. erectae Prefectum, qui de sociorum m ss. multa novit, ac collegit; quibus tertio merito adjungo Ignatium Guerra rerum Universae Societatis, et in primis Provinciae Castellanae virum

peritissimum. Siqua mss. ab aliis Scriptoribus laudata invenio, illa mihi quoque laudanda putavi: Ex istis plura fortasse exigui momenti sunt; cujusmodi suspicor esse, multa quae laudat *Index Alphabeticus* Bibliothecae Panormitanae Collegii S. J. typis editus: Nihil alind sunt mea sententia quam praelectiones sive ad Philosophiam, sive ad Theologiam pertinentes, quas suis Discipulis in Scholis Magistri dictabant, a quibus laudandis fere prorsus abstineo, nisi fuerit constans et inveterata inter nostros opinio, dignas eas fuisse, quae in publicum prodirent.

Cum fas sit unicuique primo operi, vel extremo indicem materiarum et auctorum apponere, initium extremis praeposui eo haud inepto consilio, quod auctorum si quisquam fuerit a me tacitus, ipse se mihi prodat locum sibi debitum occupaturus missis litteris, vel alia ratione sine meo tamen dispendio, quod quidem ferendum non est in tantis pecuniae angustiis. Praeter indicem generalem scriptorum, libuit indicem quoque adjungi Auctorum, qui in tempora Societatis exulantis, et extinctae inciderunt. Sic enim planum fiet quam quaecumque Natio jacturam, aut quaestum potius, ac compendium extincta Societate fecerit: aliqua etiam fortasse facti poenitens fatebitur gemmas ex suis aedibus, sordibus retentis everrisse.

Si cui delicatulis auribus utenti fastidium pario, iterandis plerumque iisdem dicendi formulis in denuntiandis Auctorum ortu, in Societatem ingressu, solemni votorum 4. susceptione obitu et quae creberrime explico vocibus *natus*: *Societati accessit*: *Vota* 4. *nuncupavit*: *Obiit*; idque notis etiam compendiariis *n. Soc. ac v.* 4. *n. ob*: sibi cumulate satisfactum cincinnatus iste putet me hoc compendii causa fecisse, ne mole opus cum aeris detrimento crescat. Praeterea phraseologiam numquam ad aliorum imitationem exponere cogitavi. Quid enim facilius quam vocem *Obire* sexcentis modis aliis commutare? Sed quid haec redundans verborum copia ad hujusmodi generis scriptionem? in qua non eadem sententia mirifice variata, sed opera conducta est in Lectorum utilitatem. Conveni, ut te satiatum laeteris aut potius fastidias nostrum Antonium Franco, qui in eximia alioquin *Synopsi Annalium S. J. in Lusitania*, infinita pene varietate hominum obitus annuntiat. Neminem reprehendo. Sed magnum mihi timorem incussit acerbus ille Petrus a Valle Clausa qui in suis *De immunitate Diatribis* Dominicum Soto, doctissimum alioqui virum, *concinnae ineptitudinis* cum irrisione reprehendit, eo quod indicem quaestionum operis de justitia, et jure, adeo affabre tornavit, ut septuagies, eoque amplius phrasin commutaverit, qua numerus articulorum, vel quaestionum est exprimendus, Praeterea neque fastidium istud, ut dicam muliebre, timendum est Lectoribus non continenter, sed intercise quod fere omnes faciunt, Bibliothecas, et Auctorum Catalogos legentibus, prout eos aut ocasio allicit, aut necessitas cogit aliquid de aliquo Scriptore novisse. De Auctoribus a Sotuello laudatis, si quid affero, novum est aliquid ab eodem vel omissum, vel a me emendatum. Sotuellum, et non Philippum Allegambe dico, cum eum sibi suum Sotuellus fecerit.

Purgare me vehementer opto viris illis castissimis qui ob summam eorum erga Deum, et res divinas religionem pleniorem vellent de Christianis Scriptorum virtutibus narrationem. Piorum virorum consilium laudo ob religionem jure illis omni doctrina antiquiorem. Sed cum in hujusmodi commentationibus princeps argumentum sit Scriptorum eruditio; illa sacra pietatis officia, si non prolixe, satis tamen, dum eximia sunt, indicare videor: praeterquam quod de argumento isto in *gloria posthuma* tractatur. Quo indicio facto viri isti Religiosi me, quod illos summopere rogo, secernent a quibusdam Scriptoribus, qui sic aliorum

vitam, gesta, et scripta in lucem proferunt, ut nihil de illorum Secta, ac Religione noveris; potius vero credas, aut dubites saltem Christianus ne, an Ethnicus Scriptor ille fuerit. Qua vero mente hoc isti faciant, facile quisque intelligit: in istis certe hominibus numquam meum nomen profiteor.

Non deerunt fortasse nonnulli qui satis, multumque mirentur aliquam Nationem aliam, vel alias Auctorum numero longe superare. Sed hanc admirationem facile exuent has mecum causas hujus discriminis perpendendo. Nonnullae Provinciae Jovi magis (si homini Christiano fas est ita loqui) quam Minervae colendae operam dabant. Hinc plures per omnes anni dies exercitationes asceticae, piarum Sodalitatum religiosa gubernatio, in vincula conjectis auxilia, crebra aegrotorum visitatio, Apostolicae per urbes, et pagos excursiones, in catechismo pueros, et rusticanos docendo constans assiduitas, ad Fidelium confessiones excipiendas quotidianum fervensque studium, Parthenopaeorum Sacrorum moderatio, sexcentaque alia, ne infinitus in numerando sim, quae si non adeo ad rem litterariam augendam valent, ad fovendam vero pietatem, Deum, Divosque religiose colendos, quod nostrum majus, et antiquitus munus est, mirifice juvant. Solida magis, utilior atque uberior Societati accessit ex Apostolis quam ex Doctoribus gloria. Hanc intelligo nobis a majoribus esse traditam disciplinam. Altera causarum illa est, typorum facilitas. Nonnullae Provinciae sunt, in quibus abundant typographi divites, qui suis impensis, nullos suppeditante Auctore numos, elucubrationes in lucem edunt mediocri lucro contenti; et ubi cartae papyraceae est ingens copia, et operae minoris pretii comparatae. Tertia denique causa, ut alias sileam, summa est legum, quae ad typographiam spectant, in nonnullis Provinciis severitas; inde tam rigidae, geminataeque librorum edendorum disquisitiones quas leges non is ego sum, cum fuerint sanctissime latae, qui reprehendere ausim.

Neque defuturos nonnullos existimo, quibus forsitan minus arrideat me aliqua Auctorum scripta recensere, quae a Pontificiis Tribunalibus, et Civilibus turpibus notis merito fuerunt inusta. Sed hos viros probos spero mihi leniores reddere, si mentem advertant ad institutam scribendi rationem: hac una excusatione fortasse non necessaria purgatum me cupio. Ego equidem non istos Auctores laudibus exorno ab illis Scriptis, et sententiis in quibus vel contra mores, vel contra doctrinam Catholicam, aliquid peccaverunt. Illis in hoc genere laudandis maxime quoque ipse peccarem. Sed longe absum ab hujusmodi commendationibus, quae mihi apud homines sanos summae vituperationi fuissent. Nam et si Auctores laudo vel ab eorum eruditione, vel a sermonis venustate, eorum vero dictata, quibus libros suos macularunt caeteroquin eruditos, ea ipsa constanter repudio. Pluris ego religionem, veritatem, Principumque auctoritatem facio, quam Auctorum omnium in scribendo elegantiam. Hanc laudare licet; illa vero dictata nefas est laudibus celebrare. Quisnam erit, qui SS. Ecclesiae Patres non summa veneratione colat? in eorum tamen operibus errore aliquot, vel ob quaestionum difficultatem, vel rerum ignorationem quae posterorum disquisitionibus fuerunt repertae perspicue, certissimum est inesse. Secernamus ergo pulcra a faedis, a veris falsa; pulcra, et vera liceat nobis probare; foeda vero, et falsa rejicere. Illud tantum mihi sumo, quod Bibliothecographi munus est, libros solummodo recensere; quin imo, quos memini a Sacris, et civilibus Judiciis fuisse confossos, hoc ipsum admoneo, ut unusquisque sibi caveat. Quidquid spurci nebulones blaterent, Tribunalia sacra, regia ac civilia, quae in moribus corrigendis, et in scriptis ad rationis, et religionis leges revocandis jura reddant, Sancta, et apprime Reipublicae Christianae optime regendae necessaria

summa observantia prosequimur. Quid tantam in agendo, et scribendo licentiam profuturam putas? Qui sunt ex vitiata radice fructus expectandi? Calamitosum hominum genus quales hi fuerint fructus, quam cumulate ostendis, cum te tot stragibus faedatum ex infinita scribendi licentia deploras. Confer, si tibi tantis infortuniis mactato satis adhuc est audaciae, confer tot hominum millia, quos unum praelium hodierna die jugulat cum stragibus quas Nebulones fingunt a Sacris, et civilibus tribunalibus editis. Unum praelium, unum, una tantum dies, unus tantum Dux, plures quam qui numerari possint, innocentes crudelissime delet, quam tribunalia omnia longo saeculorum ab eorum prima constitutione de cursu scelestissimos morte multarunt. Defle igitur infelix aetas nostra Sacrorum, et civilium Tribunalium ferociam, et in caelum effer laudibus bellatorum Ducum humanissimam lenitatem.

Una res, qua institutae orationi exitum expedio, Lectores optimi, me turbat ad tanti operis integram uno tempore editionem. Cum aes pro tantis sumptibus faciendis minime suppetat, quamvis materies omnes apud me sunt, unam tantummodo praefationen, indices et primum supplementum vulgare necesse habui. Sed fidem eruditis facio, si re, factisque hanc meorum supplementorum particulam videam eos aliquo in pretio habere, in me nihil morae futurum, quo voto me exolvam. Eorum alacritas maxime provehet operis finem. Ita iidem plane intelligent, quam praeclare apud me hoc beneficium posuerint. Supplementum secundum ne morer Eruditorum vota, quibus nugari me summopere puderet, jam jam typis esset aere adveniente committendum. Principio cogitaram primum supplementis edere in quo auctores a primis elementis A. B. C. incipientes soli continerentur, reliquis supplementis suo ordine continuandis. Sed voluntatem mutavi Amicorum consilio, qui moleste ferebant in Supplemento primo silentio praeteriri tot praeclaros Scriptores primum locum promeritos; quod in tanta rerum perturbatione, in tam diuturno exilio, tot inter tantasque calamitates, in id intenderunt, ut suis scriptis Reipublicae litterariae inservirent. Qua propter tam primum quam reliqua Supplementa litteras omnes complectentur.

AUCTORES,

QUI SOCIETATE EXULANTE, ET EXTINCTA SCRIPSERUNT.

A

Abad Didacus Joseph.
Adorno Hinojosa Gundisalvus.
Aimerich Matthaeus.
Albertis Albertus de
Albitez Evaristus.
Alcoverro Vincentius.
Alegre Franc. Xaverius.
Alessandretti Alexander.
Alter Franciscus Carolus.
Amiot J. M.
Andres Emmanuel.
Andres Joannes.
Angiolini Franciscus.
Anonymi plures.
Ansquer de Ponzol Theophilus Ignatius.
Anthomas Dominicus.
Apfaltrer Leopoldus.
Aponte Emmanuel Maria.
Arce Simon.
Arenillas Joannes.
Arevalo Faustinus.
Arevalo Joannes.
Arrighetti Nicolaus.
Arrighi Laelius Antonius.
Arteaga Stephanus (de).
Arteta Joannes:
Avogadro Joann. Andreas.
Ayala Sebastianus.
Azevedo Emmanuel.
Aznar Franciscus.

B

B. L. Abbé.
Baldivia Alphonsus Perez (de).
Barotti Laurentius.
Barranquero Joannes Ignatius.
Barruel Augustinus.
Bas Narcissus.
Bazoazabal Guevara Andreas.
Beauregard Nicolans.
Becerra Losada Joseph.
Becker Clemens.
Belgrado Jacobus.
Benedetti Antonius.
Benincasa Franciscus.
Benislawski Joannes.
Berneur.
Berthier Guilielmus Franciscus.
Bettinelli Xaverius.
Beuth Franciscus.
Billons Franciscus Joseph (des).
Biwald Leopoldus.
Boasi Bartholomaeus.
Boccaccio Bartholomaeus.
Bolgeni Joannes Vincentius.
Bondi Clemens.
Boni Maurus.
Bonneau Joannes.
Bono Michael (del).
Bonola Roechus.
Borde Ludovicus (de la).
Borgo Carolus.
Borgondio Bernardinus.
Borras Joseph.
Boscovich Bartholomaeus.
Boscovich Rogerius Josep.
Boucher I. B. A.
Boujar Francis. Xaverius.
Boulogne.
Bourgeois.
Bouzas Franciscus Xaverius.
Boza Hieronymus.
Brenna Aloysius.
Brignole Joannes Carolus.
Brizius Benedictus.
Brotier Gabriel.
Buchetti Aloysius Maria.
Budardi Carolus.
Bneus Jacobus.
Buganza Cajetanus.
Bulonde.
Buonginochi Joannes.
Burkhaeuser Nicolaus.
Busqnets Salvator.
Bycus Cornelius.

C

Caballero Raymundus Diosdado.
Cabo Andreas.
Cabrera Franciscus.
Calahorra Emmanuel.
Calatayud Nicolans.
Calatayud Petrus.
Campi Franciscus.
Cantova Joseph Antonius.
Capitani de Mozzo Aloysius (de).
Caputo Nicolaus.
Carrich Joannes.
Carrol.
Casanova Joseph.
Caseda Petrus Joseph.
Catalani Michael.
Ceris Petrus.
Cernitori Joseph.
Cespedes Benedictus Antonius.
Champion de Portalier.
Chantre, et Herrera Josephus.
Charme.
Charovel.
Choisel Claudius.
Cibot.
Cicala Marius Maria.
Cimiunita Petrus.
Clavera Franciscus.
Clavigero Franciscus Xaverius.
Coletti Jacobus.
Colica Marius.
Collas.
Colomès Joan. Baptista.

Coltraro Antonius Maria.
Conca, et Alcaràz Antonius.
Contzèn Adamus.
Cordara Julius Caesar.
Cornowa Ignatius.
Correa Bernardinus.
Corret Thomas Olivierus.
Cortes Joachimus.
Costa Lucianus Gallisà.
Craver Carolus.
Craver Franciscus Regis.
Crue Benno (du).
Csapodi Aloysius.
Cunich Raymundus.

D

Delobel Augustinus.
Denis Michael.
Dessus-le-Pont-de Carolus Joseph Joan. Baptista.
Dobrizhoffer Martinus.
Doceri Joan. Baptista.
Dollieres Jac. Fr. Deodatus.
Dotto Franciscus Aloysius.
Doyart Petrus (de).
Droste Iodocus.
Du Parc.
Du Peron.
Durnbacher Joann. Nepomucenus.

E

Eckart Anselmus.
Eckel Joseph.
Elizondo Joachimus.
Engstler Joseph.
Eximeno Antonius.

F

Fabri Emmanuel.
Faltner Thomas.
Faure Joan. Baptista.
Febrès Andreas.
Feller Franciscus Xaverius.
Feraud Joannes Franciscus.
Ferrari Guido.
Ferrer, et Llapard Joseph.
Fierard Joseph.
Figueredo Joseph.
Fischer Gerardus.
Fischer Joann. Nepomucenus.
Fonseca Julianus.
Forest Renatus Guilielmus.
Fortis Aloysius.
Fraula Franciscus (de).
Fremont Philibertus.
Frias Alphonsus.
Fridualdski Joannes.
Fuensalida Didacus Joseph
Fuente Andreas Didacus.
Fuga Vincentius.

G

Gabaldòn Antonius.
Gaetani Maximilianus.
Gagliardi Joseph.
Galfo Antonius Maria.
Gallardo Petrus Maria.
Galpin Bartholomaeus.
Garcès Gregorius.
Garcia Antonius.
Garcia Antonius Michael.
Garcia Bernardus.
Garcia de la Huerta Josephus.
Garcia de la Huerta Petrus.
Garcia Michael.
Gemelli Franciscus.
Gener Joan. Baptista.
Gentilini Joan. Baptista.
Geoffroy Joan. Baptista.
Georgi Vincentius.
Ghesquier Josephus.
Ghislieri Joannes.
Giano Fabritius.
Gil Emmanuel Gervasius.
Gioppi Gaspar.
Giovenazzi Vitus.
Giudice Caietanus Antonius (del).
Giuliari Eriprandus.
Giulio Joannes Dominicus.
Godoy Didacus Antonius.
Goldhagen Hermannus.
Grandi.
Grauelli Joan Baptista.
Grivel Fidelis.
Grou Joannes Michael.
Guarin de Rocher.
Guenard Antonius.
Guerrieri Josephus Maria.
Guevara Josephus.
Gusta Franciscus.
Gutierrez Augustinus.

H

Habenstreit Josephus.
Hallerstein Augustinus.
Harmayer Joan. Baptista.
Heidfel Adamus.
Heinze Wenceslaus.
Hell Maximilianus.
Herbert Josephus.
Herce Josephus.
Hervas Panduro Laurentius.
Herzog Josephus.
Hofstater Antonius.
Hohenwart Sigismundus.
Holl Franciscus Xaverius.
Holzklau Thomas.
Horany Alexius.
Horvath Joan. Baptista.
Hubenus Ignatius.

I

Janer Gaspar.
Idiaquez Franciscus Xaverius.
Jolis Josephus.
Josè Clemens.
Isla Joannes Franciscus.
Iturri Franciscus.
Iturri Joachimus.
Iturriaga Emmanuel.
Ivanschitsch Joannes.
Julian Antonius.
Julian Xaverius.
Izzo Joannes Baptista.

K

Katona Stephanus.
Kleiner Josephus.
Krammer Michael.
Kuhn Carolus.

L

Lagua Nicolaus.
Leguè.
Laimbeckhoven Gothifredus.
Landivar Raphael.
Lanzi Aloysius.
Lasinski Dominicus.
Lassala Emmanuel.
Lazzeri Petrus.
L' Enfant.
Le Grant Jacobus Claudius.
Leoni Carolus.
Lestyam Moses.
Litta Aloysius.
Llampillas Franciscus Xaverius.
Llorente Marianus.
Lombardi Hieronymus.
Lovat Josephus Maria.
Lozano Facundus.
Lozano Franciscus Xaverius.
Lucchini Franciscus Maria.
Ludeña Antonius.
Luna Januarius Sanchez (de).

M

Maceda Michael Josephus.
Maestre Franciscus Xaverius.
Magnani Antonius.
Malsiner Josephus.
Mamachi Franciscus Xaverius.
Manciforte Dominicus.
Maneiro Joannes Aloysius.
Mangold Maximilianus.
Manosalbas Faustinus.
Mantovani Paulus Aloysius.
Manzi Joan. Baptista.
Marcheselli Stephanus.
Marco Xaverius (de).
Marin Hyacinthus.
Marinovich Josephus.
Marotti Josephus.
Marquez Petrus.
Marti Bruno.
Martinez Antonius.
Martinez Primus Felicianus.
Masdeu Balthasar.
Masdeu Joannes Franciscus.
Masdeu Joannes Antonius.
Mastalier Carolus.
Mattei Joannes Maria.
Mattei Paschalis (de).
Mattzell Simon.
Mayer Christianus.
Mazzolari Josephus Maria.
Medici Josephus.
Menghini Carolus Antonius.
Mentges.
Merz Aloysius.
Michaeler Carolus Josephus.
Mihaltz, seu Mihalcz Stephanus.
Milia Emmanuel.
Millas Joachimus.
Milley Franciscus.
Mini Americus.
Mitterbacher de Mitternburg.
Mogas Petrus.
Mojou Benedictus.
Molina Joannes Ignatius.
Montanèr Petrus.
Montengon Petrus.
Monton Bartholomaeus.
Montoya Joachinus.
Mony Hieronymus.
Mora Felix.
Morcelli Stephanus.
Morillas Ferdinandus.
Muriel Dominicus.
Muzzani Chistophorus.
Muzzarelli Alphonsus.

N

Nava Joannes Antonius.
Navez Franciscus.
Navarrete Joannes Andreas
Neale Leonardus.
Negreiros Michael.
Nekrepp Joannes de Deo.
Neuhaus Poda Von Nicolaus.
Neuville Frey de Anna Josephus.
Neuville Frey de Carolus.
Nieto Julianus.
Nogarola Thaddaeus.
Noghera Joan. Baptista.
Nonnotte Claudius Adrianus.
Norycki Michael.
Novaes Josephus (de).
Nuix Perpiña Raphael.

O

Olzina Vincentius.
Onofri Petrus.
Ossuna Joannes.
Oyarzabal Ignatius.

P

Pallavicini Fridericus Maria.
Palma Franciscus Carolus.
Panizzoni Aloysius.
Parà du Phanjas.
Paravicino Ludovicus.
Parhamer Ignatius.
Pastore Raphael.
Pavon Petrus.
Pegna Joannes Jacobus (della).
Peikart.
Peirolons Franciscus Xaverius.
Pellegrini Josephus Aloysius.

Pennazzi Gherardus.
Peramas Josephus Emmanuel.
Perarnau Michael.
Perelli Joannes.
Perez Alphonsus.
Perez Franciscus.
Perez Philippus.
Perotes Franciscus Xaverius.
Petisco Josephus Michael.
Petroso Joannes.
Petrucci Josephus.
Picchi Hieronymus.
Pickel Ignatius.
Pignatelli Josephus.
Pilchowski David.
Pilgram Antonius.
Pinazo Antonius.
Pintado Josephus.
Plà Franciscus.
Plà Joachimus.
Plowden Carolus.
Plowden Robertus.
Poirot.
Pons Josephus.
Portillo Bruno.
Porzia Carolus.
Portel Henricus.
Potenza Ignatius.
Pothier Petrus.
Pou Bartholomaeus.
Prat de Saba Honuphrius.
Prats Bonaventura.
Pray Georgius.
Premlechner Joannes.
Proenza Antonius (de).
Pubitschka Franciscus.

Q

Quiroga Josephus.
Quiros Josephus.

R

Raffei Stephanus.
Rastignac.
Rauscher Antonius.
Raux.
Regelsperger Christophorus
Regoli Joannes.
Regonò Antonius Josephus.
Reis Josephus dos.
Reisner Ferdinandus.
Requeno Vincentius.
Reyre.
Reys Salvator (de).
Ribero Franciscus Xaverius (del).
Ricci Laurentius.
Richard Joan. Baptista.
Richardnt Desiderius.
Richtemburg Joachimus.
Ridolfi Christophorus.
Rieger Christianus.
Roberti Franciscus.
Roberti Joan. Baptista.
Rocha Felix.
Rodriguez Josephus.
Rodriguez de Mello Josephus.
Roka Joan. Baptista.
Rossi Ignatius.
Ruano Franciscus.
Rulfo Georgius.
Rupp Joan. Baptista.

S

Sagner Gaspar.
Sailer Michael.
Saive.
Salas Aloysius.
Salazàr Joannes Climacus.
Salazar Joannes Stephanus.
Salazar Melchiades.
Salvatori Philippus Maria.
Sanchez Labrador Josephus.
Sandbucheler Aloysius.
Sanna Demetrius.
Sans Josephus.
Sarracinelli Antonius Acatius.
Scanelli Caesar.
Scardua Bartolomaeus.
Schaffer Petrus.
Scherffer Carolus.
Scherschmik Leopoldus Joannes.
Schiffermuller Ignatius.
Schmidt Antonius.
Schoenberg Mathias.
Schoenwisner Stephanus.
Schonfeld Franciscus.
Schorr Wilhelmus.
Scotti David.
Segovia Gaspar.
Serna Santandèr Carolus (de la).
Serra Franciscus.
Serrano Josephus.
Serrano Thomas.
Silva Josephus (de).
Siro Vanini Antonius.
Spagni Andreas.
Stadler Franciscus Salesius.
Stark Josephus.
Steinmayer Philippus.
Steinmacher Nicolaus.
Stokman F. C.
Stoppini Hyacinthus.
Storchenau Sigismundus.
Sttattler Benedictus.
Suria Joannes.
Szerdahely Georgius Aloysius.

T

Tartagni Joan. Baptista.
Taschini Josephus Maria.
Tentori Christophorus.
Termanini Thomas.
Termeyer Raymundus Maria.
Terreros Pando Stephanus.
Tetamo Benedictus.
Tetamo Ferdinandus.
Thiulen Laurentius Ignatius.
Tiraboschi Hieronymus.
Toderini Joan. Baptista.
Toledo Josephus Angelus.
Tolrà Joannes Josephus.
Topp Antonius.

Tord Felix.
Torres Antonius (de).
Tortosa Franciscus.
Trento Hieronymus.
Troili Dominicus.
Tschupick Joan. Nepomucenus.

V

Valle Augustinus.
Vallejo Josephus.
Vargas Machuca Josephus.
Vega Franciscus.
Veith Laurentius.
Venini Ignatius.
Vidàl Emmanuel.
Vidal Josephus.
Viescas Raymundus.
Vila Antonius.
Villafañe Didacus.
Villar Antonius (del).
Vio Bartholomaeus.
Vitale Carolus.
Volpi Benedictus.
Usleber Paulus.

W

Wagner Carolus.
Wastelain Carolus.
Watrangh Ignatius.
Weissembach Josephus Antonius.
Weitenaver Ignatius.
Werenko Thaddaeus.
Widra Stanislaus.
Winter Josephus.
Wirwicz Carolus.
Wissinger Jacobus.
Wlodek Ignatius.
Wolff Joannes Henricus.
Wulsen Francircus Xaverius.
Wundhardt Gabriel.

X

Ximenez Leonardus.
Xuarez Gaspar.

Z

Zabala Michael.
Zaccaria Franciscus Antonius.
Zacco Joannes.
Zachariaszewicz Gregorius
Zallinger Franciscus.
Zallinger Joannes Baptista.
Zamagna Bernardus.
Zandt Julius.
Zauli Josephus Maria.
Zeiler Joannes Nepomucenus.
Zeptichal Antonius Michael.
Zorzi Alexander.

INDEX GENERALIS SCRIPTORUM.

Alvarez Gabriel.
Alvarez Gabriel seu potius Gaspar.
Alvarez Rodericus.
Alviz Martinus.
Alzugaray Iosephus (de).
Amanthia Bartholomaeus (L').
Amaràl Didacus (de).
Amaral Gaspar.
Amaral Michael (de).
Amaral Petrus (de).
Amaral Prudentius.
Amato Joan. Maria.
Ambrogi Antonius Maria.
Ambrosi Joan. Ignatius.
Amiot J. M. (fortasse Jacobus, seu Joannes Maria).
Amis Petrus.
Amman Caesarius.
Ampach Rochus.
Añasco Petrus.
Anchieta Iosephus.
Anchieta Ludovicus (de).
Andosilla Joannes Carolus.
Andosilla Joseph.
Andrada Alphonsus.
Andrade Anselmus.
Andrade Antonius.
Andrade Antonius alter.
Andrè Ivo Maria.
Andrea Joseph (ab).
Andreani Joan. Baptista.
Andrejowicz Josephus.
Andreoni Joannes Antonius.
Andres Emmanuel.
Andres Joseph.
Andres Joannes.
Andreu Petrus Joannes.
Andreucci Andreas Hieronymus.
Andri Natalis.
Andria Marius (d').
Androtius Fulvius.
Anfossi Hannibal.
Angelini Joseph.
Angerer Antonius.
Angeri Jacobus.
Angiolini Franciscus.
Anglicanum Collegium.
Ango Petrus.
Anglois Joan.Baptista (L').
Anjos Emmanuel dos.
Anjou Joannes (d').
Anna Aloisius (de).
Anna Leonardus (de).
Ansalone Franciscus.
Ansalone Petrus.
Ansquer de Ponzol.
Anthomàs Dominicus.
Antinori Dominicus Maria.
Antoine Paulus Gabriel.
Antonelli Thomas.
Antonin Joannes.
Antonio Dominicus.
Antonio Franciscus.
Antoniotto Antonius.
Antuerpiense Collegium.
Antunez Joseph.
A. P. U. S. I.
Apfaltrer Leopoldus.
Aponi Alphonsus.
Aponte Emmanuel.
Appiani Joan. Baptista.
Appiani Paulus Antonius.
Aprile Franciscus Maria.
Aquino Carolus (de).
Araldo Joannes Franciscus.
Arana Antonius.
Arana Joannes (de).
Aranda Gabriel (de).
Aranda Gerardus Noves.
Aranda Philippus.
Aranha Franciscus.
Aranha Silvester.
Araujo Joannes.
Araujo Joseph.
Araujo Laurentius.
Araujo Michael (d').
Araujo Simon.
Arauxo idem qui Araujo.
Arbizù Joannes.
Arbizu Joannes Lopez.
Arbona Joannes Petrus.
Arcangeli Arcangelus.
Arce Simon.
Arco Raymundus (del).
Arconati Hieronymus.
Ardanuy Orentius.
Ardia Antonius.
Areda Didacus de junior.
Arena Philippus.
Arenillas Joannes.
Arent Tobias.
Argananti Dominicus.
Argenti Joseph.
Argentinenses Thelogi.
Arias.
Arias Antonius.
Arevalo Faustinus.
Arevalo Joannes.
Arlet Stanislaus.
Arminius Bonus.
Arnàl Joannes Antonius.
Arnal Josephus.
Arnaud Ignatius.
Arnaut Custodius.
Arnedo Joannes Antonius.
Arnoldt Joannes Bernardinus.
Arnoux Joannes.
Arriaga Paulus Joseph (de)
Arrighetti Nicolaus.
Arrighi Joan. Baptista.
Arrighi Laelius Antonius.
Arsdekin Ricardus.
Arteaga Stephanus.
Arteta Joannes.
Arthys Petrus Joseph.
Artieda Alphonsus Lopez (de).
Artieda Martinus de Esparza.
Artinus Stanislaus.
Arzet Germanus.
Ascensi Fabius.
Asclepi Joseph Maria.
Ashby Riccardus.
Asten Joseph.
Astria Joannes Baptista, A. T.
Atrebatense Collegium.
Attiret.
Avancini Nicolaus.
Aubentòn Guilielmus D.
Auberius Joan Henricus.

Aubert Franciscus.
Aubert Guido Franciscus.
Aubert Nicolaus.
Aubin Carolus Hyacinthus
Audiberti Camillus Maria.
Audoenus Thomas.
Audry Nicolaus.
Avendaño Didacus.
Avendaño Michael.
Avenionense Collegium.
Averhausen Joseph.
Auger Edmundus.
Augieres Albertus (D').
Augostòn Petrus.
Augustanum Collegium.
Auguste.
Aviles Petrus (de).
Aviña Echevarria Laurentius (de).
Aultre Isaacus.
Aumaitre Gilbertus Xaverius.
Auria Antonius.
Auria Marcus Antonius (de).
Avrigny Hyacintus Robillard (d').
Avrigny Hyacintus Riccardus.
Avril Franciscus.
Avril Ludovicus.
Avril Ph.
Ayala Sebastianus.
Azevedo Antonius.
Azevedo Didacus.
Azevedo Emmanuel.
Azevedo.
Azevedo Franciscus.
Azevedo Joannes.
Azevedo Joseph.
Azevedo Sebastianus.
Aznar Joseph Biel.
Aznar Franciscus.
Aznar Petrus.
Azzarelli Xaverius.
Azzoni Dominicus.

B

Baborier.
Bachoud.
Bacio Henricus.
Badini Mathias Faustinus.
Badon Isaacus Joannes.
Baegert Jacobus.
Baena Joseph (de).
Baens Aurelianus.
Baertius Franciscus.
Bagienski Franciscus Salesius.
Bagnati Simon.
Bagnesi Ferdinandus.
Bagotius Joannes.
Balbinus Bohuslaus.
Baldasarri Antonius.
Balde.
Balde Franciscus.
Balde Jacobus.
Baldeon Antonius.
Baldesanes Guilielmus.
Baldi Antonius.
Baldigiani Antonius
Baldinucci Antonius.
Baldivia Alphonsus Perez (de).
Baldivia et Vazquez Emmanuel.
Baldivia Ludovicus.
Baldivia Ludovicus alter.
Balduinus Renatus.
Balestrieri Hortensius.
Balla Philibertus.
Ballacchi Vincentius.
Balsam Gaspar.
Balsami Ignatius.
Balthasar Christophorus.
Balthasar Joannes Antonius.
Baltus Joannes Franciscus.
Balzi Michael Angelus.
Balzo Antonius (del).
Bambek Josephus.
Bandeira Antonius.
Bandiera Dominicus.
Bandini Dominicus.
Banholzer Jacobus.
Banholzer Joannes.
Barany Paulus.
Barba de Guzman Josephus.
Barbereau Joannes.
Barbiani Joannes.
Barbier Claudius Antonius.
Barbieri Joseph Philibertus.
Barbosa Antonius.
Barbosa Dominicus.
Barbosa Dominicus alter.
Barbugli Demetrius.
Barca Joseph Maria.
Barcinonense Collegium.
Barco Michael (del).
Bardarini Joseph.
Bardetti Stanislaus.
Bardi Franciscus.
Bardi Nicolaus.
Barella Joannes Baptista.
Barelli Joannes Marcellus.
Barner Joannes.
Barona Gaspar.
Barone Antonius.
Barone Joannes Maria.
Barotti Laurentius.
Barraco Franciscus Antonius.
Barradas Emmanuel.
Barradas Sebastianus.
Barranquero Joannes Ignatius.
Barraza Hyacinthus.
Barre Joan. Baptista (de la).
Barreira Balthasar.
Barreme.
Barreto Constantinus.
Barreto Emmanuel.
Barreto Gregorius.
Barreto Joannes Nunes.
Barriere Franciscus.
Barros Andreas.
Barruel Augustinus (de).
Barrufaldi.
Barry.
Bartakovicz Joseph.
Bartalucci Joannes Franciscus.
Barthe Bernardus.
Barthel Joannes Gaspar.
Bartilus Laurentius.
Bartochowski Albertus.

Bossany Wolfangus.
Bosses Bartholomaeus(des)
Bossi Marcus Atonius.
Bosso, seu Bossu, seu Bossi.
Bottalini Caesar.
Botti Joan. Baptista.
Boucher Claudius.
Boucher Petrus.
Bouchet Venantius.
Boucher J. B. A.
Boudier.
Bougeant Guilielmus Hyacinthus.
Bouhours Dominicus.
Boville fortasse Bovillius Petrus.
Bovio Carolus.
Bovio Philippus.
Boulenges Petrus.
Boulogne.
Bourdalue Ludovicus.
Bourdin Petrus.
Bourgeois Franciscus.
Bourgeois Nicolaus Gery.
Bourges Franciscus.
Bourguignet Simon.
Bouronie Joannes.
Bourzes Joannes (de).
Bousin, forte est error pro Boutin, seu Bontin.
Boutard Franciscus.
Boutary.
Boutauld, seu Boutault.
Boutet Nicolaus.
Boutin Petrus Ludovicus.
Bouvart.
Bouzas Franciscus Xaverius.
Boye Emmanuel.
Boym Michael.
Boys Guilielmus.
Boza Hieronymus.
Bozzoli Josephus.
Braccio Ignatius.
Bracharense Collegium.
Bragelongue Bernardinus.
Brandaon Ludovicus.
Braucatus Franciscus.
Brandolini Antonius Brolia
Brantus Joannes.
Brasiliensis Provincia.
Braun Christophorus.
Braydense Collegium.
Brean Franciscus Xaverius.
Brebàn Claudius.
Brebeuf.
Brebeuf Joannes.
Brenier Claudius Henricus.
Brenna Aloysius.
Brescianini Petrus.
Breslaviense Collegium.
Bretòn Carolus (Le).
Breton (Le).
Bretonneau Franciscus.
Bretonniere Antonius (de la).
Brevedent Carolus Franciscus Xaverius.
Brevil Joannes.
Bricourt Stephanus (de).
Brictius Joannes.
Brictius Martinus.
Bridelius Fridericus.
Briesky Xaverius.
Briet Philippus.
Briga Melchior (de la).
Brigniel Josephus.
Brignòn Joannes.
Brillon Philippus Franciscus.
Brilmacker Petrus Michael.
Brisacier Joannes (de).
Brisejon Petrus.
Brito Joannes (de).
Brizius B.
Bromirski, seu Brumiski.
Brossamain Petrus.
Brotier Gabriel.
Brown Joannes.
Brumoy Petrus.
Brun Guilielmus.
Brun Joannes.
Brun Petrus (del).
Brunelli Hieronymus.
Brunense Collegium.
Bruuo Agnellus.
Bruno Dominicus.
Bruno Ignatius.
Bruntutanum Collegium.
Brusati Julius Caesar.
Bruxellense Collegium.
Bruyn Isaacus.
Bucchetti Aloysius.
Buccelleni Octavius.
Buczynski Franciscus.
Budrioli Andreas.
Buedo Giron Joannes.
Buendia Josephus.
Buffier Claudius.
Buganza Cajetanus.
Bugis Petrus (de).
Buglio Ludovicus.
Buhon Gaspar.
Builloud Petrus.
Buininch Goswinus Josephus.
Bullengerws Caesar.
Bunou Jacobus Philippus.
Buongiuochi Joannes.
Burchard Jacobus.
Burdigalense Collegium.
Burgès.
Burghaber Adamus.
Burgio Franciscus.
Burgis Franciscus.
Burgoa Joannes.
Burgundius, seu Borgondi Horatius.
Burgundius Bernardinus.
Burkhaeuser Nicolaus.
Burlamacchi Fridericus.
Burriel Andreas Marcus.
Burriel Antonius.
Buscemi Thomas.
Busembaum Hermannus.
Busquets Salvator.
Bussi Hieronymus.
Bussieres Joannes (de).
Bustamante Bartholomaeus
Busto Joannes Antonius (del).
Busto Petrus (del).
Bustronius Georgius.
Butron Hyacinthus Moran (de.
Butròn Josephus.
Buynowski Michael.
Byeus Cornelius.

Bystrzonowski Adalbertus.
Byszewski Antonius.

C

Caballero Raymundus Diosdado.
Cabo Andreas.
Cabral.
Cabràl Antonius.
Cabràl Franciscus.
Cabràl Georgius.
Cabral Joannes.
Cabral Stephanus.
Cabrera Franciscus.
Cabrera Joannes.
Cachupin Franciscus.
Cadomense Collegium.
Caeiro Franciscus.
Caeiro Josephus.
Caers Joannes Baptista.
Caesaraugustanum Collegium.
Caetano Calogerus.
Caetano Octavius.
Caffarelli Gregorius.
Cagnoli Joannes Paulus.
Calahorra Emmanuel Josephus.
Calatayud Nicolaus.
Calatayued Petrus.
Calatrava Petrus (de).
Calcagni.
Calderon Franciscus.
Calderon Nicolaus.
Calemard Marcus Antonius.
Calenzani Didacus.
Calini Caesar.
Calini Ferdinandus.
Calleja Didacus.
Callemberg Gaspar.
Calles Sigismundus.
Calmette.
Calissiense Collegium.
Calvi Joannes Baptista.
Calvò Josephus.
Calzado Josephus.
Camaret Ludovicus.
Camargo Ignatius (de).
Camassa Franciscus Antonius.
Cambersense Collegium.
Cambier Ægidius.
Cambolas Jacobus (de).
Cambroneras Joannes del Campo et.
Camellus Georgius Joseph.
Camera Didacus (de).
Camera Ludovicus Gonzalez (de).
Camp Abrahamus.
Campaniae Provincia.
Camphausen Matthias.
Campisi Joannes Baptista.
Campistron Ludovicus(de)
Campoi Josephus Raphael.
Campora Thomas.
Campos Emmanuel (de).
Campos Urbanus.
Campservèr Ignatius.
Campoverde Joannes (de).
Camus Andreas (le).
Canali Annibal.
Canapville Jacobus (de).
Cañas Eusebius.
Cañas Josephus.
Candoni Josephus.
Canicia Antonius.
Canisius Petrus.
Cannizzaro, e Russo Liberante.
Canonici Matthaeus Aloysius.
Canot.
Cant Petrus.
Cantel Petrus Josephus.
Cantelli Carolus.
Cantelli Michael.
Cantova Carolus Ignatius.
Cantova Joannes Antonius.
Cantova Josephus Antonius.
Canutius Antonius.
Capainus.
Capasso Dominicus.
Capitani Mozzi Aloysius.
Cappella Prosper.
Capranica Angelus.
Caprara Alexander.
Caprini Joannes Antonius.
Caprini Joannes Paulus.
Capuana Franciscus.
Capuel Engelbertus.
Caraccioli Dominicus.
Caraccioli Joannes.
Caraffa Hieronymus.
Carascovet Franciscus.
Caravita Vincentius Maria.
Carbò Joannes Baptista.
Carbone Franciscus.
Cardavezar Augustinus.
Cardeira Ludovicus.
Cardell Franciscus Paula.
Cardenas Joannes (de).
Cardia Jacobus.
Cardim Antonius.
Cardon Daniel.
Cardoso.
Cardoso Andreas.
Cardoso Matthaeus.
Carduino Joannes Baptista.
Carheilt Stephanus (de).
Caribdi Jacobus.
Cariddi Joan. Baptista.
Cariophilus Blasius.
Carité Petrus.
Carl Josephus.
Carli Antonius Aloysius.
Carli Thomas.
Carlier Ægidius.
Carminata Joannes Baptista.
Carneiro Antonius.
Carneiro Emmanuel.
Carnin Ludovicus.
Carnoli Aloysius.
Carocci Concezius.
Caron Emard. (le).
Caròn Franciscus (le).
Caroniti Sebastianus.
Carot.
Carpani Josephus.
Carrera Franciscus.
Carreras Jaimus.
Carreto Vincentius Maria.
Carrillo Alphonsus.

Carrol Joannes.
Carsughi Rainerius.
Carry Aegidius (la).
Carvajal Franciscus.
Carvalho Antonius.
Carvalho Emmanuel.
Carvalho Henricus.
Carvalho Ignatius.
Carvalho Joannes (de).
Carvalho Ludovicus.
Casaletti Antonius.
Casalecchio Carolus.
Casamayor Michael.
Casani Josephus.
Casanova Josephus.
Casas Ignatius.
Casaus Franciscus Antonius.
Casati Ludovicus.
Casati Paulus.
Casimir Simon.
Casimirus Matthaeus.
Casini Antonius.
Casnedi Carolus.
Casotti Dominicus.
Casraeus Petrus.
Castres.
Cassany Raphael.
Casseda Petrus Xaverius.
Cassinis Franciscus.
Cassuis Bartholomaeus.
Castagnola Carolus Andreas.
Castejon Augustinus.
Castel Ludovicus Bertrandus.
Castellana Provincias.
Castellanos.
Castelli Joan. Baptista.
Castello Joannes Petrus.
Castiglia Franciscus.
Castiglia Ignatius Stanislaus.
Castiglione Fulgentius.
Castiglione Vincentius.
Castilho Hieronymus.
Castilla Michael.
Castillo Didacus (del).
Castillo Franciscus (del).
Castillon Andreas.
Castner Casparus.
Castro Alphonsus Nuñez (de).
Castro Augustinus.
Castro Augustinus alter.
Castro Franciscus.
Castro Franciscus alter.
Castro Franciscus alter.
Castro Stephanis (de).
Castroverde Joannes.
Castulus Georgius.
Catalan Joan. Baptista.
Catalani Michael.
Cataldini Josephus.
Cathalan Jacobus.
Catrou Franciscus.
Cattani Caietanus.
Cattani Carolus.
Cattani Hieronymus.
Cattani Octavius.
Cavalleri Antonius.
Cavalleria Franciscus (de la).
Cavallero Julianus.
Cavallin Thuribius.
Causin Nicolaus.
Caussade Joannes Petrus.
Cazzani Camillus Evaristus.
Celesti Horatius.
Celi Marianus.
Cella Jacobus (della).
Cella Antonius.
Celladeus Antonius.
Cellesi Jacobus.
Cellier Laurentius.
Cellieres Laurentius (de).
Celt Paulus.
Censorinus Victorianus.
Centi Dominicus.
Centurioni Aloysius.
Cepari Virgilius.
Cepeda Franciscus Nuñez (de).
Cepeda Joannes Emmanuel.
Cerasola Dominicus.
Cerceau Joan. Antonius (du)
Cerda Joannes Ludovicus (de la).
Cerdà Thomas.
Cerido.
Cerillo Josephus.
Ceris Petrus.
Cerisieres Renatus (des).
Cernitori Josephus.
Cerutti Joannes Antonius.
Cerutti Thomas.
Cesarini Alexander.
Cesarini Virgilicus.
Cespedes Antonius.
Cespedes Benedictus Antonius.
Cespedes Christophorus.
Cespedes Petrus (de).
Cesqui Antonius.
Ceva Christophorus.
Ceva Thomas.
Cevallos Aloysius Ignatius.
Cevallos Xaverius (de).
Chacon Franciscus.
Chacon Joannes.
Chadziuski Antonius.
Chahu Philippus.
Chaize Franciscus (de la).
Chales Claudius Franciscus Millet (de).
Chalier.
Chamillard Petrus.
Chamillard Stephanus.
Champion Carolus Franciscus.
Champion Petrus.
Champneuf Petrus (de).
Champs Jacobus (des).
Champs Matthias (des).
Champs Stephanus (des).
Champson Franciscus Xaverius.
Chanowski Albertus.
Chanseaume Joannes Gaspar.
Chantre, y Herrera Josephus.
Chapelain Carolus Joannes (la).
Chappuis Joannes.
Charboneau Carolus.
Charbonier.
Charenton Nicolaus Josephus.

Cusanus Nicolaus.
Custurer Jacobus.
Cutillas Franciscus.
Cutna Antonius.
Cuviekalski Joannes.
Cuzquense Collegium.
Cydonius Joannes.
Cygne Martinus (du).
Cyparissiota Joannes Sapiens.
Czakert Tobias.
Czarzaski Nicolaus.
Czerniakowski Maximilianus.
Czerniewski Antonius.
Czese Codzienna.
Czerwenka Wenceslaus.
Czimmerman Henricus.
Czimmerman Joannes.

D

Dabray Joan. Franciscus.
Dabrowski Hilarius.
Dabuz Florinus.
Dagonel Petrus.
Dalier Odctus.
Dameto Joannes Baptista.
Damiani Antonius.
Damien Jacobus.
Dandini Hieronymus.
Dangalieres Antonius.
Daniel Gabriel.
Daniel Petrus.
Danquart Balthasar.
Danton.
Darfeville Joannes.
Daroczi Georgius.
Darrot Antonius.
Daude Adrianus.
David Georgius.
Davin.
Daulika Ladislaus.
Day Petrus.
Debiel Ludovicus.
Deboli Adamus.
Debski Georgius.
Deckerius Joannes.
Dedelley Jacobus.
Dejeant Raymundus.
Dekens Joannes.
De la mars Adamus.
Delfa Alexander Stanislaus.
Delgado Franciscus Salesius.
Delpini Joannes Theophilus.
Demangeon Antonius.
Denis Michael.
Denis Joannes Franciscus.
Dente Joseph.
Deo Felix (de).
Derckum Simon.
Derel Petrus (le).
Desideri Hyppolitus.
Desiderii Stephanus.
Desodoars Fantin.
Despineul.
Desplasses.
Desrobert.
Desruelles Balduinus.
Destexche Leonardus.
Destrictis Raymundus.
Dez Joannes.
Deza Alphonsus.
Diaceto Jacobus.
Diani Joannes Baptista.
Dias Petrus.
Dias Petrus alter.
Diaz Ignatius.
Diaz Michael.
Dichel Adamus.
Diego Paulus.
Diertins Ignatius.
Diesbac Augustinus.
Diesbach Josephus Albertus.
Dilatus Joannes.
Dionisi Annibal.
Diotallevi Alexander.
Diotiguardi Caesar.
Dirckinck Ioannes.
Dirrhaimer Uldaricus.
Diusse.
Dobrizhoffer Martinus.
Dobronoki Georgius.
Dochtorowicz Fabianus.
Dockweiler Philippus.
Doissin Ludovicus.
Dolck Gerardus.
Dolfin Franciscus.
Dollenz Carolus.
Dolliers.
Dolmans Petrus.
Dolu.
Domenec Petrus.
Domenechini Antonius Franciscus.
Domenge.
Dominguez Emmanuel Cajetanus.
Dominguez Petrus.
Doms Franciscus.
Donati Bartholomaeus.
Dondini Guilielmus.
Dorell Guillielmus.
Dorigny Joannes.
Dormer Joannes.
Dotto Franciscus Aloysius.
Doucin Ludovicus.
Dozenne Petrus.
D. R.
Draghetto Andreas.
Drago Petrus.
Dralli Andreas.
Drattenberg Matthaeus.
Drews Joannes.
Druzbicki Gaspar.
Duarte Emmanuel.
Duarte Franciscus.
Dubsky Joannes.
Ducci Marcus Antonius.
Ducaeus Fronto.
Dueller Thomas.
Dufay I. G.
Dufrene Maximilianus.
Dulman Gabriel.
Dumas Jacobus.
Duneau Franciscus, idem qui Dunelli.
Dunelli Franciscus.
Dunini Petrus.
Dunod Petrus Joseph.
Duparc Jacobus.
Dupont Franciscus.
Dupre Thomas.
Duran Nicolaus.
Durazzo Hieronymus.
Durazzo Hippolytus.
Durazzo Joan. Franciscus.

Durnbacher Ioan. Nepomucenus.
Durranc.
Dursfeldt Joannes.
Duserre Josephus Bernardus.
Dutari Hieronymus.
Dutreul.

E

Ebitczki Joannes.
Eborensis Academia.
Eborenses Rhetorici.
Echeverria Carolus Felix.
Echeverria Marcellinus.
Eckart Anselmus.
Ecker Wenceslaus.
Eckhel Josephus.
Eder Joannes.
Edera (seu potius Eder). Joannes.
Ederi Petrus Josephus.
Eede Guilielmus Van den.
Eggs Leontius (ab).
Eggs Richardus (ab).
Eguiluz Didacus (de).
Ehrentreich Adamus.
Eisenhaud Petrus.
Eisert Joannes.
Elffen Nicolaus.
Elger Georgius.
Elizalde Michael (de).
Elizondo Joachimus.
Ellert Georgius.
Ellinger Antonius.
Emmerich Jacobus.
Emperador.
Empereur Jacobus (L').
Enis Thaddaeus.
Engstler Josephus Mathias.
Enriquez Balthasar.
Ens Franciscus Van.
Entrecolles Franciscus Xaverius (d').
Enzerdorfer Adamus.
Eon Nicolaus.
Erber Bernardinus.
Ercolani Franciscus.
Escandon Joannes.

Eschborn Ludovicus.
Eschenbreuder Andreas.
Eschenbrender Pantaleon.
Eschinardus Franciscus.
Escobar Christophorus (de).
Escoulant Petrus.
Escovar Emmanuel (de).
Escuderos Petrus (de las).
Eseles Martinus.
Esler Andreas.
Espejo Joannes.
Espinha Joseph.
Espinola Carolus Franciscus.
Espinosa Antonius.
Esquex Petrus Franciscus.
Esser Andreas.
Estancel Valentinus, idem qui Stansel et Estansel.
Ester Bernardus.
Estevam Thomas.
Estevan Xaverius (de San).
Estevens Simon.
Estrada Joannes (de).
Estrada Petrus (de).
Estrix Aegidius.
Etre Guilielmus (D').
Etschlagen Christianus.
Ettorri Camillus.
Eximeno Antonius.
Exquerra Alphonsus.
Eynarowicz Christophorus.

F

Fabiani Joseph.
Fabrega Joseph:
Fabretti Stephanus.
Fabri Emmanuel.
Fabri Honoratus.
Fabri Matthias.
Fabritius Leopoldus.
Fagundes Emmanuel.
Falck Josephus.
Falconius Petrus Jacobus.
Falkner.
Faludi Franciscus.
Fanelli Antonius Maria.

Faràz N. N.
Faria Franciscus.
Faria Gaspar.
Farlatus Daniel.
Fassching Franciscus.
Fauque.
Faure Jacobus (le).
Faure Joannes Baptista.
Faure Petrus.
Fay David.
Febres Andreas.
Febure Jacobus (le).
Fegeli Franciscus Xaverius.
Fekete Josephus.
Feller Franciscus Xaverius (de).
Fellon Thomas Bernardus.
Fenis Joannes Leonardus.
Fernandes Emmanuel.
Fernandez Antonius.
Fernandez Joannes Patritius.
Fernandez Joseph.
Fernandez Trebino Franciscus.
Ferrando Franciscus.
Ferrando Joannes Antonius.
Ferrari Guido.
Ferrarius Joannes Baptista.
Ferreira Antonius.
Ferreira Emmanuel.
Ferraira Franciscus.
Ferreira Joachimus.
Ferreira Joanner.
Ferreira Joseph.
Ferrer Andreas.
Ferrer et Llapard Joseph.
Ferreri Petrus Maria.
Ferruci Gaspar.
Ferrusola Petrus.
Ferus Georgius.
Fesc Ludovicus Antonius de Lozeran (du).
Feu Thomas.
Fevre (le).
Feytens Joannes.
F. G. C.
Fialho Emmanuel.
Fibus Bartholomaeus.

Fichet Alexander.
Fierard Joseph.
Figueredo.
Figuereido Antonius.
Figuereido Emmanuel.
Figuereido Joseph.
Figueroa Hieronymus (de).
Filenbach Jacobus.
Filipecki Andreas.
Fimia Justinus.
Finocchio Antonius.
Fiol Ignatius.
Fischer Antonius.
Fischer Christophorus.
Fischer Leopoldus.
Fitter Adamus.
Fitterer Josephus.
Flaminius Franciscus.
Flaschner Joannes.
Fleuri Carolus.
Florencia Franciscus (de):
Florencia Hieronymus(de).
Florindas Didacus (de).
Flottus Adamus.
Floyd Joannes.
Fluvia Franciscus Xaverius.
Focky Jacobus.
Foix Marcus Antonius (de).
Folard Franciscus Melchior.
Foldnari Michael.
Fonseca Benedictus.
Fonseca Cajetanus (da).
Fonseca Emmanuel.
Fonseca Franciscus (da).
Fonseca Joannes (da).
Fonseca Joseph (da).
Fontaine Jacobus (de la).
Fontana Fulvius.
Fontaney Joannes (de).
Fontanus Andreas Didacus.
Fonte Joannes.
Fontenai Petrus Claudius.
Forchond Hieronymus.
Forest Renatus Guilielmus.
Foresti Antonius.
Forestier Maturinus Germanus (le).
Forni Carolus.
Forti Antonius.
Forti Petrus Maria.
Fortis Aloysius.
Foullon Joannes Erardus.
Fouquet.
Fournier Georgius.
Fouscher Joannes Ignatius.
Fozi Joseph.
Franchini Marcus Aurelius.
Franchis Franciscus (de).
Franchoys Joannes Baptista.
Francisci Georgius.
Franciscis Joannes Baptista.
Francklin Georgius.
Franco Antonius.
Francolini Balthasar.
Frantz Ignatius.
Franz Josephus.
Frazzetto Michael.
Frere Claudius.
Fresia Caesar.
Fresneda Franciscus Xaverius.
Fretat Amabilis (de).
Frias Emmanuel Antonius (de).
Friderich Melchior.
Friderich Philippus.
Fridualdszki Joannes.
Friebel Georgius Franciscus.
Fries Ignatius.
Fritz Samuel.
Fritz Andreas.
Frizon Leonardus.
Frizon Nicolaus.
Froehling Michael.
Froelich Erasmus.
Froelich Gabriel.
From Joannes.
Fuensalida Didacus Joseph.
Fuente Bernardus (de la).
Fuente Hurtado Didacus (de la).
Fuente Joannes (de la).
Fundoni Salvator.
Furtado Franciscus.
Furtado Michael.

G

Gaar Georgius.
Gabardi Joachimus.
Gabiani Joannes Dominicus.
Gac Stephanus (le).
Gaddi Franciscus Maria.
Gaetani Maximilianus.
Gagliardi Josephus.
Gagna Gaspar Joseph.
Gaillard Honoratus.
Galan Andreas.
Galeotti Nicolaus.
Galfò Antonius.
Galindo Petrus Gonzalez.
Gallade Petrus.
Gallarati Joannes Ambrosius.
Gallaratus Ambrosius.
Gallardo Petrus Maria.
Galletti Joseph.
Gallier Eustachius.
Gallifet Josephus (de).
Gallione Jacobus.
Gallois Joannes.
Galpin Bartholomaeus.
Gallutius Tarquinius.
Galluzzi Franciscus Maria.
Gama Simon (da).
Gamans Joannes.
Gambacurta Petrus.
Gamberti Dominicus.
Gamboa Franciscus.
Gamiz Josephus (de).
Gandara Salvator (de la).
Gandia Joannes.
Gandolfi Hieronymus.
Gandutius Joannes Baptista.
Garasse Franciscus.
Garau Franciscus.
Garbelli Antonius.
Garces Gregorius.
Garcia Antonius.
Garcia Antonius Michael.
Garcia Bernardus.

Goeul Nicolaus (le).
Goldhagen Hermannus.
Goldperper Ignatius.
Goletti Antonius.
Golscher Martinus.
Gomes Emmanuel.
Gomes Franciscus.
Gomez Christophorus.
Gomez Vidaurre Philippus.
Gongora Carolus de Siguenza.
Gonneliu Hieronymus (de)
Gonsales.
Gonsalves Fabianus.
Gonterius Joannes.
Gonzaga Ludovicus.
Gonzales seu potius Gonzalez.
Gonzalez Balthasar.
Gonzalez Joannes.
Gonzalez Salvator.
Gonzalez Sebastianus.
Gonzalez de Mendoza Petrus.
Gonzalez de Santalla Thyrsus.
Gooden Jacobus.
Gorardus Petrus.
Gordon Jacobus.
Gori Julius.
Gormaz Joannes Baptista.
Gorse Petrus.
Gosciecki Franciscus.
Gottignies Aegidius Franciscus.
Gottner Franciscus Xaverius.
Gottsclich Carolus.
Gourdant Petrus (de).
Gournay Franciscus (de).
Gournay Nicolaus (de).
Gouthier Marcus Antonius.
Gouvea Aloysius.
Gouvea Antonius (de).
Gouye Thomas.
Goville (de).
Goycochea Joannes (de).
Gozalvo Marcellinus.
Gozani Joannes Paulus.
G. P.
Grabenius Albertus.
Grach Henricus Vander.
Gracian Balthasar.
Gracian Laurentius.
Grainville Petrus Joseph.
Grajal Comes (del).
Gramain Leonardus.
Grammatici Nicasius.
Granado Franciscus.
Grand Stephanus (le).
Grandi Franciscus.
Grandi.
Grandvillers Jacobus.
Granelli Carolus.
Granelli Joannes.
Grangel Christophorus.
Grant Josephus.
Gras Jacobus (le).
Gras Petrus.
Grassetti Joannes Baptista.
Grassetti Jacobus.
Grassoldt Bernardus.
Grati.
Gratius Sallustius.
Grave Joannes.
Gravina Joannes Maria.
Gravina Joseph Maria.
Gravina Petrus.
Grazzano Joseph Maria.
Grebner Thomas.
Graeca Missio.
Grembs Stanislaus.
Gremner Joannes.
Greslon Adrianus.
Gresset Joannes Baptista.
Gretserus Jacobus.
Gricelli (forte Griselli) Joannes Baptista.
Griffet Henricus.
Grimaldi Franciscus.
Grimaldi Placidus Maria.
Grim Leopoldus.
Grimod.
Grinsven Leonardus Van.
Grivel Fidelis.
Grodzicki Faustinus.
Gromsel, seu Grumsel Gerardus.
Groppe.
Gropper Antonius.
Gross Franciscus.
Grossi Julius.
Grossez Joannes Stephanus.
Gruber Ignatius.
Gruber Joachimus.
Gruber.
Gruber Leopoldus.
Grueber Joannes.
Grumsel Guillelmus.
Guadalaxara Thomas (de).
Guaime Albertus.
Gualterius Jacobus.
Guarini Joannes Baptista.
Guarini Franciscus.
Guarini Ignatius.
Guebara Hieronymus.
Guedes Laurentius.
Guelfi Franciscus Maria.
Guenard.
Guerin du Rocher.
Guerin Nicolaus.
Guerra Antonius.
Guerra Ferdinandus.
Guerrero de Villareal Michael.
Guesman Franciscus.
Guesnay Joannes Baptista.
Guevara Franciscus (de).
Guevara Joseph.
Guevarre (aut potius Guevara) Andreas.
Gueynard.
Guff Veremundus.
Guibert Joannes Joseph.
Guicciardi Antonius Maria.
Guicciardi Antonius Marcus.
Guicciardi Joseph.
Guilleminot Joannes.
Guillen Joannes Gabriel.
Guillius.
Guillore Franciscus.
Guimond Hervaeus.
Guizzardi Josephus.
Gumilla Joseph.
Gummersbach Joannes.
Gummersbach Petrus.

Gusmaon Alexander.
Gustà Franciscus.
Gutierrez Michael.
Gutierrez Augustinus.
Gutierrez Franciscus.
Gutierrez Hieronymus.
Gutierrez de la Sal Antonius.
Gutwirt Melchior.
Guyart Robertus.
Guyet Casolus.
Guyot Petrus Franciscus.
Gzowski Joannes.

H

H. B.
Habelui Joannes.
Hacki Joannes Franciscus.
Hagen Guillelmus Vander.
Haiden Joannes.
Halberstad Bernardus.
Halde Joannes (du).
Hallerstein Augustinus.
Hancke Joannes.
Hannenberg Godefridus.
Hansizius Marcus.
Hansizius Paulus.
Hanxleden Joannes Ernestus.
Hardewist Ludovicus.
Harduinus Joannes.
Harman Sigismundus Ferdinandus.
Harmayer Joan. Baptista.
Hartung Philippus.
Hartzheim Josephus.
Hartzheim Gaspar.
H. s Ibaver Franciscus.
Hateliffus Vincentius.
Haunoldus Christophorus.
Hauser Bertholdus.
Hautecourt L. L. (d').
Haze Jacobus (de).
Hebenstreit Josephus.
Hebert Michael.
Heidfeld Adamus.
Heille Franciscus.
Heimbach Matthias.
Heinsberg Henricus.
Heinze Wenceslaus.
Heis Henricus.
Heislinger Antonius.
Hell Maximilianus.
Hempel Raphael.
Henao Gabriel.
Henner Blasius.
Henriquez Henricus.
Hera Petrus (de la).
Herbert Joseph.
Herce Josephus.
Herdtrich Christianus.
Hermann Georgius.
Hernandez Franciscus Xaverius.
Herran Hieronymus.
Herrera Augustinus (de).
Herrera Joannes (de).
Hertling Nicolaus.
Hervàs Laurentius.
Hervieu (d').
Herzig Franciscus.
Herzog Josephus.
Hessius Guilielmus.
Hevenesi Gabriel.
Hidalgo Vincentius.
Hidius.
Hierro Josephus (del).
Hildeyard Thomas.
Hillebrandt Joannes.
Hilleprand Gerardus.
Hinsberg Henricus.
Hiss Henricus.
Hizler Jacobus.
Hofer Joannes Baptista.
Hoffman Franciscus.
Hoffstetter Philippus.
Hofstater Antonius.
Hohenwarth seu Hochenwart Sigismundus.
Holderman.
Holl Franciscus Xaverius.
Holler Antonius.
Holzkau Thomas.
Holzapfel Ludovicus.
Homodei Octavius.
Honoratus Joannes.
Honrubia Audres (de).
Horaz Franciscus.
Horta Nuntius (de).
Horti Felix Maria.
Horvat Joannes Baptista.
Horvath Michael.
Hoschius Sidronius.
Hoste Paulus.
Hostovinus Balthasar.
Houdry Vincentius.
Hoyos Bernardus.
Hubenus Ignatius.
Huberti Franciscus.
Huby Vincentius.
Hueber Ferdinandus.
Hunnold Franciscus.
Hurtado Matthaeus.
Huth Adamus.
Hurtado Perez.

I

Jachimowski Simon.
Jacops Franciscus.
Jacquemin.
Jacques.
Jahoda Ignatius.
Jahoda Joannes.
Janer Gaspar.
Janningus Conradus.
Jannò Dominicus.
Janowka Petrus.
Janosi Nicolaus.
Janssen Franciscus.
Jartoux Petrus.
Jaszlinski Andreas.
Jauregui Martinus (de).
Jaworski Stanislaus.
Jay Gabriel Franciscus (Le).
Ibañez Echavarri Bernardus.
Idiaquez Franciscus Xaverius.
Igarra Joannes.
Igarza Joannes (de).
Ilgner Ignatius.
Illia Andreas.
Illsung Jacobus.
Imperiale Joseph.
Incarville Petrus.

Ingoult Nicolaus Ludovicus.
Inamma Franciscus.
Innocenzi Innocentius.
Insprugger Sebastianus.
Joannes Andreas Eudaemon.
Jobert Ludovicus.
Jockisch Gasparus.
John Carolus.
Jolis Joseph.
Jorge Marcus.
Jorath Joannes.
Joubert Josephus.
Jonvency Josephus.
Iraizoz Xaverius.
Iribarne Dominicus.
Irizarri Martinus (de).
Isla Joseph Franciscus.
Isola Marcus Antonius.
Iturrate Joseph (de).
Iturri Joachimus.
Iturri Franciscus.
Iturriaga Emmanuel Marianus.
Juan Laurentius (de San).
Ivanschitsh Joannes.
Judde.
Julian Antonius.
Julian Hieronymus.
Julian Xaverius.
Juliacensis Schola.
Jung Joannes.
Junglingk Joannes.
Junguito Andreas.
Junius Andreas.
Jurain Josephus.
Jure Joannes Baptista Saint-
Justinianus Benedictus.
Justinianus Petrus.
Iwanek Georgius.
Izquierdo Sebastianus.
Izzo Joannes Baptista.

K

Kadlinski Felix.
Kaminko Franciscus.
Kamperger Franciscus Aloysius.
Kappenstein Franciscus.
Kaprinai Stephanus.
Karchne Simon.
Karski Matthias.
Kaschutnig Joan. Baptista.
Katona Stephanus.
Kaulen Laurentius.
Kauscher (alias Rauscher) Volfangus.
Kayser Sebastianus.
Kazi Joannes.
Kazi Franciscus.
Kegler Ignatius.
Keller Franciscus.
Kellerus Jacobus.
Kelz Henricus.
Keminus Joannes Szalon.
Keppler Laurentius.
Kerens Joannes.
Keri Franciscus.
Keri Valentinus.
Kervillars Joan. Marinus.
Khell Joseph.
Kicher Henricus.
Kielps.
Kilber Henricus.
Kino Eusebius Franciscus.
Kirchhof Henricus.
Kirchoffer Matthias.
Kircher Henricus.
Kircker Athanasius.
Kirchner Daniel.
Kirsch Leopoldus.
Kiselius Philippus.
Kisling Joannes.
Klaus Michael.
Klein Carolus.
Klein Joannes.
Kleinbrodt Antonius.
Kleiner Josephus.
Kleppè.
Knellinger Balthasar.
Knitl Gaspar.
Knot Eduardus.
Koegler Ignatius.
Kolb Gregorius.
Kolbe Franciscus.
Kolczawa Carolus.
Kollarius Adamus Franciscus.
Kolosvàri Paulus.
Kolowrat Ferdinandus.
Koricki Carolus.
Korneli Joannes.
Korzinek Joannes.
Kowalicki Franciscus.
Kovalski Joannes.
Kovat Franciscus.
Kramer Michael.
Krasuski Michael.
Kraszewski Joannes.
Kraus Joannes.
Kraz Georgius.
Krening Josephus.
Kresa Jacobus.
Kretz Marquardus.
Krieger Wilibaldus.
Krimer Ferdinandus.
Kritzraedt Jacobus.
Kropf Franciscus Xaverius.
Krosnowski Joannes.
Kroust Joannes Maria.
Krusinski Thaddaeus.
Kruszewski Franciscus.
Kugler Joannes.
Kulesza Joannes Aloysius.
Kummet Casparus.
Kuhn Carolus.
Kunics Franciscus.
Kwiakiewicz Joannes.
Kwiatkowski Petrus.
Kylman Reinerus.

L

Labe Sebastianus.
Labbe Ludovicus Philippus.
Labbe Petrus.
Laberhittel Samuel.
Labrador Joseph Sanchez.
Lachemayr Carolus.
Lacki Thomas.
Lacunza Emmanuel.
Lafitau Josephus Franciscus.
Lafitean Petrus Franciscus.
Lafosse Gregorius Henricus.
Lagar Joannes.

Lagomarsini Hieronymus.
Lagorrè Franciscus.
Laguille Ludovicus.
Laguna Philippus (de la).
Laimbekhoven Gothifredus.
Lallemant Ludovicus.
Lallemant Philippus.
Lambert Jacobus.
Lambert Stephanus.
Lamberti Fridericus.
Lambertz Joannes.
Lamparter Henricus.
Lana Franciscus (de).
Lande Julianus (de la).
Landelle Joannes (de la).
Landi Vettori Gregorius.
Landivar Raphael.
Landolina Joseph.
Lane (la).
Lanfredini Jacobus.
Lang Franciscus.
Langasco Thomas.
Lange de Lignac Josephus Adrianus.
Langetl Ignatius.
Languedoc Michael (de).
Lansinski Dominicus.
Lansselius Petrus.
Lantheaume Petrus Franciscus.
Lantzmar Franciscus.
Lanuza Aloysius.
Lanzi Aloysius.
Lanziego Joannes Baptista.
La Pesse.
Lara Joseph (de).
Laredo Franciscus Maria.
Large Franciscus (le).
Lariz Joachimus.
Larralde Joannes Ignatius (de).
Larramendi Emmanuel (de)
Lascaris Balthasar.
Lassala Emmanuel.
Latre y Frias Michael Antonius.
Lattaignant.
Laubrussel.
Laughier Marcus Antonius.
Laureati.
Laurenti Joannes.
Lauria Joseph.
Lauro Lauretus.
Laval Joannes.
Lavaur Ludovicus.
Lavit.
Laynes Franciscus.
Lazcano Franciscus Xaverius.
Lazeri Petrus.
Lazniewski Ignatius.
Leanza Placidus Maria.
Leau Cornelius.
Lebeda Wenceslaus.
Lecchi Joannes Antonius.
Lederel.
Ledesma Jacobus.
Leguè.
Leinberer Wolfangus.
Leitam, seu Leitaon Franciscus.
Lemmi Franciscus Maria.
Lemmichen Zacharias.
Leonardo Joachimus.
Leonardelli Annibal.
Leonardelli Bonaventura.
Leon Bartholomaeus.
Leon Ignatius.
Leon Joannes Baptista.
Leon Thomas (de).
Leone Franciscus Maria.
Leone Joannes (di).
Leopold C.
Leris Joseph Matthias.
Lescalopier Petrus.
Lesleo, seu vere Lesley Alexander.
Leslaeus Guillelmus Ludovicus.
Leslie.
Lesnieuwski Franciscus Michael.
Lestyan Moses.
Letrosne Joannes Baptista.
Lettiere Laurentius (Le-).
Leurenius Petrus.
Levini Carolus Antonius.
Leytaon Joannes.
Lezana Didacus.
Lezaun Martinus.
Lhonorè Franciscus.
Libenus Jacobus.
Liberius Joannes.
Libertinus Carolus.
Libig Joannes.
Lichtle Ignatius.
Liesganig Joseph.
Ligny (de).
Lima Antonius.
Lima Franciscus.
Limpenus Joannes.
Lince Richardus.
Linck Wenceslaus.
Linek Carolus.
Linek Matthias.
Lingen Burchardus.
Lingendes Claudius.
Linus Franciscus.
Lionard Guilielmus.
Litta Aloysius Stanislaus.
Llampillas Franciscus Xaverius.
Llerena Franciscus (de).
Llorente Marianus.
Lobelli Carolus.
Lobo Alvarus.
Lobo Didacus.
Lobo Hieronymus.
Lohner Tobias.
Lombard Joannes.
Lombard Theodorus.
Lombardi Hieronymus.
Lombardo Carolus.
Lombardus Hannibal.
Londel Joannes Stephanus.
Londel.
Longobardi Nicolaus.
Longueval Jacobus.
Lopes Franciscus.
Lopez Balthasar.
Lopez Dominicus.
Lopez Eugenius.
Lopez Franciscus.
Lopez Hieronymus.
Lopez Joannes Franciscus.
Lopez Vincentius.
Lopez de Lara Petrus.
Loppin.

Lorefice Hyacinthus.
Lorenz.
Lorenzo Melchior (di).
Losada Ludovicus (de).
Loserth Philippus.
Losiewski Christophorus.
Lotharingia Carolus (de).
Lottley Wernerus.
Lovat Joseph Maria.
Loureiro Joannes (de).
Lourenzo Augustinus.
Loyer (Le-).
Loyola Joannes (de).
Lozano Facundus.
Lozano Franciscus Xaverius.
Lozano Petrus.
L. U.
Lubelli Andreas.
Lubelza Emmanuel.
Lubian Rochus.
Lubrani Jacobus.
Lucano Joannes.
Lucari Joannes.
Lucchese Ignatius.
Lucchesini Carolus.
Lucchini Franciscus Maria.
Ludeña Antonius.
Luder Bartholomaeus.
Ludovici Dominicus.
Luengos Joannes.
Lugo Joannes (de).
Lugowski Martinus.
Luino Franciscus.
Luiz Emmanuel.
Luiz, seu Ludovicus Emmanuel.
Lunardi Octavius.
Lupi Antonius Maria.
Lupi Flaminius.
Lupus Christophorus.
Lusitana Provincia.
Lutz Bartholomaeus.
Lyoncourt Martinus (de).

M

M.
Maceda Michael Joseph.
Macedo Antonius.
Macedo Benedictus (de).
Macedo Gaspar (de).
Macchi Alexander.
Macchi Joannes Baptista.
Machado Franciscus.
Machault Jacobus.
Machault Joannes Baptista.
Macherentinus Joannes.
Macheret Stephanus.
Machoni Antonius.
Mack Matthias.
Macret Germanus.
Maes Alexander.
Maestre Franciscus Xaverius.
Maffei Joannes Petrus.
Maffejus Petrus Antonius.
Magahlaes Cosmas.
Magalhaens Sebastianus.
Magnan Isaacus.
Magnani Antonius.
Magnetius Ludovicus.
Magni.
Magnien Joannes.
Magnien Nicolans.
Mahoudeau Joseph.
Mahy Bernardus.
Maichrowicz Simon.
Mailla Joannes Maria.
Maillac Joseph Anna Maria (de) Moyria (de).
Mainone Franciscus.
Maimbourg Ludovicus.
Maineri Alexander.
Mairat.
Maire Christophorus.
Maire, seu Mayre Jacobus.
Maistre Alexander (le).
Maistre (le B.).
Maistre Guillelmus.
Maistre Petrus (le).
Mako de Kerek-Gede Paulus.
Malagrida Gabriel.
Malatra Joan. Franciscus.
Malavalete Joseph.
Malavehar Joannes Ignatius.
Malboan Claudius Adolphus.
Malczewski Adamus.
Maldonado Joannes.
Maldonado Joannes Baptista.
Maldonado Franciscus.
Maldonado, seu Maldonatus Joannes.
Malmaison Jacobus (de la).
Malobiczki Joannes.
Malon Aegidius Henricus Saint-.
Malsiner Josephus.
Maltretus Claudius.
Mamachi Franciscus Xaverius.
Mamiani de Ruvere Aloysius Vincentius.
Manciforte Dominicus.
Mancini Dominicus.
Manco Bernardinus.
Mancuso Antonius Ignatius.
Mandl Casparus.
Mandosius Carolus.
Maneiro Joannes Aloysius.
Manescal Honoratus.
Manfredi Antonius.
Manfredi Aemilius.
Mangionius Valentinus.
Mangold Josephus.
Mangold Maximus.
Mangoldt Antonius.
Mangot Franciscus.
Manhart Franciscus Xaverius.
Manni Joannes Baptista.
Manoel Ignatius.
Manosalbas Faustinus.
Mansfeld Robertus.
Mansi Fabius.
Mantas I.
Mantovani Paulus.
Manuel Joannes.
Manntius Angelus.
Manzi Joannes Baptista.
Manzini Jacobus Antonius.
Maracci Joannes.
Marazzani Franciscus.

Memmi Joannes Baptista.
Mendes Paulus.
Mendes Valentinus.
Mendiburu Sebastianus (de).
Mendo Andreas.
Mendoza-Franciscus.
Mendoza Innicus (de).
Mendoza Petrus Gonzalez (de).
Menestrier Blasius.
Menestrier Claudius Franciscus.
Menghini Carolus Antonius.
Menoux Bruno Melchior.
Mentzius Georgius.
Mera Franciscus.
Mercado Petrus.
Mercier Franciscus Joseph (le).
Merlin Carolus.
Merlini Jacobus Philippus.
Meroville Carolus (de).
Mersch Franciscus.
Merville.
Merz Aloysius.
Messia Alphonsus.
Mesnil Ludovicus (du).
Mezburg Georgius Ignatius.
Mezburg Gothifredus.
Mexicana Provincia.
Meyer Livinus.
Meynier Bernardus.
Miaskowski Adrianus.
Mibes Jacobus.
Michaeler Carolus Josephus.
Michel Antonius.
Michel Joannes.
Michon Ludovicus.
Mihaltz Stephanus.
Miki Paulus.
Milàn Joannes.
Milanese Josephus Ignatius.
Milanese Petrus Joseph.
Milia Emmanuel.
Millanger Antonius.
Millàs Joachimus.
Miller Franciscus Xaverius.
Miller Joannes.
Miller Philippus.
Milone Ignatius.
Milunski Matthias.
Mimbella Matthaeus.
Miñano Carolus Josephus (de).
Mini Americus.
Minimi Silvius Xaverius.
Mira Antonius.
Mirabelli Franciscus.
Miraillet Petrus.
Miranda.
Miranda Franciscus (de).
Mire (le).
Miserandino Gandulphus.
Mitterdorffes Sebastianus.
Mitterbacher.
Mitterpacher Ludovicus.
Mlodzianowski Thomas.
Mocet Joannes Franciscus.
Modestinus Andreas.
Modonius Bernardus.
Modzelewski Zacharias.
Moers Petrus.
Mogas Petrus.
Moienc Joseph.
Moine Joseph.
M ine Petrus (le).
Moiranio Hieronymus.
Mojon Benedictus.
Molina Dominicus (de).
Molina Franciscus.
Molina Joannes Ignatius.
Molina Ludovicus.
Molitor Joannes.
Molnar Joannes.
Moncada Balthasar (de).
Moncada Petrus (de).
Moncata (melius Moncada) Vincentius.
Mondegai Michael.
Mondran G. S.
Moneta Carolus.
Monfordus Jacobus.
Monod Petrus.
Monreal Michael Heronymus.
Monschein Josephus.
Mont Franciscus Joannes (du).
Montagna Joseph.
Montagne Henricus Ignatius.
Montaigne Claudius Hervaeus (de).
Montaigres L. (des).
Montaldo Horatius.
Montalvo Joannes (de).
Montaner Petrus.
Montani Joannes Franciscus.
Montauzan Franciscus(de).
Montecatini Balthasar.
Montefrigido Jacobus (de).
Montegut Antonius Franciscus.
Monteil Josephus.
Monteiro Antonius.
Monteiro Emmanuel.
Monteiro Ignatius.
Montenegro Joannes (de).
Montenegro Petrus (de).
Montengon Petrus.
Montero Christophorus.
Montesino Hieronymus.
Monti Joseph Stanislaus.
Montmorency Franciscus (de).
Monton Bartholomaeus.
Montoya Joachimus.
Montpleinchamp Chrysostomus.
Monville Albertus.
Mony Hieronymus.
Mora Franciscus.
Mora Felix.
Mora Joannes Antonius (de).
Mora Laurentius.
Morabito Antoninus Xaverius.
Moraes Emmanuel (de).
Moraes Ludovicus (de).
Moraes Sebastianus (de).
Morales Didacus.

Payen Guillelmus.
Payneta Gaspar (de).
Payva Joannes.
Paz Joannes (de).
Pazuengos Bernardus.
Pecaud.
Pecha.
Pecorari Hieronymus.
Pedralbes Franciscus.
Pedrati Joseph Maria.
Pedraza Julianus.
Pedro Antonius (de San).
Pedro Adrianus.
Pedrusi Paulus.
Pedruzzi, seu Pedrusi.
Pegna Joannes Jacobus (de la).
Peikhart Franciscus.
Peinado Ignatius Franciscus.
Pejacevich Franciscus Xaverius.
Peliger Casparus.
Pelisson.
Pellegrini Josephus Aloysius.
Pelleprat Petrus.
Pelletier Guilielmus.
Pelletiere Joannes Joseph.
Peñalosa Petrus (de).
Pennazzi Gherardus.
Pennequin Petrus.
Pepe Franciscus.
Peralta Antonius (de).
Peralta Franciscus (de).
Peramas Joseph Emmanuel.
Perarnau Michael.
Perdicaro Josephus.
Perduyn Gisleuus.
Perego Joannes Baptista.
Pereira Benedictus antiquior.
Pereira Benedictus recens.
Pereira Emmanuel.
Pereira Franciscus.
Pereira Paulus.
Perelli Joannes.
Pereny Franciscus.
Pererius Benedictus.
Peresius Joannes.
Pereszlenyi Paulus.
Pereyra.
Pereyra Joannes.
Pereyra Thomas.
Perez Alphonsus, seu Ildephonsus.
Perez Antonius.
Perez Ferdinandus.
Perez Franciscus.
Perez Michael.
Perez Philippus.
Perez de Hecho Marianus.
Perez de Nueros Hieronymus.
Pergmayer Joseph.
Perier Alexander.
Perier Joannes.
Perigaud Joannes.
Peringer Andreas.
Perini Joseph.
Perino Silvius.
Perkowicz Thomas.
Perotes Franciscus Xaverius.
Perpinianus Joannes Petrus.
Perreca Jacobus.
Perrin Carolus Joseph.
Perrin Franciscus.
Perry Claudius.
Persle.
Peruana Provincia.
Perussault.
Perusseau.
Pestana Ignatius.
Petavius Dionysius.
Peterfi Carolus.
Petiot Stephanus.
Petisco Joseph.
Petit Nicolaus (le).
Petit-didier Joannes.
Petrasanta Silvester.
Petrobelli Joannes.
Petroso Joannes.
Petrucci Joseph.
Peverelli Bartholomaeus.
Pexenfelder Michael.
Peza Nicolaus (de la).
Pezenàs Spiritus.
Pezarski Andreas.
Pfister Petrus.
Phoebei Philippus.
Pharaonio Paulus.
Pheilsticker Hermannus.
Phelippeaux Joannes.
Phaebeus Franciscus.
Philippe Laurentius.
Philippe Robertus.
P. I.
Piazza Carolus Maria.
Pica Carolus Maria.
Piccaglia Joannes Baptista.
Piccolo Didacus Maria.
Piceni Octavius.
Pichelmayer Paulus.
Pichler Joseph.
Pichler Vitus.
Pichon Joannes.
Picolo Franciscus Maria.
Piccaglia Joannes Baptista.
Picchi Alexius.
Picchi Hieronymus.
Piccolo Didacus Maria.
Piccolo Franciscus.
Pien Ignatius.
Pierer Franciscus.
Pierre Joannes Franciscus.
Pierron Franciscus.
Pietragrassa.
Pietrasanta.
Piget Carolus.
Pignatelli Josephus.
Pila Antoninus.
Pila Joseph.
Pilchowski David.
Pilgram Antoninus.
Piller Matthias.
Pichel Ignatius.
Pilloniere Renatus Franciscus.
Pimenta Antonius.
Pimenta Emmanuel.
Pimentel Franciscus.
Pimentel Ludovicus.
Pimentel Petrus.
Pimentel Vincentius.
Piña Joannes.
Pinamonti Joannes Petrus.
Pinazo Antonius.
Pineda Joannes (de).

Q

Richelmi Joannes Franciscus.
Richtenburg Joachimus.
Rico Joannes Joseph.
Ridell Franciscus.
Rieberer Mathias.
Rieffel Joseph.
Rieger Casparus.
Rieger Christianus.
Rield Franciscus Xaverius.
Riera Narcisus.
Righetti Antonius.
Righetti Rochus Maria:
Rigoleuc Joannes.
Rigord Aloysius.
Rigord.
Rigordi Franciseus.
Riguez Robertus.
Rinaldi Camillus Maria.
Rioja Marcus.
Risse Joannes.
Ristori Paulus Aemilius.
Ritter Josephus.
Rius Antonius.
Rivera Joannes Antonius (de).
Riviere Edmundus.
Rivoire Antonius.
Rizinger Christophorus.
Robbio Fridericus Maria.
Robert Dominicus Xaverius.
Roberti Joannes Baptista.
Robillard Hyacinthus Richardus.
Robin Joannes.
Robinet Germanus Ludovicus.
Robinet Petrus.
Roca Petrus.
Rocaberti Josephus.
Rocca Carolus.
Rocca Franciscus.
Roche Franciscus (de la).
Roches Ludovicus (des).
Rochette Ludovicus.
Rochon Antonius.
Rodelle Petrus.
Rodero Gaspar.
Rodrigues Emmanuel.
Rodrigues Emmanuel alter.
Rodrigues Ignatius.
Rodrigues Joannes.
Rodrigues Matthias.
Rodrigues Petrus.
Rodrignez Alphonsus.
Rodriguez Emmanuel.
Rodriguez Franciscus.
Rodriguez Josephus.
Rodriguez Petrus Joseph.
Rodriguez Simon.
Rodriguez de Mello Josephus.
Rogacci Benedictus.
Rogatis Thomas (de).
Roger Eusebius.
Rogerius Agnellus.
Rogerius Ludovicus.
Rogerius Nicolaus.
Rogier Adamus.
Rojas Alphonsus.
Rojas Alphonsus alter.
Roka Joannes Baptista.
Roldan Joannes Baptista.
Roman Georgius.
Roman de la Higuera Hieronymus.
Romaon Franciscus.
Rome Joannes.
Romeo Bartholomaeus.
Romeo Ferdinandus.
Romeo Michael.
Romero Alphonsus.
Roo Joannes.
Roquette.
Rorich Fridericus.
Ros Franciscus.
Rosa Franciscus (de).
Rosales Didacus.
Rosales Hisronymus (de).
Rosel Jacobus (du).
Rosella.
Rosenthal Joannes.
Roset Joannes.
Rosieres Gabriel.
Rossa Marcus Antonius.
Rossaens Guilielmus.
Rossi Antonius.
Rossi Jacobus Antonius.
Rossi Ignatius.
Rossi Quiricus.
Rossi Sigismundus.
Rossiers Franciscus.
Rossignoli Petrus Franciscus.
Rossini Leander.
Rostowski Stanislaus.
Roszakowski Joannes.
Rota Andreas.
Rotalde Franciscus.
Rotarius Joannes.
Roth.
Roti Carolus.
Rotondo Felix.
Rotter Carolus.
Roudil Franciscus.
Rougemont Franciseus:
Rousset.
Routh Bernardus.
Rouville Alexander (de).
Roux Alexander.
Roux Guilielmus (le).
Rouyer Renatus.
Rovillè Julius, seu Julianus.
Roxas Alphonsus (de).
Roy Franciscus (Le).
Roy Gabriel.
Roy Ludovicus.
Royer Abrahamus (le).
Roys Franciscus Xaverius.
Roz Franciscus.
Roze Joannes.
Rozewicz Jacobus.
Rozieszewski Albertus.
Rozzono Innocentius.
Ru Paulus (du).
Ruano Franciscus.
Rubè Antonius.
Rubi Joannes.
Rubino Antonius.
Rudel Andreas.
Rudomina Joannes.
Rudzki Andreas.
Rue Carolus (de la).
Ruffy Matthaeus.
Ruggieri Joannes Baptista.
Ruiz Antonius.
Ruiz Gabriel.

Ruiz Josephus.
Ruiz Antonius.
Rupp Joannes Baptista.
Ruschi Octavius.
Russo Balthasar.
Ruthard Gaspar.
Rutka Theophilus.
Ruyelle Venantius (de la).
Rzaczynski Gabriel.
Rzepnicki Franciscus.

S

Sà Antonius (de).
Sà Emmanuel (de).
Sà Emmanuel (de) alter.
Sablè Henricus (de).
Saccano Metellus.
Saccheri Hieronimus.
Sacchini Franciscus.
Saccone Antonius.
Sagner Gaspar.
Sagramoso Alexander Ignatius.
Saignes.
Sainjure.
Sailer Michael.
Sainovits Joannes.
Salas Aloysius (de.
Salas Joannes (de).
Salas Thomas (de).
Salazar Franciscus (de).
Salazar Joannes Climacus.
Salazar Joannes Stephanus.
Salazar Josephus.
Salazar Melchiades.
Salazàr Petrus (de).
Salazar Marañon Didacus (de).
Salemandet.
Salerni Joannes Baptista.
Salgado Didacus.
Salgueiro Franciscus.
Salicetti Joseph.
Saligni Ludovicus (de).
Salnitro Ignatius.
Salmone.
Salomoni Petrus Maria.
Salvadori Jacobus.
Salvatierra Joannes Maria.
Salvatori Philippus Maria.
Salvioni Hieronymus.
Sambar Matthias.
Sampieri seu Samperi, Placidus.
Sanadon Natalis Stephanus.
Sanadòn Nicolaus.
Sanchez Alphonsus.
Sanchez Angelus.
Sanchez Emmanuel.
Sanchez Gaspar.
Sanchez Joannes Baptista.
Sanchez Matthaeus.
Sanchez Matthias.
Sanchez Michael.
Sanchez Thomas.
Sanchez de Luna Januarius.
Sancius Martinus.
Sandbuchler Aloysius.
Sande Franciscus (de).
Sanders Franciscus.
Sandoval Alphonsus.
Sandoval Joannes Franciscus.
Sanfelicius Josephus.
Sangiorgio Hippolytus.
Sanlucar Petrus.
Sanna Demetrius.
Sans Josephus.
Sanseverino Carolus Maria.
Santagata Josephus.
Santagata Xaverius.
Sante Aegidius Anna Xaverius (de la).
Santi Antonius.
Santi Carolus.
Santi Hieronymus.
Santiago Antonius (de).
Santiago Joannes (de).
Santini Carolus.
Santini Philippus.
Santis Nicolaus (de).
Santos Florentius.
Sanvitali Augustinus.
Sanvitali Fridericus.
Sanvitali Jacobus.
Sanvitores Didacus Aloysius (de).
Sanz Emmanuel.
Sapienza Nicolaus.
Saraceni Philippus.
Sarassa Alphonsus Antonius.
Sarbievius Matthias Casimirus.
Sardagna Carolus.
Sardi Fridericus.
Sarmiento Gregorius.
Sarrabat.
Sarracinelli Antonius Acacius.
Sartolo Bernardus.
Savalete Georgius.
Savastani Franciscus Eulalius.
Savini Andreas Hieronymus.
Saulger Robertus.
Saur Georgius.
Saurel Sebastianus.
Sauret Antonius.
Sbatti Marcus Silverius.
Scafili Philippus.
Scaglione Xaverius.
Scanelli Caesar.
Scapecchi Josephus.
Scaramelli Joannes Baptista.
Scardua Bartholomaeus.
Scarlati Ascanius.
Scarlati Petrus.
Scarponio Nicolaus.
Scetz Petrus.
Sceusa Philippus Maria.
Schainowitsh Joannes.
Schallerer Wolfangus.
Schalletari Josephus.
Schardt Christianus.
Schaser Hieronymus.
Schaten Nicolaus.
Schaumburg, seu Schavemburg Ludolphus.
Schavenburg Franciscus.
Scheffer Vitus.
Scheffmacher Joannes Jacobus.
Schenck Christophorus.
Scherer Georgius.
Scherer Henricus.

Sonnenberg Josephus.
Sonnenberg Bernardus.
Sopranis Joannes Hieronymus.
Sorba Lazzarus.
Soria Joannes (de).
Soriano Hieronymus.
Sotelo Ignatius.
Soto Franciscus (de).
Sotomayor Josephus Maria.
Sotuelus Thomas.
Sotuellus Nathanael.
Souciet Augustinus Stephanus.
Souciet Franciscus.
Sovag Antonius.
Souciet Nicolaus.
Soutterman Matthias.
Souza Franciscus (de).
Sovraste Franciscus Albertus.
Sovraste Josephus Franciscus (de).
Sowicki Lucas Stanislaus.
Sozzifanti Joseph Franciscus.
Spadafora Placidus.
Spagni Andreas.
Spangar Andreas.
Sparlenta Joannes.
Spedalieri Melchior Maria.
Spilinberg Fulcherius.
Spineda Carolus.
Spinelli Bartholomaeus.
Spinelli Joannes.
Spinelli Jacobus.
Spinola Carolus.
Spiritelli Joannes Antonius.
Spreng Jacobus.
Spucces Franciscus.
Squarzafigo Petrus.
Stadler Daniel.
Stadler Franciscus Sales.
Stadler Franciscus Xaverius.
Stancari Dominicus.
Staser.
Stattler Benedictus.
Stay Marinus.
Stefano Nicolaus Maria.
Stefanucci Horatius.
Steiger Venceslaus.
Stein Joannes.
Steiner Joannes.
Steinacher Nicolaus.
Steinmeyer
Steinsieck Hermannus.
Stejer Matthias.
Stempel Matthias.
Stengelius Georgius.
Stephonius Bernardinus.
Stepling Joseph.
Sterzinger Franciscus Xaverius.
Stickerus Urbanus.
Stigliola Nicolaus.
Stiller Franciscus.
Stiltingus Joannes.
Stivar Franciscus.
Stocklein Josephus.
Stokman F. C.
Stoppini Hyacinthus.
Storani Carolus.
Storchenau Sigismundus (de).
Stoz Joannes.
Stoz Matthaeus.
Strada Famianus.
Stradiotti Carolus.
Stredonius Andreas.
Stredonius Martinus.
Stromair Balthassar.
Stroynowski Josephus.
Strozzi Joannes Franciscus.
Strozzi Thomas.
Sturmius Wenceslaus.
Sturoti Joannes Baptista.
Suares Josephus.
Suarez Bonaventura.
Suarez Cyprianus.
Suarez Franciscus.
Suarez Josephus.
Suarez Philippus.
Suffren Joannes.
Suria Joannes.
Surin Josephus.
Suyskenus Constantinus.
Swerts Joachimus.
Swirczynski Antonius.
Sylva Emmanuel (da).
Syriaca Missio.
Szegedi Joannes.
Szegedi Georgius.
Szent-Juany Martinus.
Szerdahely Georgius Aloysius.
Szesdahelyi Gabriel.
Szorenyi Alexander.
Szyrma Antonius.

T

Taberna Joannes Baptista.
Taverna, sive Taberna Carolus Maria.
Tacquet Andreas.
Tafur Bartholomaeus.
Tagliarini Petrus.
Taillandier Joannes Baptista.
Tamayo Joseph.
Tamburini Michael Angelus.
Tanner Joannes.
Tanner Matthias.
Tapolcsani Laurentius.
Tardio Ferdinandus.
Tarnotzi Stephanus.
Tarròs Raymundus.
Tartaglia Joannes Baptista.
Tartagni.
Tarteron Hieronymus.
Tartre (de).
Taschini Joseph.
Tasgresti Joannes Baptista.
Tassoni Franciscus.
Taubengal Modestus.
Tauro Joseph Ignatius.
Tausi Joachimus.
Tebar Didacus Hyacintus (de).
Teixeira Joseph.
Tellier Michael (le).
Temberski Andreas.
Tentori Christophorus.
Tentscher Ignatius.
Tentscher Josephus.
Tercero Joseph.

Terillo Antonius.
Termanini Thomas.
Termeyer Raymundus Maria.
Terrèr Franciscus.
Terreros y Pando Stephanus.
Tersztyanski Joannes Baptista.
Tertrè Rudolphus.
Tessanek Joannes.
Tessanek Franciscus.
Tetamo Benedictus.
Tetamo Ferdinandus.
Texada.
Texier Claudius.
Thesaurus Carolus Antonius.
Thim (de) Wertherfeld.
Thiulen Laurentius Ignatius.
Thomas Antonius.
Thomàs Lupus.
Thullner Joannes Baptista.
Thunn Remedius.
Tibnez.
Tichawski Tobias.
Ticinus Jacobus.
Tiefentaller.
Tille Joannes.
Tilmez Fridericus.
Timon Samuel.
Timoni Joannes.
Tipaldi Joannes Andreas.
Tiphanus Claudius.
Tiraboschi Hieronymus.
Tirmberger Carolus.
Tirsch Leopoldus.
Tobl Joannes.
Toderini Joannes Baptista.
Tolata.
Toledo Joseph Angelus.
Toletus Franciscus.
Tolomei Nicolaus.
Tolrà Joannes Joseph.
Tolvay Emericus.
Topp Antonius.
Torbaci Michael.
Tornamira Silvius.
Tornielli Hieronymus.
Tornos Antonius.
Torre Antonius Van.
Torre Franciscus.
Torre Petrus Maria (la).
Torres Antonius (de).
Torres Joannes.
Torres Petrus (de).
Torrubia Petrus.
Tortosa Franciscus.
Torwesten Joseph.
Tounier Georgius.
Tourne.
Tournemine Renatus Joseph.
Traber Zacharias.
Traut Christophorus.
Trento Hieronymus.
Treviño Antonius.
Treviño Melchior.
Trevoltienses Memoriae.
Tribolet Bernardus.
Trieu Philippus (du).
Trigona Vespasianus Maria.
Trinckellius Zacharias Ignatius.
Troili Dominicus.
Trusches Eusebius.
Tschiderer Hieronymus.
Tseles Martinus.
Tsete Stephanus.
Turano Dominicus Maria.
Turck Henricus.
Turoczi Ladislaus.
Turpin.
Turri Joannes Pellegrinus.
Turrianus Franciscus.
Tutii Franciscus.
Tylkowski Adalbertus.
Tyran Jacobus.

U

Ubermanowicz Sebastianus.
Ubert Martinus.
Ugarte Joannes.
Ulloa Joannes (de).
Ulloa Petrus (de).
Ulloa.
Umili Joannes Baptista.
Unterrichter Josephus.
Urbina Franciscus (de).
Usleber Paulus.

V

Vagner Carolus.
Val Carolus (du).
Val Joannes Baptista Carolus (du), idem qui Val (du), et Carolus (du) Val.
Valcavi Joannes Xaverius.
Valderrabano Joannes.
Valdès Didacus (de).
Valenzuela Antonius.
Valera Blasius.
Vallarta Joseph.
Valle Augustinus.
Valle Franciscus.
Valle Petrus.
Vallejo Joseph Ignatius.
Valois Ivo.
Valois Ludovicus (le).
Vanalesti Xaverius.
Vangnerech Henricus.
Vaniere Jacobus.
Vanini Antonius Siro.
Vanni Joannes Franciscus.
Vanossi Antonius.
Varais Franciscus.
Vargas Bernardus (de).
Vargas Joannes (de).
Vargas Joseph Salvator.
Vargas Macciucca (verius Machuca) Joseph.
Vargyas Stephanus.
Vasia Gabriel.
Vasconcellos Simon (de).
Vasconcellos Bartholomaeus.
Vanbert (L).
Vavasseur Franciscus.
Vazquez Augustinus.
Vazquez Gabriel.
Vazquez (de la) Mota Franciscus.
Vega Christophorus.
Vega Franciscus.

W

G

INDEX MATERIARUM.

SCRIPTURA SACRA.

THEOLOGIA DOGMATICA, MORALIS, ASCETICA etc.

adversus Ministrum Claudium. Jansenismi sepulcrum.

Albert Josephus (D'), De infallibilitate Ecclesiae Romanae in Conciliis definientis.

Alegre Franciscus Xaverius, Institutionum theologicarum tomi 7.

Alticozzi Laurentius, Summa Augustiniana.

Ansalone Petrus, Opera spiritualia.

Antoine Paulus Gabriel, Theologia universa. Theologia moralis. Meditationes pro anni diebus.

Aranda Philippus, Schola Scientiae mediae etc.

Azevedo Emmanuel, Exercitationes liturgicae.

Azzoni Dominicus, Propositiones polemicae adversus recentiores.

Baltus Joannes Franciscus, Defensio prophetiarum Religionis Christianae. Defensio Sanctorum Patrum, qui Platonimi accusantur.

Barruel Augustinus, Epistolae Provinciales philosophicae. De Summo Pontifice, et ejus juribus.

Beguin Daniel, Christi divinitas demonstrata.

Bellecius Aloysius, Virtutis impedimenta, subsidia, et incitamenta.

Biel Ludovicus (de), Assertiones theologicae.

Boll Antonius, Dissertationes polemicae.

Bonet Antonius, De cultu religioso.

Bono Michael (del), Institutiones morales de Sacramentis legis naturalis, scriptae, et gratiae.

Bonnucci Antonius Maria, Ephemerides Eucharisticae.

Bougeant Guillelmus Hyacinthus, Declaratio doctrinae Christianae historica, dogmatica, et moralis. De forma consecrationis eucharisticae.

Brun Joannes, Centum et una propositiones Quesnellianae singillatim judicatae.

Burghaber Adamus, Theologia polemica.

Casnedi Carolus Antonius, Crisis theologica.

Chantre y Herrera Joseph, De infallibilitate Summi Pontificis in rebus fidei definiendis.

Cienfuegos Alvarus, Aenigma theologicum. Vita abscondita.

Cortès Joachimus, Observationes theologicae.

Crasset Joannes, Documenta Christiana.

Croiset Joannes, Annus Christianus.

Croix Claudius (La), Theologia moralis.

Curti Petrus, Christus sacerdos etc.

Dez Joannes, De Protestantinm reconciliatione.

Duprè Thomas, Apocalypsis historica explicatio.

Faure Joannes Baptista, De jure Regaliae contra Protestantes publicistas.

Feller Franciscus Xaverius (de), Catechismus Philosophicus.

Fibus Bartholomaeus, Demonstratio tripartita Dei adversus Atheos.

Frantz Ignatius, Apologia D. Chrysostomi.

Fuensalida Didacus Joseph, Analysis Synodi Pistoriensis.

Galan Andreas, Synopsis theologiae moralis Ven. Alphonsi Liguori.

Garcia Antonius Michael, Summae D. Thomae synopsis.

Genèr Joannes Baptista, Theologia universa.

Germon Bartholomaeus, Adversus Quesnellum.

Giorgi Vincentius, Epochae religionis revelatae.

Gisbert Joannes, Vera idea Theologiae.

Goldhagen Hermannus, De religionis fundamentis. De religione Hebraeorum sub lege naturali.

Gormaz Joannes Baptista, Theologia universa.

Grandi Josephus, Cursus brevis theologicus de religione.

Gras Jacobus (le), Religio reformata se ipsam destruens.

Griffet Henricus, De debilitate religionis naturalis.

Holzklau sive Holzcleus Thomas, De re-

surrectione Christi adversus incredulos.
Horaz Franciscus, De vera religione.
Kilber Henricus, Institutiones theologicae.
Lacunza Emmanuel, Adventus Messiae cum gloria, et majestate.
Lazzeri Petrus, De falsa veterum Christianorum rituum a ritibus Paganorum origine.
Longueval Jacobus, De miraculis.
Malsiner Joseph, Fundamenta religionis naturalis.
Manhart Franciscus Xaverius, Idea magni Dei adversus Atheos.
Marti Bruno, Adversus indifferentistas in religione.
Mayer Thomas Aquinas, Theologia dogmatica.
Mazzotta Nicolaus, Theologia moralis.
Merlin Carolus, Refutatio Petri Bayle.
Merz Aloysius, De miraculis etc.
Monton Bartholomaeus, Considerationes pro confirmanda fide.
Muzzani Christophorus, De unanimitate consensus requisita in definiendis controversiis de fide. De spirituali Ecclesiae autoritate.
Muzzarelli Alphonsus, Aemilius ab errore liber contra Rousseavium etc.
Neubaver Ignatius, Theologia dogmatica.
Noghera Joannes Baptista, De religione revelata.
Nonnott Claudius Adrianus, Voltairii errores. Dictionarium antiphilosophicum.
Pichler Vitus, Theologia polemica.
Prileski Joannes Baptista, Prolegomena Theologica.
Rasponi Franciscus, Apologia divinae providentiae adversus Incredulos.
Raxas Martinus (de), De Jesu Christi passione.
Reuter Joannes, Theologia moralis.
Rupp Joannes Baptista, Praelectiones theologicae.
Salazar Melchiades, De ratione humana adversus Incredulos.
Sandbuchler Aloysius, Confutatio impii libri germanici *Horus* inscripti.
Sanna Demetrius, Adversus Synodum Pistoriensem.
Sanvitali Jacobus, Epistolae theologicae.
Sardagna Carolus, Theologia polemica.
Scaramelli Joannes Baptista, Directorium misticum.
Schater Hieronymus, Innocentia Ecclesiae Romano-Catholicae vindicata.
Schavenburg Ludolphus, Catechismus polemicus.
Scheffmacher Joannes Jacobus, Catechismus controversiarum.
Schmitth Nicolaus, Institutiones theologicae dogmaticae etc.
Simonet Edmundus, Theologia universa.
Stattler Benedictus, Theologia Christiana.
Storchenau Sigismundus (de), De philosophia religionis.
Sturmius Wenceslaus, Concordia fidei Christianae.
Tenscher Ignatius, Institutiones polemicae.
Tetamo Benedictus, De vero cultu cordis Jesu.
Valois Ivo, De veritatibus fundamentalibus Religionis.
Veith Laurentius, De primatu, et infallibilitate Romani Pontificis.
Voit Edmundus, Theologia moralis.
Ulloa Joannes (de), Theologia scholastica.

CONCIONATORIA.

Aguilar Joseph. *Aranda Philippus*. *Bagnati Simon*. *Balsam Gaspar*. *Bassani Jacobus Antonius*. *Bourdalue Ludovicus*. *Bretonneau Franciscus*. *Castejon Augustinus*. *Colombiere Claudius (La)*. *Coronel Joannes Rodriguez*. *Dufay I. G. Houdry Vincentius*, Bibliotheca concionatoria. *Lohner Tobias*, Bibliotheca concionatoria. *Masotti Franciscus*. *Neuville Carolus Frey (de)*. *Pellegrini Josephus Aloysius*. *Sagramoto Alexander Ignatius*. *Sarracinelli Antonius Acacius*. *Segaud Guillelmus Joseph*. *Tornielli Hieronymus*. *Trento Hieronymus*. *Vanalesti*

Xaverius. *Vanini Antonius Siro*. *Venino Ignatius*.

JUS NATURALE, CANONICUM, ET CONCILIA.

Albert Josephus (D'), De regulis juris.
Baumgartner Reinhardus, Conclusiones ex quinque libris Decretalium.
Beusch Guillelmus, Tractatus Canonico-legalis de pactis etc.
Biesman Gaspar, De natura, et speciebus beneficii.
Biner Josephus, Apparatus eruditionis ad Jurisprudentiam praecipue sacram.
Garcia Mendez Franciscus, Synodus Granganorensis lingua Malabarica.
Giaon Franciscus, De jure Lusitano cum jure communi concordi.
Hartzheim Josephus, Concilia Germaniae.
Huth Adamus, Jus Canonicum.
Jurain Joseph, De duello. De dominio maris, commerciorumque origine.
Krimer Ferdinandus, De jure canonico.
Lascaris Guarini Joannes Baptista, De jure naturae, et gentium.
Linek Mathias, De legibus.
Muriel Dominicus, Rudimenta juris naturae, et gentium.
Murillo Velarde Petrus, Jus canonicum Indicum.
Neissen Aegidius, Concilia Germaniae.
Noghera Joannes Baptista, De religione naturali etc.
Peterfi Carolus, Concilia Hungariae.
Schmalzgrueber Franciscus, Jus canonicum.
Schmidt Antonius, Thesaurus juris ecclesiastici.
Scholl Hermannus, Concilia Germaniae.
Schwarz Ignatius, Institutiones juris universalis naturae, et gentium.
Seybold Joseph, De lege naturali.
Soell (sive Soll) *Antonius*, De legibus.
Stefanucci Horatius, Dissertationes Canonicae. Synodus Tusculana.
Valle Augustinus, De bonis Ecclesiae.
Weinter Jacobus, Institutiones Canonicae.
Widman Franciscus Salesius, Jus Canonicum.
Wiestner Jacobus, Jus Canonicum.
Zech Franciscus Xaverius, De jure Canonico.

PHILOSOPHIA: ETHICA:

Abreu Sebastianus, Problemata philosophica.
Amato Caietanus, Elementa Metaphysicae.
André Ivo Maria, De pulcro. De homine.
Andrès Joannes, De philosophia Galilei.
Anonymus, De principiis justitiae naturalis, et ethicae.
Anonymus, De respiratione plantarum.
Apfalrrer Leopoldus, De motu Rhombi conici.
B. Physica corporum animatorum.
Banholzer Joannes, Ethica christiana.
Basoazabal Andreas de Guevara et, Institutiones elementariae philosophicae.
Benedictis Joannes Baptista, Philosophia.
Boll Antonius, De logica, et metaphysica.
Boscovich Rogerius Joseph, Theoria philosophiae naturalis etc.
Bougeant Guillelmus Hyacinthus, Observationes curiosae in omnes Physicae partes.
Codorniu Antonius, Philosophia moralis.
Daniel Gabriel, Iter Cartesianum.
Draghetto Andreas, Psychologia.
Durnbacher Joannes Nepomucenus, De causa physica evaporationes.
Eximeno Antonius, Cursus philosophicus.
Feller Franciscus Xaverius (de), Epochae naturae Bufonianae oppugnatae.
Frantz Ignatius, Philosophia moralis.
Gagliardi Joseph, Specimen philosophiae moralis.
Gaun Franciscus, Problemata philosophica.
Ghezzi Nicolaus, Philosophia moralis.
Hauser Bertholdus, Philosophia universa.

Heis Henricus, De ideis.
Horvath Joannes Baptista, Cursus philosophicus cum institutionibus matheseos.
John Carolus, Institutiones philosophicae.
Ivanschitsch Joannes, Institutiones logicae.
Julian Xaverius, De mundi origine.
Kleinbrodt Antonius, Mundus elementaris.
Landi Vettori Gregorius, Institutiones philosophicae.
Lange de Lignac Josephus Adrianus, Metaphysices elementa. Testimonia sensus intimi, et experientiae.
Lascaris Guarini Ioannes Baptista, Discursus philosophici.
Mangold Josephus, Philosophia rationalis, et experimentalis.
Mangold Maximus, Philosophia recentior.
Masdeu Balthasar, Ethicae .. epitome.
Melzi Carolus, De sono, lumine, et anima dissertationes tres.
Menestrier Blasius, De natura, et genesi grandinis.
Monteiro Ignatius, Philosophia libera.
Neubaver Ignatius, Influxus astrorum in sublunaria.
Niderndorff Henricus, Ethica christiana.
Nogarola Thaddaeus, Animae immortalis demonstratio.
Panizzoni Aloysius, Universa Philosophia.
Parà de Phanjas Franciscus, Philosophia universa.
Paulian Amatus Henricus, Dictionarium philosophicum etc.
Pawlik Joannes, Ethicae doctrina.
Pichelmayer Paulus, Philosophia utilis, et practica.
Piget Carolus, De aere. De digestione etc. alimentorum.
Preals Joseph, De natura idearum.
Ptolomaeus Joannes Baptista, Philosophia mentis, et sensuum.
Rapin Renatus, Meditationes philosophicae.
Reviczki Antonius, Physica generalis.
Roys Franciscus Xaverius, Ethica, et jus naturae.
Saguer Gaspar, Institutiones philosophicae.
Sanseverinus Carolus Maria, Philosophia moralis.
Schmidt Antonius, Meditrationes philosophicae adversus Dominum de la Beaumelle.
Sonnenberg Bernardus, Meditationes philosophicae.
Spagni Andreas, De ideis, De pulcro. De bono, et malo. De motu. De miraculis.
Stadler Franciscus Xaverius, Philosophus peregrinus etc.
Stattler Benedictus, Philosophia universa.
Storchenau Sigismundus, Institutiones metaphysicae.
Steinacher Nicolaus, Elementa philosophiae practicae universalis.
Tesstanek Franciscus, Institutiones philosophicae Boscowichianae.
Toderini Joannes Baptista, Philosophia moralis.
Troili Dominicus, Cursus philosophicus.
Vidal Emmanuel, Colloquia philosophica.
Wageman Ludovicus, Dissertatio de caelo, et terra.
Weems Patritius, De ideis.
Weis Georgius, Philosophia moralis.
Widenhoffer Franciscus Xaverius, Ars recte cogitandi.
Zallinger Jacobus, Philosophia Newtoniano stylo.
Zanchi Joseph, Philosophin mentis, et sensuum.
Zeiler Joan. Nepomuc. Theoria gravitatis terrae.

MATHEMATICA.

Aingenler Adamus, Tabula geographica cum problematis astronomicis etc.
Alias Vincentius, Trigonarithmus ad auream proportionum regulam etc.
Amman Caesarius, Quadrans astrono-

. mieus novus descriptus ete.
Andosilla Joannes Carolus, de Cosmographia.
Andrès Joannes, Problema Hydrostatieum.
Angò Petrus, Praxis generalis muniendarum urbium.
Anonymus, De Calendario Gregoriano adversus Lutheranum Schumacherum.
Anonymus, De speculo ustorio.
Anonymus, Scientia mechanieo-statiea.
Anonymus, Elementa matheseos .... ad usum studiosae juventutis Uratislawiensis Soe. Jesu.
Anonymus, Tabulae lunares ex theoria, et mensuris Newtonianis.
Aquino Carolus (de), Lexieon architeetonieum, et bellieum.
Asten Joseph, De nova numeri novenarii proprietate.
Aubert Guido Franciscus, De Lunae eclypsi.
Basoazabal Andreas de Guevara et, Elementa matheseos.
Behm Georgius, Observationes astronomieae.
Belgrado Jacobus, De analyseos infinitorum usu.
Benavente Michael, Architectura civilis.
Benvenuti Carolus, Elementa geometrica.
Beraud Laurentius, Specimen matheseos.
Bergmann Joseph, Institutiones mathematicae. De ortu, et phaenomenis Cometarum eaudae.
Bones Joannes de Saint, Theses optieae, et astronomicae. Figurae, et tabulae ad intelligentiam, et supputationem motuum caelestium.
Bonfà Joannes, Observationes astronomicae. Tubus optieus geometricus ad mensurandas longitudines inaecessas.
Bouin Julianus, Ephemerides astronomieae. Observationes Cometarum.
Borelly Joannes Maria, Arehiteetura.
Borgo Carolus, Analysis artis muniendae arcise ete.
Boscovich Rogerius Joseph, Elementa matheseos. De optica, et Astronomia etc.
Bouvet Joachimus, De Geometria universa.
Bourdin Petrus, Observatio astronomica.
Boutin Petrus Ludovicus, Observationes astronomieae.
Briet Philippus, Theatrum geographicum.
Briga Melchior (de la), Scientia eclipsium. Stellarum inerrantium theoria.
Burgundius Horatius, De cycloide. Hypothesis planetarum ecliptica. Exercitationes mathematicae ete.
Cabral Stephanus, Geometria, et Arithmetica. Observationes Hydrostaticae.
Campos Emmanuel (de), Elementa geometriae planae, et solidae. Trigonometria.
Campserver Ignatius, Bibliotheca mathematica.
Caraccioli Joannes, Isagoge in universam mathesin.
Casani Joseph, De cometis; De muniendis arcibus ete.
Casati Paulus, Opticae dissertationes, et hydrostaticae. Mechanicorum libri octo.
Cassel Ludovicus Bertrandus, Mathesis universalis. Optiea eolorum ete.
Cerda Thomas, De arte tormentaria. De geometria, algebra ete.
Chatelard Joannes Jacobus, Elementa matheseos. Observationes eclipsium.
Clos Joannes Antonius (Du), Elementa matheseos. Observationes astronomicae.
Desideri Stephanus, De astronomia, et geographia.
Dobrizhoffer Martinus, Charta geographica Paraguariae.
Dumas Jacobus, De cycloide. De quadrandis omnibus curvis.
Durranc Problema ballisticae.
Eschinardus Franciscus, Cursus physicomathematicus. Architectura eivilis. Architectura militaris
Estancel Valentinus, Diopta geodetiea. Propositiones Scleno-graphicae.
Eximeno Antonius, De musica.
Fischer Antonius, De arithmetica.
Fitterer Joseph, Cosmographia.
Fontaney Joannes (de), Observationes astronomieae.

Froelich Gabriel, De figura telluris. De architectura bellica. De architectura civili.
Geoffroy Joannes Baptista, De musica.
Gian-Priamo Nicolaus, Astronomicae theoriae.
Glavach Stephanus, Tabula geographica Croatiae, et Sclavoniae correcta.
Golscher Martinus, Positiones cosmographicae.
Gongora Carolus de Siguenza, Libra astronomica. Bellerophon Mathematicus.
Gooden Jacobus, Trigonometria plana, et sphaerica.
Gottignies Aegidius Franciscus, De rebus mathematicis, et physicis.
Gouye Thomas, Observationes physicae, et mathematicae.
Granelli Carolus, Topographia Germaniae Austsiacae.
Guarrini Ignatius, De magnis ponderibus loco movendis.
Hallerstein Augustinus, Observationes astronomicae Pekinenses.
Hancke Joannes, Doctrina eclipsium. Horologium nocturnum magneticum.
Harman Sigismundus Ferdinandus, Catoptrica illustrata.
Hautecour J. L. (d'), De systemate Newtoniano.
Hell Maximilianus, Observationes astronomicae. Expeditio litteraria ad Polum Arcticum.
Hervàs Laurentius, Iter extaticum.
Hevenesi Gabriel, Corographia Hungariae.
Hildeyard Thomas, Descriptio horologii ab eodem inventi.
Horvath Joannes Baptista, Institutiones matheseos.
Hoste Paulus, De arte belli navalis. De recte construendis navibus.
Huberti Franciscus, Geometria. Hydrodinamica. Hydrostatica etc.
Inspruger Sebastianus, Austria mappis geographicis distincta.
Iribarne Dominicus, De computatione proportionis.
Junglingh Joannes, Fundamenta mathematica. De dioptrica.
Izzo Joannes Baptista, Architectura civilis, et militaris.
Kaulen Laurentius, Charta geographica tractus Paraensis in America meridionali.
Kegler Ignatius, Observationes astronomicae.
Knitl Gaspar, Cosmographia elementaris.
Koegler Ignatius, idem qui Kegler.
Kraz Georgius, De viribus corporum. De genuino principio aequilibrii corporum solidorum.
Kresa Jacobus, Elementa geometrica.
Kylman Reinerus, Elementa matheseos.
Laval Joannes, Observationes astronomicae.
Laughier Marcus Antonius, De architectura. De musica.
Lechi Joannes Antonius, Optica, Perspectiva. Dioptrica, Trigonometria, Hydrostatica etc.
Leinberer Wolfangus, Theoria Cometae.
Leone Joannes (di), Institutiones geometricae etc.
Liesganig Joseph, De geometria, arithmetica, et architectura. De graduum dimensione.
Ludeña Antonius, Opuscula mathematica.
Luengos Joannes, Arithmetica, geometria, algebra etc.
Laino Franciscus, De progressionibus, et seriebus. Lectiones de mathematica elementari.
Mahoudeau Joseph, Analysis astronomica hypothesis Solaris Domini de la Hire.
Mako de Kerek-Gede Paulus, Calculi differentialis, et integralis institutio. De analyticis, et geometricis aequationum reductionibus.
Marci Marcus, Thaumantia, sive de arcu caelesti. De proportione motus figurarum recti linearum, et circuli quadratura ex motu. De longitudine, seu differentia inter duos meridianos una cum motu vero Lunae inveniendo.
Marquez Petrus Joseph, De ordine do:

rico. Specimen Astronomiae antiquorum Mexicanorum.

Martelenge Stephanus, De perspectiva.

Marò Jacobos, Geometria militaris.

Mayer Christianus, Observationes astronomicae.

Maugeraye Franciscus (de la), De rebus Astronomicis. De viribus centrifugis. De aquarum motu.

Meca Joseph, De usu quadrantis.

Merville. Lectiones mathematicae.

Mezburg Georgius Ignatius, Elementa universae Matheseos.

Mire le. De inventione Zodiaci.

Molina Franciscus, Methodus cocleas construendi per duas machinas.

Mora Felix, Calculator perfectus.

Moro Stephanus, Geographia Pannoniae.

Murillo Velarde Petrus, Geographia universalis. Ico typographica, et narratio historica eruptionis igneae ex lacu Taal.

Musarra Joannes Franciscus, Geometriae elementa. Theodosii sphaerica.

Nicolaus Petrus, De lineis logarithmicis, et spiralibus hyperbolicis. De novis spiralibus.

Niderndorff Henricus, Generalis geographia, cosmica, mathematica, naturalis, politica etc.

Ortiz Nicolaus, Arithmetica.

Panizzoni Aloisius, Geometria, Trigonometria Architectura civilis, et bellica.

Parà du Phanjas Franciscus, Arithmetica, algebra, geometria etc.

Pardies Ignatius Gasto, Tabula Uranographica. Statica. De duabus machinis pro formandis Quadrantibus.

Pereyra Thomas, Musica practica, et speculativa.

Pereyra (credo esse Thomam), Observationes astronomicae. Vide Hell.

Perez Franciscus, De navigatione per parallela. Novum instrumentum geometricum monstrans gradus, minuta, et secunda omnia. De barometro, et thermometro.

Pezenàs Spiritus, Ars practica navigandi. Cursus integer de optica.

Pierre Joannes Franciscus (de), Speculum geographicum.

Pickel Ignatius, Elementa matheseos.

Pilgram Antonius, Ephemerides Astronomicae.

Pimenta Antonius, Sciographia Cometae anni 1664.

Plata Franciscus, Mensurae longitudinis plurium Regionum ad mensuras Siculas.

Pleyer Joseph, De stellarum fixarum influxu in sublunaria.

Poczobut Martinus, Calculus eclipsis.

Puteus Andreas, Perspectiva.

Quiroga Joseph, Ars vera navigandi per circulum aequinoctiali parallelum. De invenienda longitudine in mari. Regulae pro construenda pyxide nantitica, et fabricandis pontibus aereis ad trajicienda flumina. Ratio, qua navis pergat tempore malaciae. Charta geographica Paraquariae.

Rabuel Claudius, Commentarius in Newtonii geometriam. Commentarius in geometriam Cartesii.

Regnault Natalis, (Noel) Cursus mathematicus.

Regolini Joannes Baptista, Specimen primum demonstrandi sine usu multiplicium librum quintum elementorum Euclidis.

Rewitzki Antonius. Universae matheseos brevis institutio.

Riccati Vincentius, Institutiones analyticae. De centro aequilibrii etc.

Rictenburg Joachimus, Optica etc.

Rieger Christianus, De architectura civili.

Riera Narcisus, De sphaera, et geographia.

Roville Julius, seu Julianus; De utilitate, et praestantia matheseos.

Rudomina Joannes, Theoremata mathematica.

Saccheri Hieronymus, Conatus geometricus. Neostatica. Euclides vindicatus.

Salomoni Petrus Maria, De astronomia, Cosmographia, Coloribus etc.

Sanvitali Fridericus, Arithmetica. Geometria. Architectura etc.

Scanelli Caesar, Epistolae cosmologicae.

Schaver Aloysius. Geometria practica.

Scherer Henricus, Atlas novus cum fere 200. chartis geographicis.

Scherffer Carolus, Algebra. Geometria. Mechanica.

Schez Franciscus Xaverius, Hispaniae veteris geographia.

Schoenwisner Stephanus, Commentarius geographicus in Romanorum iter per Pannoniam.

Schuch Franciscus, Disquisitio astronomica de Calendarii correctione.

Simonelli Jacobus Philippus, Scientia eclipsium.

Slaviczeck Carolus, Observationes astronomicae. Iconographia Pekini.

Solski Stanislaus, Geometra, et Architectus Polonus. Praxis nova, et expeditissima geometrice mensurandi distantias, altitudines, et profunditates.

Souciet Stephanus Augustinus, Observationes mathematicae.

Spedalieri Melchior Maria, Assertiones mathematicae.

Steinmeyer Philippus, Mathesis succinta.

Stepling Joseph, De calculo differentiali.

Suarez Bonaventura, Observationes astronomicae.

Tarros Raimundus, Charta geographica Californiarum.

Terszryanski Joannes Baptista, Topographia Hungariae.

Tessanek Joannes, De calculo integrali.

Thomàs Antonius, Synopsis mathescos.

Thulluer Joannes Baptista, Geometria extemporanea.

Tiefentaller. Charta geographica de cursu fluminis Gangis etc.

Timòn Samuel, Corographia Hungariae.

Traber Zacharias, Optica. Catoptrica. Dioptrica.

Valois Ivo, De arte navali: De maris salsedine.

Vanni Joannes Franciscus, De momentis gravium. De vecte. De gravium descensu etc.

Vega Michael (de la), De rebus mathematicis.

Veiga Eusebius (da), Planetarium Lusitanum in usum Nauticae, Astronomiae etc.

Vitale Carolus, Lex virium in materiam.

Volgerus Joannes, De orologio universali diurno, et nocturno.

Volpi Josephus Roccus, Theses mechanicae.

Vols Ernestus, Institutiones mathematicae.

Ulloa Petrus, Musica universalis.

Unterrichter Josephus, De magnitudine Veneris. De philosophia, et mathesi hodierna.

Vaibl Andreas, Geometria practica.

Wastelain Carolus, Descriptio Galliae Belgicae cum chartis geographicis.

Wedlingen Joannes, Cursus mathematicus.

Widra Stanislaus, De calculo differentiali etc.

Wirwicz Carolus, Geographia universalis.

Ximenes Leonardus, Observationes eclipsium, et aurorae borealis. Tentamina hydraulica. Duo instrumenta ad vere metiendum iter maritimum, aquarum, et ventorum velocitatem. Theoria, et praxis resistentiae solidorum in ipsorum conflictu etc.

Zallinger Franciscus, Praelectiones ex universa mathesi.

Zanner Ignatius, Elementa geometriae planae.

Zaragoza Josephus, De constructione, et usu instrumentorum mathematicorum, quae ipse invenit etc.

Zeccadori Franciscus, Problemata arithmetica.

Zeno Franciscus, Algebra. Geometria etc.

Zeplichal Antonius Michael, Geometria curvarum.

PHYSICA EXPERIMENTALIS.

Amato Caietanus, De Vesuvii phenomenis.

Aponi seu Appony Alphonsus De corpo-

re, et vacuo. De causis motuum.
Arrighetti Nicolaus, Ignis theoria.
Aselepi Josephus Maria, De declinatione acus magneticae. De nova facilique methodo elevandi mercurium etc.
Aubert Guidus Franciscus, De fluxu, et refluxu maris. De terrae motibus.
Barca Joseph Maria, De electricitate.
Belgrado Jacobus, Phaenomena electrica.
Benvenuti Carolus, De lumine dissertatio.
Beraud C. E. De quibusdam corporibus calcinatione gravidioribus factis. De magnetismi, et electricismi relationibus.
Bivald Leopoldus, Institutiones physicae.
Calzado Joseph, Physica experimentalis.
Cardel Franciscus Paula, De vi attractiva magnetis.
Casati Paulus, De igne dissertationes physicae.
Castel Ludovicus Bertrandus, De natura corporum durorum. De gravitatis causis. De lumine. Organum oculare etc.
Craver Carolus, Causa motus, et quietis.
E. A. S. (*Souciet* credo) De conchyliis subterraneis.
Eisenhaud Petrus, De electricitate. De causis phaenomenorum electrico-igneorum.
Faure Joannes Baptista, De causis phaenomenorum machinae electricae.
Feller Franciscus Xaverius, De terraemotu.
Fesc Ludovicus Antonius de Lozeran (du), De tonitru. De natura aeris. De duritate, mollitie, et fluiditate corporum. De propagatione ignis. De fluxu maris. De magnete. De lumine Septemtrionali.
Ghezzi Nicolaus, De origine fontium. De tollenda aquae marinae salsedine.
Giauella Carolus, De igne dissertatio.
Gobart Laurentius, De barometro.
Goeul Honuphrius, Nova ratio fontes inveniendi.
Grammatici, Problema Geographicum Magneticum.
Handel, Dissertatio de physicis, et pragmaticis Magnetis mysteriis. Wirceburgi 1731.
Hell Maximilianus, De compositione, et usu magnetum artificialium.
Henner Blasius, Physica experimentalis. De corporum affectionibus.
Herbert Josephus, Theoria phaenomenorum electricorum etc.
Herteuberger Conradus, Dissertatio de globo terraqueo in duas partes diviso, rationibus probato, experimentis confirmata. Heildelgae 1726.
Hidalgo Vincentius, De aere, electricitate etc.
Kaschutnig Joannes Baptista, De mineralogia.
Keri Franciscus Borgia, De vacuo. De motu corporum. De motus causis.
Khell Josephus, Physica experimentalis.
Kisling Joannes, Physica experimentalis.
Krammer Michael, De lege virium ad corporum phaenomena applicata.
Lana Franciscus (de), Magisterium naturae, et artis.
Lunardi Octavius, De meteoris a naturali electricismo pendentibus. De naturali electricismo.
Masset non ille Gabriel, de quo illico, De mundo elementari experimentis, et phaenomenis explicato. Dissertatio. Heildelbergae 1718.
Mausehberger Leopoldus, Motus localis corporum gravium etc.
Mezburg Georgius Ignatius, Physica experimentalis Helshami.
Pezenas Spiritus, Cursus physico-experimentalis.
Pierre Joannes Franciscus (de), De aquarum metallicarum origine, usu etc.
Pohl Josephus, De phaenomenis electricitatis.
Regnault Natalis, Origo antiqua physicae recentis. Occupationes physicae.
Rewitzki Antonius, Institutiones physicae.
Rivoire Antonius, De magnete artificiali.
Roquette. De liquiditate.

Sarrabat. De variatione acus magneticae. De causis salsedinis maris.

Scherffer Carolus, Institutiones physicae.

Settala Claudius Franciscus, De coloribus.

Stay Marinus, De electricitate juxta Franklini theoriam.

Stepling Josephus. De actione Solis in diversis latitudinibus.

Vogler, *quem puto esse Conradum Vogler de quo illico*, Disputatio meteorica.

Unterrichter Josephus, De communicatione lacus Lucii in Tyroli cum mari Lusitano.

Zaccagnini Antonius, Physica experimentalis.

HISTORIA CHRONOLOGIA NUMISMATICA.

Abarca Petrus, Regum Aragonensium historia.

Ablon Claudius (d'), De nova Francia narratio.

Agricola Ignatius, Historia Provinciae Soc. Jes. Germaniae Superioris.

Aguilera Emmanuel, Historia Provinciae Siculae Soc. Jes.

Aimerich Matthaeus, Nomina, et acta Episcoporum Barcinonensium.

Airoli Jacobus Maria, Dissertatio chronologica de anno, mense, et die mortis Christi.

Alcazar Bartholomaeus, Historia Provinciae Toletanae Soc. Jes.

Aldenbruck Augustinus, De Ubiorum antiquitatibus.

Alesson Franciscus, Navarrae annales.

Alfonso de Carvallo Ludovicus, Asturum antiquitates.

Almeida Petrus, In Svetonii Caesares commentarii.

Alticozzi Laurentius, Manicheismi historia.

Anchieta Ludovicus, De insulis Canariis historia.

Andriau Carolus, Dissertationes historico-chronologico-biblicae.

Anglois Joannes Baptista (L'), Historia belli sacri, sive Cruciatae contra Albigenses.

Anonymus, Annales historici fundationis Collegii Tirasonensis Soc. Jes.

Anonymus, Nummi veteres Collegii Turonensis Soc. Jes.

Aprile Franciscus Maria, Chronologia universalis Siciliae.

Aurigny Hyacinthus Riccardus (d'), Memoriae historicae, et chronologicae.

Baegert Jacobus, Californiae historia.

Balbino Bohuslaus, De rebus Bohemicis.

Benedictus Antonius, Numismata graeca.

Berthier Guillelmus Franciscus, Historia Ecclesiae Gallicae.

Biel Ludovicus (de), Utilitas rei nummariae veteris.

Bonanni Philippus, Numismata Pontificia.

Bougeant Guillelmus Hyacinthus, Historia pacis Westfalicae etc.

Brumoy Petrus, Historia Ecclesiae Gallicae.

Burriel Andreas Marcus, Californiae historia.

Calini Caesar, De chronologia veteris Testamenti.

Calles Sigismundus, Annales Austriae.

Carry Aegidius (La), Historia Galliae.

Catrou Franciscus, Historia Romana. Historiae Anabaptistarum, Quakerorum etc.

Chamillard Stephanus, Dissertationes de plurimis numismatibus.

Charlevoix Petrus Franciscus Xaverius, Historiae Japoniae, Novae Franciae, Paraguariae, et Insulae S. Dominici.

Charenton Nicolaus Josephus, Historia Hispanica Joannis Marianae lingua gallica.

Chesne Joannes Baptista (Du), Historiae Bayanismi, et Praedestinatianismi, et Hispaniae.

Clavigero Franciscus Xaverius, Historiae Mexici, et Californiae.

Colonia Dominicus (de), Historia litteraria Lugduni.

Cordara Julius Caesar, Historia Socie-

tatis Jes. Historia Collegii Germanici.
Crasset Joannes, Historia Japoniae.
Daniel Gabriel, Historia Galliae.
Daude Adrianus, Historia universalis.
Desodoars Faustinus, Historia revolutionis gallicae.
Dobrizhoffer Martinus, Historia Abiponum in America meridionali.
Doucin Ludovicus, Historia Nestorianismi etc.
Eckel Josephus, Numi veteres anecdoti.
Empereur Jacobus (L.), Dissertationes historicae.
Erber Bernardus, Notitiae regni Bohemiae.
Escobar Christophorus (de), De Californiis, et Pimeria.
Falkner Thomas, Descriptio Patagoniae apud Indos Americae meridionalis.
Fanelli Antonius Maria, De Chilensibus rebus.
Farlatus Daniel, Illyricum Sacrum.
Fasching Franciscus, Vetus Dacia. Nova Dacia.
Feller Franciscus Xaverius, Dictionarium historicum.
Fernandez Joannes Patritius, De Indis Chiquitis in America meridionali.
Fialho Emmanuel, Historia Urbis Evorae.
Fonseca Emmanuel, Brasilia illustrata.
Foresti Antonius, Mappa mundi historica.
Foullon Joannes Erardus, Historia Leodiensis.
Fridualdszki Joannes, Inscriptiones Romano-Dacicae. Mineralogia Transilvaniae.
Fritz Samuel, Cursus fluminis Maragnon descriptio.
Froelich Erasmus, Notitia elementaris numismatum antiquorum. De fontibus Historiae Siriae ex libris Machabaeorum. Regum veterum numismata anecdota.
Garcia Joseph, Iter ad plagas Magallanicas.
Garcia Hieronymus, De numismatibus.
Garcia Emmanuel, Historia de Pampis Americanis in Meridionali.
Garzon Joannes Matthaeus, Chronicon Idatii illustratum.
Gaun Franciscus, Iter per salinas Tyrolenses.
Gil Petrus, Historia naturalis Gotholauniae.
Gilli Salvator, Specimen historiae Americanae.
Gouvea Antonius (de), Historia Sinarum.
Grainville Petrus Joseph, De numis recens repertis.
Grangel Christophorus, Historia, et chronologia Sacrae Scripturae.
Granelli Joannes, Observationes chronologicae, historicae etc. in Genesim.
Giannettasius Nicolaus Parthenius, Historia Neapolitana.
Grammatici Nicasius, De mundi epocha.
Grebner Thomas, Germania Sacra.
Griffet Henricus, Fundamenta Historiae.
Gropper Antonius, De antiquis numismatibus.
Guerrero de Villareal Michael, Historia Cinaloae cum descriptione geographica.
Guevara Joseph, Historia naturalis, politica etc. Paraquariae.
Gumilla Joseph, Historia Fluminis Orinoci in America meridionali.
Haiden Joannes, Exercitationes chronologicae.
Hansizius Marcus, Germania Sacra.
Harduinus Joannes, Numi antiqui populorum.
Henao Gabriel (de), Disquisitiones de antiquitatibus Cantabriae.
Hierro Josephus (del), Baetica Romana historice illustrata.
Hubenus Ignatius, Acta Bollandiana.
Janning Conradus, Acta Bollandiana.
Jobert Ludovicus, Scientia numismatica.
Jolis Joseph, Historia naturalis Provinciae Chacoensis in America meridionali.
Iraizoz Xaverius, Historia Indorum Mo-

Neuville. De origine, regione, et religione Guayanorum in America meridionali.
Nieto Carolus, Tirocinium antiquitatis Romano-Hispanicae.
Olivares Michael, Historia Regni Chilensis.
Onofri Petrus, De origine, progressu etc. ordinis equestris Hierosolymitani.
Orrio Alexius, De primo hominum itinere in Americam.
Pace Marius, Antiquitates Catalgeronis.
Palma Franciscus Carolus, Notitia rerum Hungaricarum. Heraldicae regni Hungariae specimen. Heraldica regni Hungarici.
Panel Alexander, De Coloniae Tarraconae numo. De quodam numo Alexandri Magni etc.
Papebrochius Daniel, Acta Bollandiana.
Parennin. De rebus Sinicis.
Parvilliers Adrianus, Observationes curiosae de rebus Aegypti.
Pastor Joannnes, Historia Paraquariae.
Patovillet Ludovicus. Historia Pelagianismi.
Pecha. Historia urbis Caraccae sive Gudalaxarae.
Pedraza Julianus, Annales Hispanici.
Pedrusi Paulus, De numismatibus etc.
Perier Joannes, Acta Bollandiana.
Pietragrassa. De rebus Americae meridionalis.
Pilgram Antonius, Calendarium chronologicum medii aevi etc.
Pimentel Ludovicus, Historia insulae Mindanai.
Pinius Joannes, Acta Bollandiana.
Piovene Petrus, De numismatibus.
Planch Joannes Baptista, Chronologia theoretica practica.
Pohl Josephus, Manuductio ad historiam Ecclesiasticam.
Ponte Jacobus Antonius, Chronologia Regum, Arcontum Atheniensium, et Lacedaemoniorum.
Portilla. De Egira Arabum.
Pov, sive *Povius Bartholomaeus*, Institutiones Historico-philosophicae.
Pray Georgius, Annales veterum Hunnorum.
Pubitscha Franciscus, Historia chronologica Bohemiae.
Pusch Sigismundus, Chronologia Sacra.
Quens Joannes (de), De rebus Canadensium.
Rapin Renatus, Meditationes historicae.
Rayaeus Nicolaus, Acta Bollandiana.
Regis Joannes Baptista, Annales Sinenses.
Ricepatus Philippus, Illyricum Sacrum.
Richa Josephus, Monumenta historica Templorum Florentiae.
Rico Joannes Joseph, De rebus Paraquariae.
Rigord Franciscus, Peregrinationes per Syriam, Arabiam, Persidem etc.
Rocher Guerin (du). Historia vera temporis fabulosi.
Rodrigues Matthias, Vita Gabrielis Malagridae.
Rodriguez Emmanuel, Historia fluminis Maragnon.
Rosales Didacus, Historia generalis Chilensis.
Rosella. De rebus Americae meridionalis.
Roth. De religione Malabarensium.
Routh Bernardus, Historia Romana.
Ruano Franciscus, Historia Cordubae.
Rzaczynski Gabriel, Historia naturalis Poloniae, et Lithuaniae.
Salazàr Marañon Didacus (de), Itinerarium per Asiam, et Europam.
Salvaterra, seu *Salvatierra Joannes Maria*, De expeditione Californiensi.
Schmitth Nicolaus, Imperatores Ottomani. Episcopi Agrienses.
Schuz Henricus, Commentarius criticus de Scriptoribus historicis.
Schwarz Ignatius, Institutiones historicae. Collegia historica.
Sicard Claudius, De itinerario Thebaidae.
Sollerius Joannes Baptista, Acta Bollandiana.
Souciet Augustinus Stephanus, De nummis hebraicis. De chronologia adversus Nevtonum.

Spangar Andreas, Chronica Hungarica.
Stickerus Urbanus, Acta Bollandiana.
Stiltingus Joannes, Acta Bollandiana.
Stoppini Hyacinthus, Historia paludum Pontinarum.
Stoz Joannes, Historia Concilii Tridentini.
Suyskenus Constantinus, Acta Bollandiana.
Szerdahelyi Gabriel, Fax chronologica ad omnem historiam.
Timòn Samuel, Imago antiquae Hungariae.
Tiraboschi Hieronymus, Historia litteraria Italiae.
Torres Antonius (de), Antiquitates Cretenses. De litteratura Numidarum.
Tournemine Renatus Joseph, Historia Moschorum, seu Russorum.
Turck Henricus, Historia Germaniae.
Turoczi Ladislaus, Hungaria cum suis Regibus etc.
Vasconcellos Simon (de), De rebus Brasiliauis.
Veldius Joannes, Acta Bollandiana.
Verhovius Franciscus, Acta Bollandiana.
Villote Jacobus, Iter in Turcas, Armeniam, Arabiam, et Barbariam. Armenia Christiana.
Visdelou Claudius, Historia, et chronologia Sinensis.
Vitry Eduardus, De numis, et ponderibus Romanis.
Wagner Carolus, Analecta Scepusii sacri, et profani.
Wagner Franciscus, Historia Josephi I. Imperatoris.
Weilhamer Antonius, Animadversiones in quosdam numos veteres.
Weygel Franciscus Xaverius, Narratio historica Provinciae Mainarum in America Meridionali.
Wetrowski Maximilianus, De gestis praecipuis in Pontificatu S. Gregorii Magni. Historia de magno schismate Occidentis.
Zuzzeri Joannes Lucas, De quodam numo Attali Philadelphi etc.

MISCELLANEA.

Albaizeta Isidorus, De arte Sarcinatorum.
Albitez Evaristus, De producenda senectute.
Alticozi Laurentius, De mendaciis, et fraudibus Isaaci Beausobrii.
Ambrogi Antonius Maria, Museum Kircherianum.
Aubert Guidus Franciscus, De aquis medicinalibus de Lanzon.
Auguste. De origine Nigritarum, et Americanorum.
Bardetti Stanislaus, De lingua primorum incolarum Italiae etc.
Camellus Georgius Joseph, De herbis, stispibus, fruticibus, et arboribus Philippinarum.
Capuel Engelbertus, Enchiridion medicum.
Catalani Michael, De origine Picenorum.
Clain Paulus, Medicamenta facilia pro variis morbis.
Clavera Franciscus, Nova medicinae practicae ratio etc.
Contucci Contuccius, Museum Kircherianum auctum.
Denis Michael, Introductio ad librorum cognitionem.
Dollenz Carolus, De Scriptoribus Universitatis Viennensis.
Eschinardus Franciscus, Descriptio agri Romani.
Esteyneffer Joannes, De morbis, eorumque remediis.
Fischer Christophorus, De oeconomia rurali.
Galeotti Nicolaus, Thesaurus antiquarum gemmarum etc.
Gemelli Franciscus, De Sardiniae instauratione ab agricultura.
Gillis Petrus, De pharmaceutica.
Gindhor Franciscus, De arte diplomatica.
Giudice Caietanus, Inimici Regalis auctoritatis detecti.
Giustiniani Antonius, Thesaurus novorum remediorum ad sanitatem.
Galletti Antonius, De herbis medicinalibus Attinae.

Grebner Joannes, Sincera artis diplomaticae crisis.
Haiden Joannes, De Therapeutis Philonis.
Hartzheim Joseph, Bibliotheca Coloniensis.
Hervàs Laurentius, Ars docendi surdos mutos loquelam.
Holl Franciscus Xaverius, Hierarchia Germaniae.
Incarville Petrus, De vernice, et pyrotechnia Sinensium.
Languedoc Michael (de), De navibus bellicis veterum.
Lantheaume Petrus Franciscus, Observationes theologicae, criticae etc. in historiam ecclesiasticam Abbatis Fleury.
Lanzi Aloysius, De pictura.
Lima Franciscus, Dioscorides Brasilianus.
Lozano Franciscus, Operum Pauli Zacchiae compendium.
Manhart Franciscus Xaverius, De antiquitatibus Christianorum.
Mayr Joannes Baptista, De summis Pontificibus Benedictinis.
Menestrier Claudius Franciscus, De arte heraldica.
Merlin Carolus, De Dea Hora dissertatio.
Mitterbacher, Elementa Economiae physicae, De cultura plantarum agrorum, vitium, rubiae, nemorum etc.
Mojon Benedictus, Pharmacopea reformata.
Montenegro Petrus, De herbis medicinalibus Paraqnariae.
Mony Hieronymus, De opificio sacchari.
Negri Julius, De scriptoribus Florentinis.
Oldoini Augustinus Maria, De Scriptoribus Perusinis, et Liguribus.
Ortiz Laurentius, Calligraphia Hispana.
Palmerius Antonius, Hyppocratis aphorismi versibus explicati.
Paulou Joannes Franciscus, Observationes criticae in Arabum adagia.
Podavon Neuhaus Nicolaus, De corallis Balthicis, De insectis, De mineralibus; De lapidibus fenariis.
Requeno Vincentius, De veterum pictura.
Rodriquez Petrus Joseph, Pharmaceutica.
Rzaczyncki Gabriel, Historia naturalis Poloniae.
Schainowitsch Joannes. De idiomate Hungarico, et Lapponico.
Silveira Franciscus (da), De auri fodinis.
Toderini Joannes Baptista, De litteratura Turcica.
Volpi Joseph Rocchus, Vetus Latium illustratum.
Weinhart Ignatius, De piscium morte in stagnis conglaciatis, et de illius remedio.
Wulsen Franciscus Xaverius, Flora norica.
Xuarez Gaspar, Observationes phytologicae.
Zabala Michael, Adversus systema medicum Browniannm.
Zallinger Joan. Baptista, De morbis plantarum, de Agriculturae incrementis.
Zeno Franciscus, De petrificationibus, et fossilibus.
Zeplichal Antonius, Isagoge in mineralogian etc.
Zuzzeri Joannes Lucas, De horologio solari antiquo.

ORATORIA. RHETORICA. GRAMMATICA.

Agliata Datius, Oratio in solenni studiorum instauratione etc.
Aguila Vincentius (del), Grammatica, et lexicon linguae Cinaloae in Nova Hispania.
Aguilar Joannes Ignatius, Lexicon linguae Quichoae in Peruvio.
Airoli Jacobus Maria, De praestantia lingnae sanctae oratio etc.
Alamanni Joseph, Orationes variae.
Alcazar Bartholomaeus, De Rhetorica.
Amaràl Didacus (de), Prosodia linguae Canarinae.
Amaral Gaspar (de), Lexicon linguae Anamiticae.

Amato Joannes Maria, Orationes duae in studiorum instauratione.
Anonymus, Grammatica linguae Talenganicae apud Indos Orientales.
Aponte Emmanuel Maria, Grammatica graeca.
Arnaut Custodius, Lexicon Tamulicum.
Basquas Faustus, Orationes duae in studiorum instauratione.
Bayer Jacobus, Lexicon latino-graecum. Grammatica graeca.
Bella Ardelius (de la), Lexicon Illyricum.
Bernard Adolphus, Linguae graecae fundamenta.
Beschius Constantius Joseph, Grammatica, et dictionarium Tamulicum.
Bono Michael (del), Dictionarium Siculum, Italicum, et Latinum.
Bordois Joannes, Dictionarinm gallicum latinum.
Bouhours Dominicus, Observationes in linguam Gallicam.
Brigniel Joseph, Lexicon, et grammatica Abiponica in America meridionali.
Brun Guillelmus, Dictionarium latinum gallicum.
Buffier Claudius, Grammatica gallica.
Colonia Dominicus (de), De arte rhetorica libri quinque.
Derckum Simon, Grammatica graeca.
Dias Petrus, Grammatica Angolana.
Drews Joannes, Janua ad Germanam linguam.
Enriquez Balthasar, De elegantia latini sermonis.
Espejo Joannes, Grammatica linguae Churimas in Peruvia.
Ettorri Camillus, De bono in scribendo gustu.
Faraz. Dictionarium vulgaris linguae Malabaricae.
Febrès Andreas, Grammatica Chilensis.
Fernandez Antonius, Grammatica Hebraica.
Figueredo. Grammatica linguae Quichuae Peruvianae.
Figueroa Hieronymus (de), Grammaticae, et lexica linguarum Tarahumarensis, et Tepehuanae in Nova Hispania.
Filenbach Jacobus, Principia litterarum humaniorum.
Fonte Joannes, Grammatica, et lexicon linguae Tepehuanicae.
Foix Marcus Antonius (de), Ars concionandi.
Fritz Andreas, Grammatica latina.
Fuente Bernardus (de la), Grammatica linguae Bisaiae apud Philippinos.
Garrote Petrus, Grammatica linguae Chilensis.
Gassmayr Sebastianus, Scientia eloquentiae sacrae, et profanae.
Gillii Philippus Salvator, Grammatica, et lexicon linguarum Tamanacanae, et Maipurensis in America meridionali.
Giradeau Bonaventura, Praxis linguae hebraicae etc.
Godinez Cornelius, Grammatica linguae Tarahumarensi.
Goldhagen Hermannus, Institutiones rhetoricae, poeticae, et linguae graecae.
Gras Petrus, Grammatica graeca.
Gravina Petrus, Grammatica, et Lexicon linguae Xiximesiae in Nova Hispania.
Grodzicki Faustinus, Theatrum eloquentiae.
Halberstad Bernardus, Grammatica Chilensis.
Hanxleden Joannes Ernestus, Lexicon Malabaricum. Grammatica Grandomica. Lexicon Samserdamicum.
Haselbaver Franciscus, Lexicon Hebraico-Chaldaicum.
Heille Franciscus, Clavis linguae graecae.
Holderman. Grammatica Turcica.
Iay Gabriel Franciscus (le), Bibliotheca rhetorum.
Kaprinai Stephanus, Eloquentia sacra.
Labrador Joseph Sanchez, Lexicon, et phraseologia linguae Mbaysorum in America meridionali.
Lagomarsini Hieronymus, Orationes septem. Actio in Jacobum Augustum Thuanum etc.

Lanzi Aloysius, De lingua antiquorum Etruscorum.
Larramendi Emmanuel (de), Grammatica, et dictionarium Cantabricum.
Leon Ignatius, Lexicon Brasiliense.
Leurenius Petrus, De lingua Hebraica, Syriaca, Chaldaica, et Arabica.
Lopez Balthasar, De rhetorica.
Machoni Antonius, Grammatica linguae Lulicae in America meridionali.
Marban Petrus, Lexicon, et grammatica linguae Moxorum in America meridionali.
Marotti Joseph, Orationes etc.
Mazzolari Joseph Maria, Actiones etc.
Moine Joseph, Tirocinium artis Oratoriae.
Morcelli Stephanus, De stilo inscriptionum latinarum.
Neumayr Franciscus, Idea rhetoricae.
Nuñez de Prado Joseph, Grammatica linguae Gallicae.
Ortega Joseph (de), Lexicon linguae Corae in America.
P. Adversus Masclefium puncta hebraica respuentem.
Paniagua Didacus Diaz, Grammatica, et lexicon linguae Parrarum in Nova Hispania.
Paredes Ignatius (de), Grammatica Mexicana.
Parvilliers Adrianus, Lexicon Arabicum.
Pelleprat Petrus, Prolusiones Oratoriae.
Perpinianus Joannes Petrus, De arte rhetorica.
Pereszlenyi Paulus, Grammatica linguae Hungaricae.
Pons Joannes Franciscus, Grammatica, et lexicon linguae Sanskreticae.
Poree Carolus, Orationes.
Proenza Antonius, Lexicon Tamulicum.
Puente Nicolaus, Compendium rhetoricae.
Quadros Didacus (de), Enchiridion hebraicum.
Reiffenberg Fridericus, De vera Atticorum pronuntiatione.
Reineri. Theoremata pro orationibus componendis.
Requexo Valerianus, Thesaurus linguae hispanicae, et latinae.
Restius Paulus, Ars linguae Guaranicae.
Reviglione Thomas, Problema rhetoricum.
Ribero Joannes, Grammatica, et lexicon linguae Acciaguiae in novo regno Granatensi.
Ricci Petrus Martyr, Lexicon Italicolatinum.
Rieffel Joseph, Rhetorica.
Rodrigues Joannes, Grammatica Japonica.
Rogacci Benedictus, De perpurgato linguae Italicae usu.
Ros·· Ignatius, Etymologicum Copticum.
Sanchez de Luna Januarius, Grammatica graeca.
Sanchez Matthaeus, Lexicon linguae Bisayae in Philippinis Insulis.
Sanlucar Petrus, Lexicon linguae Tagalae in Insulis Philippinis.
Saulger Robertus, Grammatica, et elegantiae linguae latinae.
Scapecchi Joseph, Rhetorica.
Seiler Joannes, Lexicon pentaglotton. Adagia latina, graeca, gallica, hispanica, et italica.
Simoens Joannes, Grammatica Sinica.
Slaughter Eduardus, Grammatica hebraica.
Spadafora Placidus, Phraseologia, et prosodia italica.
Ticinus Jacobus, Principia linguae Wendicae.
Tirsch Leopoldus, Fundamenta linguae sanctae. De characteribus Hebraeorum ante Esdram.
Tornos Antonius, De lingua Tagala in Insulis Philippinis.
Torre Petrus Maria (la), De arte rhetorica, et poetica institutiones.
Vargas. Grammatica latina elucidata.
Vega Gabriel, Grammatica Chilensis.
Velasco Joannes Baptista, Grammatica Cinaloensis in Nova Hispania.
Villafañe Ferdinandus, Grammatica linguae Guazavae in Nova Hispania.

Villar Joannes, Grammatica linguae Hispanicae.
Villote Jacobus, Lexicon Armenum.
Wagner Franciscus, Universa Phraseologia latina.
Weissenbach Josephus, Eloquentia Patrum.
Weithenaver Ignatius, Subsidia eloquentiae sacrae. Modus addiscendi quam brevius linguas graecam, hebraicam, chaldaicam etc. Hierolexicon linguarum Orientalium.
Widenhoffer Franciscus Xaverius, Rudimenta hebraica.
Zeleny Franciscus, De pronuntiatione nominis Divini Ieovah.

POETICA.

Abad Didacus, De Deo, Deoque homine heroica.
Abrahamowichz Adam, Carmina Sarbievii facta Polonica.
Acerbus Franciscus, Deiparae Virgini Rosarum areolae.
Aiel Thomas Stanislaus, Antonius Durus. Heros mamertinus. Drama.
Albuquerque Joannes (de), Certamen Ulyssis cum Ajace. Tragicomaedia etc.
Alegre Franciscus Xaverius, Homeri Ilias, versu latino heroico. Alexandrias.
Amaral Prudentius, De sacchari opificio. Carmen. De arte amandi Mariam.
Ambrogi Antonius Maria, Virgilius italico carmine. Volterianae tragaediae novem italice conversae. De Citrorum cultura, poema etc.
Anchieta Josephus, De gestis Mendi Sà. Poema.
Andre Ivo Maria, Ars confabulandi.
Angiolini Franciscus, Nonnullae tragoediae Sophoclis, et una Euripidis italice. Varia poematia italica, latina, graeca, et hebraica.
Anna Aloysius (de), Varia carmina.
Aquino Carolus (de), Opera poetica. Anacreon recantatus. Dantis comaedia carmine heroico latino.
Arevalo Faustinus, Hymnodia sacra hispanica.
Arnal Joseph, Philoctetes Sophocleus versu hispanico. Jael. Drama musicale.
Aumaitre Gilbertus Xaverius, Bibliotheca Poetica.
Azevedo Emmanuel, Heroum libri quatuor etc.
Balde Jacobus, Carmina.
Bassani Jacobus Antonius, Carmina.
Bardi Nicolaus, Epigrammata.
Beauville Jacobus, Spinus. Carmen.
Bechtlini Christophorus, Epigrammatum libri quatuor.
Bernardi Joannes Antonius, Carmina. De prudentia Poema.
Bettinelli Xaverius, Poemata italica.
Billons Franciscus Josephus Terrasses (des), De pace christiana Poema. De arte valendi Poema. Fabulae Aesopianae.
Bisio Joannes Baptista, Introductio ad poeticam vernaculam.
Bondi Clemens, Virgilius italico carmine etc.
Boschius Jacobus, De arte symbolica carmine heroico.
Boscovich Rogerius Joseph, De Solis ac Lunae defectibus libri quinque carmine latino.
Bougeaut Guillelmus Hyacinthus, Comediae tres. Foemina doctor. Quakerus Gallus. Divus exautoratus.
Bozzoli Josephus, Ilias homerica carmine italico.
Brebeuf. Pharsalia Lucani versu gallico.
Brumoy Petrus, Carmina.
Bullier Andreas Marcus, Angelica, et Medorus Drama.
Burriel Antonius, De arte poetica.
Burgundius Horatius, Carmina de volatu, natatu, motu sanguinis etc.
Butron Joseph, De diva Theresia Poema.
Calles Sigismundus, Deliciae sacrae.
Campos Urbanus, Horatius versu hispanico.
Caraccioli Dominicus, Carmina.
Carpani Joseph, De Jesu Infante. Odae Anacreonticae, Tragoediae septem.

Carsughi Rainerius, Ars bene scribendi. Carmen.

Cerasola Dominicus, Poematia sacra.

Cerceau Joannes Antonius, Opera poetica.

Cespedes Benedictus Antonius, Metastasii Dramata versu hispanico.

Ceva Christophorus, Torquati Tassi Hierosolyma expugnata versu heroico latino.

Ceva Thomas, Jesus Puer. Poema. Sylvae et Philosophia novo-antiqua.

Champion Franciscus Xaverius, Stagna. Carmen.

Clairambault Ludovicus, Passeres Canarii. Poema.

Claus Antonius, Tragoediae.

Coedic Petrus (le), Mundus Cartesii. Carmen.

Colomes Joannes Baptista, Agnes de Castro. Coriolanus. Scipio Dramata etc.

Commirius Joannes, Odae, Sylvae etc.

Cordara Julius Caesar, L. Sectani sermones. Eclogae militares.

Courtois Joannes Ludovicus, Aqua picata carmen.

Cunich Raymundus, Ilias Homeri versu latino. Hendecasyllabi.

Doissin Ludovicus, De sculptura Poema. Alterum de caelatura.

Ducci Marcus Antonius, Divus Hermenegildus. Drama tragicum.

Eschenbrender Pantaleon, Phraseologia Lyrica.

Escoulant Petrus, De horologio manuali Poema.

Fabretti Stephanus, Lyrica, et epistolae.

Fellon Thomas Bernardus, Faba arabica Poema. Alterum de magnete.

Feure (Le). De musica Poema.

Filipecki Andreas, Leo Caesar Orientis Tragoedia.

Folard Franciscus Melchior, Oedipus Tragoedia. Themistocles, altera.

Forti Antonius, Epigrammata.

Furtado Franciscus, De expugnatione Ulyssiponensi. Poema lusitanice.

Gabardi Joachimus, De rore. Carmen.

Galfo Antonius, Legatio Poema heroico-comicum, italice; et alia.

Garcia Bernardus, Comoediae.

Garcia de la Huerta Petrus, Rachèl Tragoedia.

Garcia Antonius, De musica Poema.

Geoffroy Joannes Baptista, Tabacum. Carmen.

Giannettasius Nicolaus Parthenius, Naumatica, Piscatoria Nautica etc. Poemata.

Giupponi Bartholomaeus, Alphonsus Enriquez agnitus. Drama.

Granelli Joannes, Tragoediae.

Grimaldi Franciscus, De vita urbana, oeconomica, aulica. Poemata.

Guarini Franciscus, Prosae, et carmina.

Gutwirt Melchior, Amores Mariani Carmina.

Hagen Guillelmus Vander, Elegiarum libri quinque.

Halde Joannes (du), De arte dramatica Poema.

Hebert Michael, De confabulatione jocosa Poema.

Hempel Raphael, Clodoaldus. Darius Tragoediae.

Houdry Vincentius, Ars typographica. Carmen.

Jaworski Stanislaus, Jonathas Tragoedia.

Imberdis. De charta papyracea. Poema.

Inville. De avibus alendis Poema.

Kielps. Sedecias Tragoedia.

Kolczawa Carolus, Dramata.

Labe Sebastianus, Centuriae decem epigrammaton.

Lagomarsini Hieronymus, De origine fontium Carmen. De aleae Genuensis ratione elegiacon.

Lambert Stephanus, Opera poetica.

Laredo Franciscus Maria, De stilo Catulliano, et ejus imitatione.

Larralde Joannes Ignatius, Annus sacer.

Lassala Emmanuel, Joseph Tragoedia. Fabulae Lokmani.

Lavaur Ludovicus, Colores Newtoniani. Carmen.

Llampillas Franciscus Xaverius, Epitha-

lamion in nuptiis Caroli Asturum Principis, et Mariae Ludovicae.
Lubrani Jacobus, Suaviludia Musarum.
Lucas. De gestu, et voce. Poemata.
Ludovici Dominicus Carmina, et inscriptiones.
Maffejus Petrus Antonius, Specimen poeticum.
Maire seu Mayre *Jacobus*, Liladamus Poema heroicum.
Mako de Kerek-Gede Paulus, Carminum libri tres.
Marinowich Josephus, Elegiae.
Marion Petrus Xaverius, Absalon Tragoedia.
Marsy Franciscus Maria (de), De pictura Poema. De templo Tragoediae alterum.
Masdeu Joannes Franciscus, Ars poetica. Latrunculorum ludus. Carmen italice.
Masenius Jacobus, Sarcotis. Poema.
Masselot Joannes, Aucupium. Carmen. De arte aenigmatica in pictura. Carmen.
Maturanzi Joannes, Epithalamion in nuptiis Caroli Borbonii.
Menoux Bruno Melchior, Speculum. Carmen.
Meyer Livinus, De ira Poema.
Mondegai Michael, Opera poetica.
Mont Franciscus Joannes (du), Oves. Carmen.
Montaigne Claudius Hervaeus (de), Ratio conscribendae epistolae. Carmen.
Montengon Petrus, Fabulae.
Moreau Simon, Descriptio alvei quo mare mediterraneum cum Oceano jungitur. Carmen.
Mourgues Michael, De poesi gallica.
Muzzarelli Alphonsus, Poematia.
Noceti Carolus, De iride Poema. De aurora boreali alterum.
Noel Franciscus, Opera poetica.
Olzina Vincentius, Fabulae morales.
Orrio Alexius, De auri, argentique fodinis Carmen.
Ortmann Franciscus, Poematia.
Oudin Franciscus, Ignis. Carmen. Somnia alterum. Amor dux pacis. Elegia.
Palazzi Augustinus, Eustachius. Tragoedia.
Papillon du Rivet Nicolaus Gabriel, Templum assentationis. Poema.
Pastorini Joannes Baptista, Poemata italice.
Pedruzzi seu *Pedrusi Paulus*, Maximilianus. Drama.
Peramas Emmanuel, De sacro in novum orbem invecto. Poema.
Pinazo Antonius, Fulmen Poema.
Plà Joachimus, Ode graeca. Idylion arabicum.
Poggi Petrus, Ode stylo Anacreontico.
Poggi Simon Maria, Tragoediae, et Comoediae.
Poncy de Neuville Joannes Baptista, Regulus. Poema. Damocles. Tragoedia.
Poree Carolus, De instituendo Juvene in bonis artibus Poema.
Pou Bartholomaeus, Ludi rhetorici, et poetici.
Pragenses rhetores, et poetae. Carmina funebria.
Pray Georgius, De venatione falconum, Carmen.
Quadrio Franciscus Xaverius, De poesi italica.
Quintiis Camillus Eucherius, Inarime, seu de balneis pithecusarum. Poema.
Raffei Stephanus, Tragoediae.
Rapin Renatus, Horti. Poema. Poeticae meditationes.
Rascas Joannes Antonius (de), Oculorum sermo. Carmen.
Rodriquez de Mello Joseph, De mandiochae cultura, Bouum et herbae nicotianae in Brasilia. Poemata.
Rogacci Benedictus, De tranquillitate animi Poema.
Rome Joannes, Opuscula poetica.
Rossi Quiricus, Carmina italice.
Roti Carolus, Carmina, et orationes.
Routh Bernardus, Censura Paradisi deperditi Miltonis.
Roze Joannes, Aviarium, sive de educandis avibus. Carmen.
Rue Carolus (de la), Carminum libri quatuor.
Salazar Joannes. Climacus, Mardochaeus Tragoedia,

Sanadon Natalis Stephanus, Carmina.
Sanseverino Carolus Maria, Tragoediae.
Sante Aegidius Anna Xaverius (de la), Ferrum. Carmen.
Sarbievius Matthias Casimirus, Opera poetica posthuma.
Savastani Franciscus Eulalius, Botanicorum libri quatuor.
Sbatti Marcus Silverius, Xenia poetica.
Schapecchi Joseph, De epigrammatis artificio.
Scotti David, De Jasminis Carmen.
Serrano Joseph, De planetis, et eorum incolis Carmen italice.
Skorski Joannes, Lechus Poema heroicum.
Soltyk Ignatius, Micador Tragoedia.
Souciet Augustinus Stephanus, Agricultura Poema. De cometis alterum.
Spinelli Bartholomaeus, Carmina heroica, georgica etc.
Spinelli Joannes, Epaminondas Tragoedia.
Stancari Dominicus, Joas Judaeae Rex Tragoedia.
Szerdahelyi Georgius Aloysius, Ars poetica generalis.
Tarillon. De pulvere nitrato Poema. De arte colloquendi alterum.
Thomàs Lupus, Barometrum Poema.
Tolomei Nicolaus, De vocatione D. Aloysii ad Societatem Drama.
Vaniere Jacobus, Praedium rusticum Poema. Dictionarium poeticum.
Velasti Thomas Stanislaus, De ira Poema lingua graeca vernacula Chiensi.
Venturi Pompejus, Ars poetica.
Veschambez Guillelmus, Mala aurea Poema.
Via Jacobus Franciscus, Lauretum lyricum.
Viegas Antonius, Lyricorum liber.
Vionnet Bartholomaeus, Amalarius Tragoedia.
Vionnet Georgius, Museum numarium Carmen. Xerses Tragoedia.
Volpi Josephus Roccus, Epistolae Tiburtinae.
Weilhamer Antonius, De amicitia libri duo.
Weithenaver Ignatius, De poesi hebraica.
Zacagnini Antonius, Tragoediae.
Zannoni Petrus Antonius, De salinis Cerviensibus Carmen.
Zucconi Ferdinandus, Carmina.

AUCTORES ALIA LINGUA REDDITI, ET ILLUSTRATI.

Aguado Franciscus, Apologi morales S. Cyrilli hispanice conversi.
Almeida Petrus, In Svetonii Caesares commentarii.
Andrès Joannes, Antonii Agustini epistolae illustratae.
Arevalo Faustinus, Prudentius. Dracontius. Juvencus. Sedulius. Isidorus Hispalensis illustrati.
Baune Jacobus (de la), Panegyrici veteres illustrati.
Benedicti Antonius, Plauti Aulularia illustrata.
Benedictus Franciscus, Divi Ephrem opera syriaca latine reddita.
Brotier Gabriel, Cornelius Tacitus, et Plinius illustrati.
Cantel Petrus Joseph, Valerius Maximus et Justinus illustrati.
Cantova Josephus Antonius, Cicero de Oratore italice redditus cum notis.
Cardon Daniel, Nàzianzeni carmen de vita sua latine redditum.
Carry Aegidius (la), Cajus Vellejus Paterculus cum annotationibus.
Cellieres Antonius (de), Anacreon latine redditus cum annotationibus etc. Aesopus pariter etc.
Chamillard Stephanus, Aurelius Prudentius illustratus interpretatione, et notis.
Clodio Bernardus, Ovidii tristes italice redditi cum annotationibus.
Cortasse Petrus Joseph, Areopagita de divinis nominibus gallice redditus cum annotationibus criticis etc.
Desideri Hippolytus, Sahorim seu libri sacri thibetani latine redditi.
Faure Joannes Baptista, Enchiridion S. Augustini cum annotationibus.

Golletti Antonius, Valerius Martialis illustratus.

Grainville Petrus Joseph, Svetonius illustratus.

Hardewist Ludovicus, Paraphtasis Odarum Horatii.

Harduinus Joannes, Pliniana historia illustrata.

Jay. Dionysius Halicarnasseus gallice conversus cum notis criticis, geographicis etc.

Idiaquez Franciscus Xaverius, Cornelius Nepos notis exornatus.

Jouvency Josephus, Terentius, Horatius. Persius. Juvenalis. Martialis Ovidii metamorphoses cum annotationibus.

Kervillars Joannes Marinus, Ovidius de Ponto, et Tristibus gallice cum notis.

Lucchini Franciscus Maria Acta Martyrum Ruinartii illustsata etc.

Meroville Carolus, Ciceronis Orationes illustratae.

Morell Joseph, Selecta latinorum auctorum carmina hispanice.

Mourgues Michael, Therapeutica Theodoreti Cyrenensis gallice.

Nagurczewski Ignatius, Aeneis, et Bucolica Virgiliana polonico carmine.

Navarrete Joannes Andreas, Aesopi graecae fabulae. Ovidii pontus cum notis.

Noghera Joannes Baptista, Demosthenes italice cum annotationibus.

Nuñez de Prado oseph, Epistola Ovidiana Didonis versu hispanico.

Petisco Joseph, Anacreon graecus cum notis etc. Julii C. Commentarii hispanice.

Petrucci Joseph, Callimachi hymni carmine latino.

Prats Bonoventura, Emendationes, et elucidationes in Atheneum, et alios.

Prileski Joannes Baptista, S. Cyprianus illustratus.

Proust Jacobus, Aulus Gellius, Ciceronis Orator illustrati.

Quartier Philibertus, Lucani pharsalia gallice. Ciceronis epistolae familiares cum notis etc.

Riguez Robertus, Vellejus Paterculus illustratus.

Rodelle Petrus, Juvenalis satyrae illustratae.

Rossi Ignatius, Diogenes Laertius illustratus.

Rue Carolus (de la), Virgilius illustratus.

Sanadon Natalis Stephanus, Phaedrus illustratus. Horatius gallicae redditus, et illustratus.

Sandoval Joannes Franciscus, Theocritus versu hispanico, et notis.

Stigliola Nicolaus, Virgilius carmine neapolitano.

Tarteron Hieronymus, Horatius, Persius Juvenalis gallice.

Vasia Gabriel, Dionysius Areopagita latine redditus.

Venturi Pompejus, Dantes Aligherius illustratus.

Waibl Andreas, Commentarius in Ciceronis selectas orationes.

Zamagna Bernardus, Theocriti. Bionis. Moschi idilia latine.

BIBLIOTHECAE SCRIPTORUM
SOCIETATIS JESU

SUPPLEMENTUM PRIMUM.

Sanctus Ignatius de Loyola, Scriptorum omnium Societatis J. Parens, qui Bibliothecam Societatis aperuit admirabili Exercitiorum libro de quo potiori jure, quam de' 12. Tabulis Cicero dixisset (libr. I. de Oratore) *Fremant omnes licet, dicam quod sentio; Bibliothecas mehercule omnium Philosophorum mihi videtur XII. tabularum libellus ... auctoritatis pondere, et utilitatis ubertate superare*, primum locum, neglectis Alphabeti legibus, inter Scriptores filios meretur. Dictis a Sottuelo haec adjicienda sunt: = *Epistolae* hispanice ad varios, quae sunt numero 21. Extant editae in Historia Provinciae Toletanae inscripta *Chrono-Historia de la Compañia de Jesus*, parte, sive tomo I. auctore nostro Bartholomaeo Alcazar: = *Scriptum latinum, quo Ignatius Sociis exhibet ideam Instituti Societatis*: Extat ibidem pagina LII. = *Testamentum Ignatii* undecim continens dictata de obedientia, quae S. Pater fere moriens hispanice dictavit: Extant in vita S. Ignatii (cap. 25.) a nostro Joanne Eusebio Nieremberg edita Matriti an. 1631. = *Poema Hispanicum de laudibus D. Petri Apostoli*: Ex eodem Nieremberg cap. 7. laudatae vitae, Maffeio, et aliis, silentibus vero Bollandianis = *Epistolae Sancti Ignatii Loyolae ... libris 4 distributae quibus accedit liber Sententiarum ejusdem*. Bononiae 1804. typis Gasparis de Franciscis. Locupletisima omnium merito habetur haec editio adornata a Nostro Roccho Menchaca, qui latere voluit siglis R. M. Marchio Bianconi vir oppido eruditus in suis litteris italico sermone ad Marchionem Philippum Ercolani de rebus aliquot Aulae Bavaricae peculiaribus, editis Mediolani 1802. ait servari in Sacello Palatii Electoralis Monachii Epistolam Divi Ignatii ad Albertum V. Bavariae Ducem de rebus Societatis, et Collegio Ingolstadiensi. Reor hanc epistolam eandem esse atque memoratam a Menchaca, de qua ait pag. 202. latinam fuisse datam a nostro Agricola in Historia Societatis Germaniae Superioris tomo I. pag. 32, et 34: quod Menchacae dictum sic explicandum censeo, Agricolam non ex alia lingua epistolam latinam fecisse; sed a S. Ignatio latine factam fuisse ab Agricola typis editam. Neutiquam probabile apparet Ignatium sermone Hispano, aut Italo ad Bavarum scripsisse. Cum a re litteraria minime abhorreat, operae pretium puto viros duos clarissimos recensere, qui viventi Ignatio libros dedicarunt. Primus fuit praestans Eques Hispanus Gallaicus Hieronymus Fonsiccus (Fonseca hispanice) Arci Consentinae Caesareus Praefectus, virque Praetorius qui Ignatio dicavit librum hodie rarissimum inscriptum *Brevis, ac optime dilucidatus de praedestinatione tractatus*, in 12; neque loco, neque anno editionis designatis; qui fortasse fuit annus 1551, quo subscripta est epistola Antonii Ferrarii Lupiensis ad Fonsecam, quae extat in laudati tractatus fine. En integram Fonsecae dicationem quam cum Ignatio Guerra communicavi, ut illam mitteret ad eruditissimum Rocchum Men-

chacam, de nova editione Epistolarum D. Ignatii tunc cogitantem. Neque putem Lectores tedaere repetitionis laudum Sanctissimi Viri. *Ad Reverendum Dominum, et virtutibus ornatissimum, ac Sacrae Paginae Magistrum Ignatium de Loyola Generalem, ac principalem Fundatorem insignis Ordinis Jesu, Hieronymus Fonseca. Ignati fulgens Hispanae gloria Gentis*: *Qui regis Unigenae sacra, chorumque Dei*: = *Scripta licet magno sint haec addicta Toleto*: *Cujus in Hesperia nomen utraque viget*: = *Ut tua quaeso tamen relegas; partemque cohortis: Exiguam vestrae me precor esse putes*: = *Et merito cum sis illi pietate secundus*; *Est tibi versandum Relligionis opus*. Pius, ac doctus Bruno Loher Carthusiae Agrippinensis Procurator fuit ille alter, qui vivo Ignatio dicavit *Theologiae Mysticae* Henrici Harphii editionem Coloniensem anni 1556. Dicatio vero subscripta est 3. Idiis Novembris 1555, et illustres continet commendationes de Ignatio, et de ejusdem Sociis. Inter alia Loherius haec alloquitur ad Ignatium, *Comitem* (moribus, aut dignitate?) *enim*, *ac strenuum Militem in patrio regno te fuisse constat*. Hanc ipsam dicationem nequaquam praetermisit Petrus Paulus Philippi praestantissimus Praedicatorum Ordinis Theologus in Romana, quam 1586. curavit, dictae mysticae Theologiae editione. Similem quoque dicationis honorem plurimi exhibuerunt Ignatio vita functo. Praetermitto Claris. Viros Marcellinum Siuri doctissimum, et sanctissimum Episcopum Cordubensem, Joannem Mariam Bertoli ex Ordine Servorum Mariae, Ignatium Cattoira Dominicanum, et alios: sed minime me possum cohibere, quin gratam memoriam faciam eruditi viri Josephi Martinelli ex ordine Claustrali Divi Francisci qui Ignatio, ac Societati dicavit Theses illas egregias adversus Bajum, et Jansenium, quas publice propugnavit Romae sub auspiciis Patris Laurentii Ganganelli id temporis Collegii Romani D. Bonaventurae Regentis, Rectoris, et Concertationis literariae Moderatoris, Summi deinceps Ecclesiae Pontificis. In his Thesibus editis titulo *Diatriba Theologica, Historico-Critico-Dogmatica*: Romae typis Joannis Zempel 1743. in fol. plura congerit Martinellius in dicatione vere aurea, et eleganti in Ignatii, et Societatis laudem: et quod praecipuum est, de suo Magistro Ganganellio hoc ait: *Id praeterea* (scilicet quod Ignatio, et Societati dicarentur theses) *postulabat devinctissima Institutoris meis observantia, quam vobis se debere testatur, et profiteri se gestit*.

A

Abad Augustinus natus 14. Jan. 1714. in oppido Estadilla Regni Aragonensis ut habet accuratissimus Catalogus m. s. Provinciae Aragoniae anni 1771: sed Cl. Latassa in tomo 5. bibliothecae novae Scriptorum Aragonensium pag. 159. ait natum fuisse in oppido Almolda. Soc. in Prov. Aragoniae ac. 18. Septem. 1729: v. 4. n. 2. Feb. 1747: Philosophiam, ac Theologiam docuit; et primus fuit renuntiatus Moderator Collegii Nobilium Bilbilitani summo Nationis Hispanae bono recenter erecti. Illum sibi voluit conscientiae arbitrum, ac Consiliarium Marchio Villel Regni Legionensio Prorex: Episcopo Legionensi a consiliis theologicis fuit; et in Dioecesi Turiasonensi Examinator, et in Caesaraugustana Judex Synodalis, ac denique Hispanae Sacrae Inquisitioni a censuris. Post tot praeclara munera luculenter expleta, obiit Ferrariae 1789. Opera = *Compendio de la vida del Doctor Eximio el V. P. Francisco Suarez*(Epitome vitae Eximii Doctoris). Bilbili per Gabrielem de Aguirre 1746. = *Constituciones del Real Seminario Colegio de Nobles de la Purissima Concepcion de Maria etc.* (Statuta sunt pro Nobilium Collegio Bilbilitano) Bilbili per Joachimum Estevan 1761 = *Vida del exemplar Joven D. Ignacio de Loperena* (est vita Ignatii Collegii Nobilium alumni) *Caballero Semina-*

rista en el de nobles de Calatayud. Ibid. 1763 = *Elogio, y Novena de S. Francisco de Borja* (Elogium et novendialia Divi Borgiae a Regibus Lusitanis in Regni Patronum electi) .. *con ocasion de haberle elegido los Fidelisimos Reyes de Portugal por Patrono principal de su Monarquia etc.* Matriti per Viduam Emmanuelis Fernandez 1756. Reliquit etiam in Hispania m. s. omnino perfecta, ac praelo parata haec tria = *Vida del H. Alonso Rodriguez de la Compañia de Jesu* (vita nostri Alphonsi Rodriguez laici) = *Norte moral en el estudio de las ciencias humanas con critica dellas , de sus Autores principales ... y que ninguna facultad humana , ni politica sirve al hombre , si este no sabe en ellas buscar a Dios y lograrlo eternamente* (Agit de scientiis humanis, de ipsarum scriptoribus, et de earum inutilitate , nisi ad Deum referantur) = *Anatomia politico-christiana, que en el libro singular de Justino Febronio descubre, y manifesta su espiritu antimonarchico, destructivo de toda Monarchia, y las particulares injurias qu'e Febronio hace a la Española* (ostendit famosissimum Febronii opus inimicum esse imperio monarchico , et injuriosum praecipuae Hispanae Monarchiae.)

Abad Didacus Joseph in oppido Xiquilpan Novae Hispaniae natus . I. Junii 1727 , Soc. in Provincia Mexicana accessit 24. Julii 1741 ; vota 4. nuncupavit 15. Ang. 1763. Amaeniores litteras , Philosophiam , ac Theologiam in Orbe uovo cum laude professus, ad antiquum actus , obiit Bononiae summo eruditorum moerore pridie Cal. Octob. 1779. Opera . = *Musa Americana* = *Ecloga* 8. *Virgilii hispanice expressa*. Hujus interpretationis aliqui criminibantur Cl. Josephum Antonium Alzate confixisse se Auctorem : Sed Alzateus aliorum eruditione minime egens ab isto plagio se purgavit , et sincere confessus est nostrum Abad fuisse verum Auctorem , sicuti aliarum interpretationum, quae publicae luci datae fuerunt. Novi ex ephemeride Mexicana (Gazeta) : num. 42 : anni 1788. = *Carmen heroicum* (latinum) *indicatione templi Jesuitici Zacatecensis*. = *Dissertatio ludicroseria : Num possit aliquis extra Italiam natus bene latine scribere contra quam Robertus pronuntiat*. 1778. in 8. sine loco. Optimis rationibus , et quod potius est ipso latinissimo stylo Roberti nostri opinionem nimis gloriosam prosternit. In hac disertione se nominat veluti latenter *Jacobus Josephus Labbè*. = *De Deo, Deoque homine heroica . Editio 3. posthuma: ex Auctoris M. SS. auctior, et correctior*. Caesenae per Gregorium Biasini 1780 , cui praemittitur epitome vitae auctoris ab anonymo nostro Mexicano conscripta . Legitur etiam in ea judicium nostri Thomae Serrani de Abadii opere cum elegantissimo endecasylabo in ejusdem commendationem . Duae priores editiones pro cognomine Abad praeferebant illud *Labbe Selenopolitanum* : hoc epitheton fortasse appositum ab Abadio fuit, ut se Mexicanum civem diceret : nanque Urbs Mexicea, valet Urbs *Lunae*. Hoc elegantissimo et doctissimo opere De Deo ab Academia Roboretana lecto illico Auctorem suffragiis universis inter Socios eadem conscripsit , indito nomine *Agiologius*. Reliquit praelo parata: *Nodus intricatior Matheseos solutus, seu ratio composita expedita , et ad Tyronum captum accommodata*. = *Livini Meyer anima minusculo corpore conclusa , seu epitome historiarum Controversiarum de auxiliis*.

Adorno Hinojosa Gundisalvus, nobilissimis genitoribus Caesariani (Xerez de la Frontera) natus 7. Sep. 1751 , Societati accessit in Provincia Baetica 6. Aprilis 1766. Vix primis vitae religiosae fundamentis jactis , cum omnibus Sociis Hispanis praeter Tyrones indictum fuit exilium. Exules sequi Adornus constanter maluit , quam ad paternam domnm redire , neque ejusdem in proposito constantiam labefactare potuerunt neque instantes plurimorum ad remanendum in patria exhortatione, neque census annui Regii privatio, qua mulctandi erant Ty-

rones, qui Sacrae Jesus militiae nuncium non remitterent. Corsicam ergo cum reliquis devectus Algaiolae sacra biennii vota suscepit 7. Aprilis 1768, Calvii, et Arimini litteris humanioribus, ac Philosophiae sedulo incubuit. Neque extincta Societate, ideo, quamvis nulli Ordini sacro addictus, ab studio litterarum cessavit, sed iisdem tam lectione, quam scriptione utilem operam dedit; intentus etiam vehementer plurium Sociorum egestati suis facultatibus levandae. Opera = *Teoria, e pratica di commercio, e di marina*. Romae tomi 2. in 8. typis Vescovi 1793. Est interpretatio partis operis hispanici Hieronymi Uztariz qui de commercio egregie scripsit. Hanc interpretationem adgressus fuerat Gundisalvus Jussu Farbritii Ruffo id temporis Thesaurarii Pontificii, nunc hodie Cardinalis amplissimi = *Dell' importanza, e de pregj delle emfiteusi sostituite all' appalto camerale dello Stato di Castro, e Ducato di Ronciglione*. (De utilitate emphyteusis) Romae per Joan. Zempel 1695. in 8; tacito Auctoris nomine. = *Lettera dogmatica ad un Ecclesiastico Toscano*. (Epistola dogmatica ad Ecclesiasticum Hetruscum) 1789. sine loco = *Della privativa autorità del Sacerdozio Evangelico sugli impedimenti dirimenti ... Lettera ec.* sine loco, nec anno. Ostenditur hac epistola unius esse Ecclesiae impedimenta Matrimonii statuere. = Del *diritto privativo del Clero sulle annate, et decime ... Lettera* etc. sine loco, nec anno. Unius esse Cleri scribit jus de annatis, et decimis = *Dell' origine della immunita del Clero Cattolico, ed ogni altro Sacerdozio creduto dagli Uomini legitimo, e Santo*. Cesaenae 1791. apud Haeredes Biasini in 4. Agit deorigineimmunitatisEcclesiasticaeetc. = *Ricerche sulle diverse maniere di contrarre matrimonio, e sulla indissolubilità di questo tra gli antichi Romani* (Disquisitiones de matrimoniorum varietate, et indisolubilitate apud priscos Romanos) Romae apud Franciscum Bourliè 1807. in 8. Obiit Adornus Viterbii quo ab Urbe erat digressus, postremis Ecclesiae munitus auxiliis 17. Martii 1812. haud exiguo omnium ordinum luctu ob crebra pietatis, ac Religionis exempla ab eodem exhibita.

Aimerich Matthaeus natus in oppido Bordils Dioec. Gerundensis 27. Feb. 1715 Soc. in Prov. Aragoniae ac 27. Sep. 1733. v. 4. n. 15. Aug. 1748. Philosophiam, ac Theologiam docuit; Collegia rexit Barcinonense, Cervariense, ac Gandiense, cujus Universitatis Cancellarius fuit. Matritum Matthaeus anno 1767. advenerat editurus Joannis Mathei Garzon (de quo in loco) opus inscriptum *Idatii Episcopi Chronicon etc.* et historiam naturalem Gotholauniae lingua Provinciali seu Gotholaunica a nostro Petro Gil conscriptam, et ab Matthaeo in linguam Castellanam conversam et ejusdem notis illustratam, cum adactus fuit in Italiam cum reliquis Sociis. Hominum posteritati testatum summopere cupio me Matthaeo nostro solatium maximum debuisse luctuosissima illa nocte diei 31. Martii anni 1767, dum in idem carpentum invecti simul cum Xaverio Ablitas, et Gabriele Bousemart (de quo in loco) bis Provinciae Toletanae Praefecto, qui octogesimum vitae annum compleverat in Carthaginem iter abripimus. Matthaeus noster plurimis sanctissimisque verbis maeroris atrocitatem minuere satagebat, et pro incolumitate, et felicitate Regis orandum nobis vehementer suadebat;quod omnes saepe ex animo fecimus. Opera = *Nomina, et Acta Episcoporum Barcinonensium*. Barcinone per Joa. Nadal 1760. in 4: quae dicavit Auctor Assensio Sales Episcopo Barcinonensi doctissimo, et sanctissimo qui Matthaeum excitarat ad hoc opus aggrediendum = *Prolusiones philosophicae, seu verae et germanae philosophiae effigies*. ibid. per Paulum Nadal. 1756. in 4. quas dicat Episcopo Turiasonensi = *Novum lexicon, historicum et criticum antiquae Romanae litteraturae deperditae, vel latentis, ac Romanorum Eruditorum, qui ea floruerunt ab urbe condita ad Honorii*

Augusti interitum ... accedunt dissertationes, et multa corollaria. Bassani typis Remondinis 1787. in 8. = *Systema antiquo-novum Jesuiticae Philosophiae complectens dialecticam, Physiologiam etc.* Cervariae typis Ibarrae = *Oracion funebre en las exequias, que hizo la Universidad de Cervera, at Illmo, y Rmo D. Narciso Reart, y Queralt Obispo de Avila etc.* (oratio funebris de Episcopo Abulensi). Cervariae jussu, et impensis Universitatis = *Saludables recuerdos de la Santa Mision* (Salutaria monita Missionis). Barcinone per Paulum Nadal, et alibi = *Glorias del grande Precursor de Christo. S. Joan Baustista* (in laudes Praecursoris excurrit). Cervariae per Ibarram: prodiit libellus nomine Matthaei Massanet = *Quinti Moderati Censorini de vita, et morte linguae latinae paradoxa philologica* Ferrariae apud Josephum Rinaldi 1780. in 8. = *Relazione autentica dell' accaduto in Parnasso* (suppresso nomine). Ibid. per Rinaldi 1782: est satis jocosa satyra ad versus Lagarinium Academicum occultum (Comes, Aloysius Vanetti) qui severius aequo Censorinum Moderatum carpserat = *Specimen veteris Romanae litteraturae deperditae, vel adhuc latentis: seu syllabus historicus, et criticus veterum olim notae eruditionis Romanorum a Roma condita ad Honorii Augusti excessum, eorum imprimis quorum opera vel omnino, vel ex parte desiderantur etc.* Ferrariae typis Josephi Rinaldi 1784. 4. Reliquit m. s. = *Oratio latina habita Ferrariae ad Provinciam Aragoniae de studiorum instauratione* = *Oratio latina de praestantia, singulari utilitate, et necessitate jurisprudentiae pro tuenda Republica* = *Tredecim allocutiones latinae habitae Ferrariae ad Sodales*; titulo *iter ad sobriam, et eruditam Sapientiam*, quarum 13. extat in opere *Quinti Moderati Censorini etc.* = *Supplementum speciminis, et novi lexici historici et critici veteris Romanae litteraturae deperditae*. Item reliquit nonnulla alia, quae Matthaei ingenium sagax, profundam eruditionem, assiduam in scribendo, et legendo tenacitatem, et exquisitum in latinitate saporem declarant. Obiit Ferrariae 1799. magna cum pietate, quam semper vivens coluerat.

Alegre Franciscus Xaverius natus in celeberrimo portu Verae Crucis in Nova Hispania 12. Nov. 1729; Societati in Provincia Mexicana accessit 19. Martii 1747: Vota 4. nuncupavit 15. Aug. 1763 Obitis cum laude Societatis muneribus in Nova Hispania, et in his historici Provinciae Mexicanae Jesuiticae partibus Bononiam se contulit, ubi tempus fructuose legendo et scribendo insumpsit usque ad obitum, qui contigit 16 Augusti 1788 eadem in urbe. Opera = *Homeri Illias latino carmine expressa, cui accedit ejusdem Alexandrias, sive de expugnatione Tyri ab Alexandro Macedone libri* 4. Bononiae per Ferdinandum Pisarri 1776: tomis duobus in 8: quos dicat Cardinali Ignatio Boncompagno, Legato Bononiensi Tam Alexandrias quam decem priores libri Illiados excussi fuerant antea Forolivii innumeris vitiati erroribus, partim qui Auctori in tanto numero versuum exciderant, partim qui ex supina Typographi negligentia processerant. Alexandrias, ut Auctor modeste monet, praecox habendus est fructus; illam quippe non plus 20 annis senior condiderat. = *Institutionum Theologicarum etc.* Venetiis per Antonium Zatta 1789: tomis 7 in 8 Extat in primo tomo Auctoris vitae Epitome ab Anonymo Mexicano conscripta: novi ex nostro Amico Petro Marquez, hunc anonymum esse nostrum Emmanuelem Fabri. Nonnullis displicuit praeter alia judicium fortasse audax, quod de quibusdam clarissimis, eximiisque Scriptoribus Noster protulit. Haec m. s. reliquit. *Poematia*, hispana credo, tomis 3 in 4. *Rosaliae Paenitentis lachrimae, Elegis latinis*. *In obitum Francisci Platae Adolescentis Elegiae*. *Batrachomyomachia Homerica latinis versibus expressa*. *Synopsis grammaticae linguae Graecae*. *Tractatus de Gnomica*. *De arte Rhetorica Synopsis*. *Alvari Cardina-*

lis Cienfuegos de vita abscondita synopsis ad Scholae methodum redacta. *De elementis Geometriae lib.* 15. *De Sectionibus Conicis . lib.* 4. *Philosophia novoantiqua*. Tom. 2. in 4. *De constructione, et usu instrumentorum Mathematicorum ex Scriptoribus Bione, et Stone excerpta*. *Bibliotheca critica Scientiarum* tomi 6. in 4. ubi de linguis Grammatica, Rhetorica, Poetica, Dialectica, et Historia: in reliquis tomis reliquae etiam scientiae tractandae erant. *Epitome Historiae Provinciae Mexicanae S. J.* excerpta ex duobus tomis in folio, quos Mexici in expulsione reliquerat. *Boileavii Ars poetica ex gallico hispanice conversa cum notis*. *In* 20. *primos titulos libri primi Decretalium*. *Annotationes* in Azevedum legum Hispanicarum (quas *Recopilacion* dicunt) interpretem. Conciones, responsa, litteraeq. quam plurimae. Tantam, et tam variam Scriptorum vim minime mireris in homine qualis fuit Alegrius maximi ingenii, tenacissimae memoriae, et pertinacis studii.

Ambrogi Antonius Maria Florentiae n. 13. Jun. 1713. Soc. ac. in Prov. Romana 31. Octob. 1729, v. 4. n. 2. Feb. 1747. Romae obiit 1788. Amaenioribus litteris, siquis alius, praeclarissime excultus, eas Rhetoricam scilicet, ac Poeticam Romano in Collegio 30. fere annos summa cum laude docuit. Occupationes litterariae nihil eum detorserunt a quibusvis hominum omni beneficiorum genere juvandis, ac Religioni debitis obsequiis tribuendis. Scripta = Omnia Virgilii opera carmine italico conversa, et una cum latino, subjectisque notis edidit Romae tribus tomis in fol. maximo 1763 ad 1765 sumptus praebente celeberrimo, et ingentis animi Bibliopola Venantio Monaldini, qui neglexit nihil, ut editio et formarum venustate, chartae amplitudine, et expressis imaginibus decorum inter praestantissimas locum haberet. Praeclarissimi duo viri Michael Angelus Giacomelli Pontifici Romano ab epistolis ad Principes, et Benedictus Stay ab epistolis latinis omni litterarum genere excellentes hanc versionem Ambrogii Superiorum jussu expendentes summis eam laudibus cumularunt. Allocutio Ambrogii ad lectorem magna splendet eruditione: in ea dicitur Nicolaum Stigliola S. J. sumpto nomine anagrammatico *Gian Cola Sitillo* lepidum, acutum, et accuratum interpretem fuisse Virgilii in versione inscripta *Virgilio tradotto nel linguaggio popolare Napoletano*. Praemittitur etiam huic magnificae editioni erudita oppido dissertatio Francisci Schmitz S. J. inscripta *P. Virgilii Maronis Bucolica cum Theocriti Idylliis comparata*. Dictae allocutio, dissertatio, et approbationes desiderantur in prima editione Romana in 12. per Generosum Salomoni an. 1758. ad 1762 = *Le Tragedie del Sig. Voltaire adattate ad uso del Teatro Italiano* (Tragaedie Voltairei in usum Theatri Italici accommodatae): tom. 2. in 12: tacito Interpretis nomine; sicuti etiam in reliquis fere operibus. Tragaediae sunt hae *Zaira*: *Mahometus*: *Junius Brutus*: *Caesaris mors*: *Marianna*: *Merops*: *Semiramis*: *Alzira*, que postrema primum seorsus edita fuit Florentiae 1749. apud Andream Bonducci = *In electione Josephi II. Romanorum Regis Oratio*. Romae typis Salomonis 1764. in 4 = *Lettere del Padre Gianjacopo Scheffmacher etc.* Venetiis apud Remondini 1757. Est versio ex gallico nostri Joannis Jacobi Scheffmacher, qui his egregiis litteris haereticos prostravit = *Ragguaglio istorico della vita, virtù, e morte del P. Marcello Francesco Mastrilli* (Narratio historica vitae ... Mastrilli) Florentiae per Joan. Bapt. Stecchi 1749. = *L'Iride, e l'Aurora Boreale etc.* Florentiae 1754. Est versio ex latino nostri Caroli Noceti = *La realtà del progetto di Borgo Fontana* (Consilia Burgofontana). Est versio ex gallico *Le Projet de Bourgofontaine* ab Ambrogio suscepta jussu Clementis XIII; et ad aeternum Jansenistarum vituperium edita fuit Romae, Assisii, Lucae, ac denique Venetiis 1799. per Franciscum Andreola = *Storia del Pelagianismo etc.* Assisii per Octavium Sgariglia 1783 in 8

est versio ex gallica nostri Ludovici Patovillet. Qui notationibus tertium Electricorum librum nostri Mazzolari ornavit, spem nobis aliquam facit Ambrogium Hetrusco carmine redditurum dicta Electrica; et ibi affert elegantem interpretationem italicam, ex latina Mazzolari descriptione celeberrimae Villae Romanae Cardinalis Alexandri Albani.

Amiot J. M. (Josephus Maria) Gallus ex Provincia Lugdunensi ut liquet ex catalogo Provinciae Franciae 1752. ex qua in Sinas transmisit. In opere inscripto *Memoires concernants l' histoire, les sciences, les arts, les moeurs, les usages etc. des Chinois par les missionaires de Pekin* (De historia, scientiis, artibus, moribus etc. Sinensium) quod continet tomos plures in 4; quorum primus editus fuit Parisiis 1797, nisi sit error typorum, plurima extant Nostri Amiot opera: in I. tomo epistola cum subjectis in finem annotationibus ad Societatem Regiam Londinensem, quae Jesuitas Missionarios Sinenses consuluerat de caracteribus Sinicis: incipit a pag. 1775, et data fuit e Pekino 20. Octobris 1764. In eodem I. tomo pag. 325 extat explicatio cum annotationibus carminum Sinensium, quae ipse Imperator condiderat, de expugnatione Regni Eleuthstorum; quam explicationem Amiotus mittit ad Dominum Bertini statûs Negotiorum Summum Galliarum Regi Administrum. Data est epistola e Pekino 4 Oct. 1772: quam explicationem consequitur narratio de transmigratione Tourgouthorum, et alia. In II. tomo edito Parisiis 1777, ni fallunt typi, habetur Nostri Amiot longissima epistola data e Pekino 15. Sep. 1775 hoc titulo *L' antiquite des Chinois prouvee par les monuments*. (Sinensium antiquitas documentis confirmata). Hanc Amioti epistolam consequitur egregia impugnatio errorum et ineptiarum Domini Paw in suo opere *Recherches sur les Egyptiens, et les Chinois*: quae impugnatio inscribitur *Remarques sur un Ecrit de M. P. etc.* quae sine dubio non est Amioti, sed cujusdam Sinensis (credo unum ex illis esse qui in Gallia sua studia confecerunt) et ni fallor, est nostri Jesuitae Co, vel Ko, seu Kao. In III. tomo edito Parisiis 1778 extant elogia cum imaginibus virorum illustrium Sinensium auctore Nostro Amiot titulo *Portraits des Chinois celebres*. Haec elogia consequitur epistola ejusdem Amioti Pekino data 12 Septemb. 1776 de subactis gentibus nomine Miao-tsce a copiis Sinensibus anno 1775. In tomo IV. edito 1779: extat longus tractatus inscriptus (De recenti; et antiqua Sinensium doctrina de pietate filiali) *Doctrine ancienne, et nouvelle des Chinois sur la pietè filial*, quem tractatum, ex pluribus libris Sinensibus excerptum, non solummodo Amiotus sed alii etiam Sodales Missionarii collegerunt. In tomo V. edito Parisiis 1780 extat continuatio elogiorum Illustrium Sinensium (*Portraits des celebres Chinois*) ejusdem Amioti. In tomo VI. edito 1780 extat copiosus ejusdem Amioti liber de *Musica antiqua, et recentiori Sinensium*: hunc excipit *specimen de lapidibus sonantibus in Musica Sinensi*, cujus est Auctor on Amiotus, sed alter Missionarius, nqui non nominatur. Hoc specimen co nsequitur excerptum satis longum epistolae Nostri Amiot e Pekino datae 28 Septemb. 1777, in quo vehementer meritoque vapulant crassiores ineptiae Domini Paw Auctoris operis *Recherches philosophiques sur les Egyptiens, et les Chinois*. Tomus VII. editus Parisis 1782 totus est de arte militari Sinensium, Interprete Nost o Amiot. In tomo VIII. edito Parisiis 1782 extat continuatio elogiorum virorum illustrium Sinensium (*Portraits des celebres Chinois*) ejusdem Amioti; item ejusdem Supplementum ad artem militarem. In tomo IX. edito 1783 extant sex epistolarnm excerpta, adscriptis annis 1780, et 1781. In tomo X. edito 1784 extat continuatio elogiorum illustrium Sinensium auctore Amioto, sicuti ejusdem epistolae excerptum. In tomo XI. edito 1786 extant excerpta trium epistolarum, quarum duae postremae datae

sunt 1784, in earum una dicit se jam absolvisse Confucii vitam. In tomo XII. edito 1786 extat Confucii vita, quam sequuntur tabulae Chronologicae gestorum Confucii, cum tabulis genealogicis ejusdem familiae, Auctore eodem Amioto Post quae venit excerptum epistolae ejusdem datae Pekino 15 October 1785. Amioti sunt in tomo XIII. compendiariae vitae illustrium Discipulorum Confucii, Grammatica linguae Tartaro-Mantchovae, Chronologia historiae generalis Imperii Sinensis compendifacta, et quatuor epistolarum excerpta, quas idem scripsit an. 1786. Ad eundem pertinent In tomo XIV. edito 1789 Introductio, sive isagoge in cognitionem, et notitiam Sinensium, libelli supplices ad Imperatorem Sinensem gallice redditi, et trium epistolarum excerpta. In tomo XV. extant ejusdem septem epistolarum excerpta, quarum una scripta est anno 1789; Scripserat quoque Amiotus Dictionarium Tartaro-Mantchovense, et Gallicum, quod me latet an typis editum sit: Gallicum quoque ille fecit Poemation Sinense de herba The compositum ab Imperatore Kien-Long quod typis edidit Dominus de Guignes Parisiis 1770 = *Observations metereologiques faites a Pekin ... de puis le 1. Januer 1757 jusqu au 31 Dec. 1762 etc.* Extant in tom. XII. inscripto *Memoires de mathematique et de Physiques presentès. a l' Academie Royal des Sciences etc.* Parisiis 1774. Sed ne Dominus Messier debita sibi laude fraudetur, sciendum ipsum in meliorem ordinem redegisse has Amioti observationes = Epistola ad academicum Dominum de l'isle data ex Pekino 4 Sep. 1759: ubi conscribit elogium nostri Gaubil: item alia anno 1752 ad Patrem Allart. Extant in tomo XXVIII sive collectione gallica inscripta *Lettres edifiants etc.* = Neque ideo tantis his studiis eruditorum Europaeorum gratia susceptis illae praetermisit, quin Religioni Christianae conservandae, et amplificandae studium summum adjecerit.

Amman Caesarius Oenipontin. 27 Augusti 1727. Societate ac. in Provinciae Germaniae Superioris 14. Octobris 1744 v. 4 n. 2 Feb. 1762. Obiit 1792. Poeticam, Philosophiam tradidit in Universitate Ingolstadiensi, Matheseos fuit, et linguae Sanctae Professor. Anno 1771. praeerat in Collegio Dilingano Speculae astronomicae, et Musaeo physico. Anno 1773 degebat in Collegio Halensi =. Opera. *Quadrans astronomicus novus descriptus, et examinatus*. Augustae Vindel. sumptibus Viduae Eberhardi Klett. 1770 in 4. Ex allocutione ad Lectorem colligitur iam antea elucubrationes aliquot edidisse astronomicas. = *De lumine, et visione, de determinatio-natione systematis planetarii exercitatio mathematica, respondente Bernardo Merck* (de quo in loco). Ingolstadii 1770 typis Joannis Ferdinandi Lutzenberger in 4.

Andres Joannes, nobili genere natus in oppido Planes Valentini regni 15 Feb. 1740; Soc. in Provincia Aragoniae ac. 24 Dec. (in quodam Catalogo m. s. repugnantibus omnibus editis *Novembrem* lego pro *Decembri*) 1754. Cum Rhetoricam, et Poeticam in Universitate Gandiensi magna cum laude profiteretur, in Italiam cum reliquis Sociis abire coactus, Philosophiam Ferrariae Adolescentes nostros edocuit. Hoc in otio, ut ita dicam, Italico profundum Noster, et acutum a natura ingenium, praestantemque memoriam omni litterarum genere mirifice excoluit. Edidit hactenus summo Eruditorum plausu = *Dissertazione sopra un problema Idrostatico etc.* Mantuae per haeredes Alberti Pazzoni 1775 in 4: approbante, ac sumptus praebente Academia Mantuana, quae anno priori 1774 solvendum proposuerat Hydrostaticum problema de *aquae ascensu*. = *Saggio della Filosofia del Galileo*. (specimen Philosophiae Galilaei) ibid. 1776 in 4 per haeredes Alberti Pazzoni =

Lettera al Sig. Commendatore Fra Gaetano Valenti Gonzaga ... sopra una pretesa cagione del corrompimento del gusto Italiano nel secolo 17 (Epistola de causa, quam nonulli volunt, corruptionis gustus Italici saeculo 17). Cremonae per Laurentium Manini 1776. Versa fuit haec epistola hispanice a Francisco Borrul, uti fertur, et edita Matriti 1780 typis Antonii de Sancha = *Lettera al Sig. Conte Atessandro Murari Brà sopra il rovescio di un meduglione del Museo Bianchini non inteso dal Marchese Maffei* (Epistola qua declaratur pars adversa cujusd. numi non intellecta a Cl. Maffejo). Mantuae per haeredes Alberti Pazzoni 1778 in 4: Reddita hispanice haec epistola vulgata fuit Matriti 1782 typis Antonii Sancha = *Lettera al Nobil Uomo Sig. Marchese Gregorio Filippo Maria Casali Bentivoglio, Paleotti, Senatore di Bologna sopra una dimostrazione del Galilei* (Epistola de quadam Galilaei demonstratione). Ferrariae per Josephum Rinaldi 1779 in 4 = *Catalogo de Codici m ss. di Casa Capilupi di Mantova* (Catalogus Codicum m. ss. familiae Capilupi Mantuanae). Mantuae in 8 apud Societatem ad Appollinem 1797. = *Lettera sopra l'origine, e le vicende dell' arte d'insegnare a parlare i sordi, e muti* (Epistola de origine, et fortuna artis docendi loqui mutos surdos). Viennae Austriae: Venetiis etiam, 1793 per Joan. Andreas Foglierini in 8, ac Neapoli = *Viaje de Viena* (agit Auctor de suo in Viennam Austriae itinere). Matriti in 8 per Sancha 1794; editum etiam fuit italice interprete doctore Brera: atque etiam germanice Viennae, nescio quo interprete. = *Dissertazione sopra le cagioni della scarezza de' progressi delle scienze in questo tempo* (Dissertatio de causis exigui incrementi Scientiarum hac nostra aetate). Ferrariae per Josephum Rimaldi 1779; et Matriti 1783 typis Regiis hispanice reddita ab ejus Germano Fratre Carolo Andres, viro Clarissimo, et nunc Senatore Regio. = *Dissertazione sull' episodio degli amori d' Enea e Didone introdotto da Virgilio nell' Eneide* (Dissertatio de amoribus Didonis, et Aeneae) Caesenae perhaeredes Biasini 1788; et Matriti anno eodem facta hispanica ab eodem Carolo = *Lettera ... al Sig. Ab. Giacomo Morelli sopra alcuni Codici delle Biblioteche Capitolari di Novara, e di Vercelli* (Epistola de nonnullis Codicibus bibliothecarum Capitularium Novariae, et Vercellarum). Parmae ex typog. Regia 1802 in 8. = *Cartas a su Hermano D. Carlos Andres en que le comunica varias noticias literarias* (Epistolae ad germanum Fratrem Carolum de variis novitatibus litterariis) Valentiae per Josephum de Orga 1800 in 8 quas ni fallor, germanicas reddidit N. N. Schmid, et edidit Veimariae 1792 = *Cartas familiares del Ab. D. Juan Andres asu Hermano D. Carlos etc.* Matriti per laudatum Sancha 1791 ad 1793: tomis V. in 12. His in epistolis narrat Joannes fratri Carolo suas per Italiam peregrinationes, quas ut vir egregie eruditus instituerat, plurima monumenta ad litterarum, bonarumque artium illustrationem oculo sagaci observaturus = *Dell' origine, de' progressi, e dello stato attuale d'ogni letteratura etc.* tomis VII. in 4. Parmae ex typog. Regia 1782 ad 1799. Venet. quoque ac Neapoli recuditur idem opus: de cujus praestantia tum in scientiis explicandis tum in amaena, elegantique scribendi facilitate multa magnifice protulere Memoriae Encyclopedicae Bononienses 1782, mense Octobri, num. 29: Novitates litterariae Florentinae, 1782, num. 47: Ephemerides Romanae litaerariae 1783 num. 1. Mirantur omnes hominis Hispani in scribendo Hetrusce nitorem, proprietatem, atque elegantiam; adeo ut Antonius Loschi vir oppido eruditus, et sagax hoc in argumento judex non dubitaverit in admonitione praemissa editioni Venetae hujus nostri Joannis operis de *Scientiarum origine etc.* asserere Joannem in controversia, quae illi cum Tiraboschio fuit (quantus ille vir!) et nitore, et elegantia sermonis plusquam Tiraboschium

Hetruscum se ostendere. = *Antonii Agustini Archiepiscopi Tarraconensis Epistolae latinae, et italicae nunc primum editae a Joanne Andresio*. Parmae typis Aloysii Mussi 1804 in 8. Est quasi prodromus, qui Augustini epistolas praecurrit, in quo noster et de Augustino, et de viris iis, ad quos epistolas ille misit, tractat eleganter, docte, et exquisito judicio. Eruditi omnes avide exoptant harum epistolarum quam primum promissum faciat. Angelus Fabroni, Auctor eruditus, et elegans vitarum illustrium Italorum, dicat nostro Joanni Andres vitam Pauli Segneri, quae extat in tomo XV. dicti operis. Hoc anno 1814 mense Julio degit noster Neapoli Regiae Bibliothecae Praefectus. Haec nostri opera tantam illi, tamque diffusam eruditionis famam pepercre, ut anno 1799 Aula Austriaca Viennensis illum praefecerit scholis omnibus Accademiae Ticinensis, moderatoremque omnium studiorum constituerit, ut praesens remedium tot malis a Magistris prioribus allatis praeberet: quod illustre munus extero homini commissum ingentia ejusdem merita apertissime ostendit. Aula etiam Hispanica jussit publicam novam erigi Scholam in Lycaeo Matritensi Regio S. Isidori pro interpretando, et explicando in usum Juventutis Joannis opere *De scientiarum origine etc.* Tacui varias nostri Epistolas, quae extant in aliis Scriptorum libris, veluti est illa *de Arabum Musica* in opere erudito nostri Toderini inscripto *Letteratura Turca*; sicuti etiam nonnulla poemata, et opuscula quae noster ediderat in Hispania ante exilium Italicum.

Apfaltrer Leopoldus nobilissima familia natus in villa, seu oppido Grunhof ditionis paternae in Carniola 16 Oct. 1731 Accessit Societati in Prov. Austriae 1. Nov. 1747 v. 4 n. 2 Feb. 1765. Plures annos disciplinas mathematicas docuit usque ad an. 1773. Op. = *De Motu Rhumbi conici*. Clageufurti 1772: Ex opere inscripto *Das gelehrte Oesterreich* edito Viennae 1777 tom. I. (Austria crudita, sive docta) ex quo constat typo statim edendam dissertationem de *depressione fornicis super incumbas* (Abhandlung vom Drucke der Gewolber auf ihre Seitenmaver). Dissertationem etiam germanicam scripsit de aptitudine pratorum seminandorum in Carinthia, quae praemio affecta fuit anno 1766 a Societate georgica Carinthiae. Aliam etiam germanice edidit continentem tabulas compositas mensurarum antiquarum Carinthiae, et earumdem pretium cum tabulis novarum mensurarum Austriae et pretio ipsarum.

Aponte Emmanuel ex Provincia Philippinarum ad quam ex Toletana transmiserat an. 1755; natus Orospidae ad Extrema Durii. In Universitate Regia Manilana fuit juris Canonici Professor Regius. Vir est graece doctissimus, quem celebris Schola Bononiensis suffragiis omnibus publicum sibi linguae graecae professorem creavit. Non exigua Aponti nostro laus venit a Clotilde Tambroni Bonononiensi, quam ille graecis litteris, ita instituerit, ut eadem Academia Bononiensis Clotildem eodem docendi munere decorarit. Illustri constantiae, et probitatis exemplo tam Magister, quam Discipula non exiguam Gymnasii mercedem, et ipsam urbem Bononiensem deserverunt, ne cogerentur odium in Monarchias jurare, uti contendebant pestiferi homines illi recentis Reipublicae Gallicanae. In Hispaniam ambo se receperunt, unde iterum in Italiam remearunt, secundo exilio Italico Exjesuitis indicto. Op. = *Elementi della lingua greca divisi in 14 lezioni per uso della scuola Bolognese*. Bononiae ex typograph. D. Thomae Aquinatis 1802 in 8. In praefatione ad Juventutem litterarum graecarum studiosam ait haec sua elementa epitomem esse grammaticae rationibus suffultae (*grammatica ragionata*) quam in lucem edere meditatur. Noster convertit etiam hispanice Homeri poemata, quae reor adhuc remanere inedita: Degit hoc anno 1814 Bononiae.

Arena Philippus Platiae in Sicilia n. 1 Maii 1708, Soc. ac 14 Nov. 1723 v.

3 n. 15 Aug. 1741. Opera = *Opticarum* quaestionum dissertatio 1. *de lumine*. Panormi apud Franciscum Ferrer 1754. 4 = tomus II. ibid. per Josephum Gramigna 1754. 4: ex *Opuscoli di Autori Siciliani*. = *La natura de' fiori Fisicamente esposta etc.* (natura Florum ad Physicae regulas explicata) tom. I. Panormi per Angelum Felicella 1767 in 4 = Tomus II. Cosmopoli (Panormum reor) 1771 in 4 Icones florum tomum 3 conficiunt totius operis Botanici, in quo Arena Botanices apprimè peritum se ostendit: Hoc opus vulgavit Arena nomine germani fratris Ignatii Canonici Platiensis, ut novi ex nostris Siculis, maxime ex Josepho Weber = *Physicae quaestiones praecipuae*. Romae in 4; quas quidemab Ephemeridum Romanarum Scriptore impugnatas scripto novo defendit Arena = *Selecta problemata ex 1 geometriae practicae parte, quae est Longimetria et Altimetria etc.* Panormi apud Ferrer. 1757. 4, ex *Opuscoli di Autori Siciliani* = *Dissertatio geographica de dimensione, et figura Telluris*. Panormi per Francisci Ferrer. 1757. 4. Ex *Opuscoli di Autori Siciliani*. Obiit exul Romae post Societatis extinctionem. Professus fuerat Panormi mathematicas disciplinas.

Arevalo Faustinus in oppido Campanario ad extrema Durii (Estremadura) n. 29 Jul. 1747, Soc. ac. in Provincia Castellana 24 September 1761. In otio Italico optimis studiis excolendis egregium quo pollet ingenium constanter adhibuit eo felicissimo successu, ut minime multi, absit invidia verbo, possint cum homine eruditissimo conferri. Amplissimus Cardinalis Lorenzana Arevalum sibi voluit Romae fere contubernalem, et moriens eum constituit supremae suae voluntatis exequendae curatorem. Pius VII, quem non magis inclytae res gestae, quam invictum animi robur in aerumnis fortiter tolerandis, Pont. ter Maximum reddit, Arevalum monitis Cardinalis dellaSomaglia dissertissimiSacri Parnassi latini cultoris novo, et illustri munere *Hymnographi* Pontificii decoravit. Juvat latinum reddere epistolium italicum laudati Eminentissimi ad Arevalum datum e Seminario Romano 18 Nov. 1800 *Cardinalis della Somaglia, Vicarius Domini Nostri exploratas habens singulares animi dotes Vestrae Reverentiae, et egregiam de rebus sacris, ac liturgicis eruditionem, retulit Suae Sanctitati magno fore emolumento Sac. Rituum Congregationi, cujus Cardinalis scribens est Praefectus, si Vestrae Reverentiae imponeretur novum, sed utilissimum munus Hymnographi ejusdem Congregationis, officiis, et impensis, quae deinceps nota V. Reverentiae faciet Praelatus a secretis dictae Congregationis. Probato ergo consilio a S. Sanctitate Cardinalis Praefectus magna animi voluptate certiorem facit V. Reverentiam de hac approbatione adeo honorifica erga Vestram dignissimam personam, cui se studio singulari concredit Julius Maria Cardinalis della Somaglia Praefectus.* (Il Cardinale della Somaglia Vicario di N. S. conoscendo i rari talenti di V. Riverenza etc.) Praeter hunc novum, singularemque honorem, affectus fuit etiam Arevalus ob praeclaram theologicam eruditionem amplissimo illo Theologi Pontificii, seu Paenitentiariae ut vocant. Cum enim Alphonsus Noster Muzzarelli Pio VII a consiliis Theologicis jussus esset Pontificem in Galliam deportatum sequi, Cardinalis de Pietro in doctrinis Theologicis Princeps, facultate Pontificia fultus Arevalum Theologum Pontificium designavit, ne res Ecclesiasticae Romanae aliquid detrimenti subirent. Itaque uno, eodemque tempore, et Muzzarellius in Gallia, et Arevalus Romae hoc praeclarum munus obibant. Relatus quoque fuit Arevalus in Censorum Academiae Religionis Catholicae ordinem. Arevali opera = *Hymnodia Hispanica ad cantus, latinitatis, metrique leges revocata; et aucta. Praemittitur dissertatio de hymnis Ecclesiasticis, eorumque correctione atque optima constitutione. Accedit appendix 1. de festo conversionis Gothorum instituendo. 2. Breviarii Quignonani fata. 3. Censura hy-*

nnorum Santolii Victorini . Romae ex typographia Salomoniana 1786 in 4. Dicat Auctor opus Ecclesiae Hispanae = *Dracontii Poetae Christiani Saeculi V. Carmina ex M. SS. Vaticanis duplo auctiora iis , quae adhuc prodierunt etc.* 1791 apud Antonium Fulgoni. Dicat Auctor opus Cardinali Francisco Antonio de Lorenzana ejusdem Mecaenati gratiosissimo = *C. Vetii Aquilini Juvenci Presbyteri Hyspani Historiae Evangelicae* lib. 4 Romae 1792 apud Antonium Fulgoni in 4 = *M. Aurelii Clementis Prudentii V. C. Carmina ad optimas quasque editiones et M. SS. Codices Romanos , aliosque recognita , et correcta glossis Isonis Magistri etc.* tom. II. in 4 Romae apud Antonium Fulgonium. Tomus I. 1788; II. 1789 quos dicat Auctor Pio VI. Pont. Max. = *S. Isidori Hispalensis Episcopi Hispaniarum Doctoris Opera omnia denuo correcta , et aucta etc.* tom. VII. in 4 , Auctoritate , et impensis Cardinalis de Lorenzana: Romae typis Antonii Fulgonii. Tomus I. et II. 1797; qui toti sunt in exponendis S. Isidori gestis , libris apocryphis , et falsis a probatis , et veris secernendis , sexcentisque aliis ad Isidorum illustrandum per opportunis. Tomus III. 1798, et ab hoc incipiunt S. Isidori opera. Tomus IV. 1801 . Tomus V , et VI. 1802. Tomus VII. 1803 , et dicatur Ludovico Borbonio Cardinali , et Archiepiscopo Toletano . = *Caelii Sedulii opera omnia etc.* Romae 1794 in 4 , quae dicantur laudato Cardinali de Lorenzana . = *Laudatio funebris Eminentissimi Domini Cardinalis Francisci Antonii de Lorenzana decreta communibus suffragiis Academicorum Religionis Catholicae recitata VII. Id. Jul.* 1804 *etc.* Romae eodem anno , et typis ejusdem Academiae. Edendum quoque quam accuratissime Arevalus curavit *Missale Gothicum secundum Regulam S. Isidori*. Romae 1804 fol., apud Antonium Fulgoni. Dicat Arevalus opus Cardinali Ludovico Borbonio Archiepiscopo Toletano . Arevali quoque sunt tres Lectiones secundi Nocturni, tres etiam orationes Missae in honorem Beati Francisci de Hieronymo Soc. Jesu Professi, et Neapoli demortui 1716, quem Pius VII. Pontifex M. in Beatorum album adscripsit 1806. Ex laudatis operibus maximam Arevalus apud Eruditos sibi gloriam comparavit , quorum una , consentiensque vox est Arevalum in his Auctoribus illustrandis priores Interpretes fere inutiles reddidisse, posterioribusque , si qui venturi sint , spei parum reliquisse novi aliquid conficiendi.

Asclepi Josephus Maria nobili genere Maceratae n. 21 Ap. 1706 Soc. ac. in Prov. Romana 1 Jul. 1721 v. 4 nunc. 15 Aug. 1739 Romae obiit 21 Jul. 1776 multis editis singularis pietatis exemplis. Litteris humanioribus , et Philosophia traditis , Mathesin continenter per annos 13 in Collegio Romano usque ad Societatis extinctionem magna cum opinione docuit . Edidit . = *De nova , ac facili methodo elevandi Mercurium in tubis ad altitudinem consueta majorem ... Epistola* . Romae per Generosum Salomoni 1767 in 4. Deprehendit Asclepius aerem subtilissimum nemini antea notum , in atmosphaera terrestri , qui vetri poros permeat , et pervadit , et rationem excogitavit poros occludendi, ne aditus concedatur huic aeri subtilissimo = *Tentamen novae de odoribus theoriae*. Senis 1749 = *Lettera d'un Matematico al Sig. Conte N. N. sopra l'oriuolo oltramontano etc.* (Epistola de horologio Transalpino) Senis 1750 in 4 = *De Veneris per Solem transitu Exercitatio Astronomica habita in Collegio Romano ... anno* 1761. Romae typis Generosi Salomoni in 4 = *De motu gravium rectilineo in medio non resistente ... Exercitatio Mecanica habita in Coll. Romano* 1762 . Romae typis Joannis Generosi Salomoni in 4: sine Asclepi nomine = *De motu gravium rectilineo in medio resistente*. Ibidem 1763 = *De Cometarum motu Exercitatio Astronomica habita in Coll Romano* 1770. Ibidem: sine Asclepii nomine = *Addenda ad exercitationem de Cometarum motu*. Ibid. 1770 = *De apparente objecto-*

rum distantia, *et magnitudine Exercitatio Optica habita in Coll. Rom.* 1769. Ibidem sine Asclepi nomine = *De aequilibrio* I. *Aeris cum Mercurio in tubo suspensivo* II. *Aeris cum Mercurio in Barometro* III. *Fluidorum in vasis quiescentium Exercitatio aereo hydrostatica habita in Coll. Rom.* 1771. Ibidem sine Asclepi nomine = *Solis defectus observatus in Coll. Romano ... die* 1 *Aprilis* 1764. Ibidem 1764 = *De menstrua Solis paralaxi Senis observata anno* 1764. Romae per Salomoni 1764 = *De objectivi micrometri usu in Planetarum diametris metiendis*. Ibidem 1765 = *De annua fixarum aberratione*. Ibidem 1768 = *Nuova proprietà delle potenze de numeri*. (Nova potentiarum numerorum proprietas detecta). Extat in tomo IV. operis inscripti *Miscellanea di varia letteratura*; Lucae per Josephum Rocchi 1765 in 12 = *Osservazioni intorno alla declinazione della calamita etc.* (Observationes de Magnetis declinatione) Extant in II. tomo operis inscripti *Gli atti dell' Accademia delle scienze di Siena detta De Fisiocritici*. Senis apud Bonetti 1763. Suspicor nonnullas dissertationes, quas laudo verbo *Romanum Collegium*, Asclepii labores esse. Adeat Lector Bibliothecam Picenam auctore Cl. Philippo Vecchietti: tom. I.

Avesani Joachimus Veronae n. 5 Sep. 1741, Soc. ac. in Prov. Veneta 12 Oct. 1756 Theologiae addiscendae operam dabat in Collegio Mantuano an. 1772. Op. = *Saggio di Poesie etc.* Parmae 1797 per Fratres Gozzi in 8 (specimen poeticum) Specimen hoc continet poemation de gryllorum aucupio cum cantione in qua defletur cujusdam grylli mors; quae duo bis antea fuerant edita. Continet etiam nunquam antea editas metamorphoses hac inscriptione *Le metamorfosi Poemetto in tre canti*; nihil lepidius, nihil magis ingeniosum facile leges. Ovidianis ni multum fallor nihil invident hae metamorphoses nostri egregii Poetae Avesani, qui etiam in his ludicris minime immemor fuit defendendae divinae veritatis diluvii generalis contra nimis deliros philosophos, quos irridet in tertio cantico. Elegantissimo Auctori hoc unum polliceri possumus magno Musas desiderio teneri, ut quam primum reliqua poemata, tum Latina, tum Hetrusca, quae m.ss. latent, in publicam lucem effundat. Multam quoque sibi laudem Avesanus peperit ex illo maximo in juventutem praecipue beneficio, quod poema Orlandi Furentis Auctore Ludovico Areosti emendaverit, purgaveritque, resectis omnino obscaenis; et eorum loco suffectis carminibus aliis Areosti elegantiam ita imitantibus, ut Areostum canere putes. Nondum hanc editionem vidi.

Avogadro Joan. Andreas, ex Patritia, Senatoriaque familia Venetiis n. 2. Nov. 1735, Societati in Provincia Veneta accessit 15 Oct. 1752, vota 4 nuncupavit 2 Februarii 1769. Summus Ecclesiae Catholicae Caput immortalis Pius Sextus proborum, clarorumque virorum justus aestimator Joannem Andream exctinta Societate licet reluctantem Episcopum Veronensem renuntiavit, Senatu ipso Veneto non mediocriter plaudente. Veronensem ergo Sedem tot titulis illustrem novis ornamentis Noster decoravit; Qua pietatis exemplis qua publicis concionibus, Scriptis etiam populum Veronensem optimus Pastor docuit atque pavit summo animorum fructu. Sed cum Jesu Societas a Pio VII. P. M. postulante Ferdinando Borbonio IV. in utramque Siciliam invecta fuisset, illico Praesul Illustrissimus Episcopali dignitate se exuit, ut iterum vestem Jesuiticam indueret, Neapolim que se contulit fere dicam invito imortali Pio VII, ut liquet ex suis Apostolicis litteris, quas hic lubet exscribere. Venerabilis Frater, Salutem, et Apostolicam Benedictionem. Litteras tuas die octava mensis proxime elapsi ad nos datas accepimus; iis tamen respondere ad hoc usque tempus distulimus, quod nullo modo adduci poteramus, ut tibi Veronensem Episcopatum dimittere cupienti obsequeremur. Tanto enim cum gregis tibi commissi bono, tantaque cum

tui nominis laude Veronensem hactenus Ecclesiam rexisti, ut illam te sui pastore destitui Nos pati omnino non posse videremur. In vocatione igitur, qua vocatus eras, permanendum tibi esse rebamur. At petitiones tuae adeo vehementi studio iteratae animum denique nostrum pervicerunt. Quapropter, aegre tamen, fereque invite, veniam tibi damus, ut Episcopatu Veronensi cedere possis, ita tamen ut, ut Ecclesiam, a qua brevi te abdicaturus es, Deo jugiter commendes, quo laetos illos bonorum operum fructus edere pergat, quos te illam administrante, edidit. Paternaeque charitatis affectu te, Venerabilis Frater, complectentes, apostolicam tibi Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Majorem die 17 Augusti 1805. Pontificatus nostri anno sexto Dominicus Testa. Neapoli paulo post cum caeteris Jesuitis decreto Josephi Bonaparte pulsus, in Urbem se recepit. E Roma in Viennam Austriae honorificentissime invitatus in templo nationis Italicae conciones quadragesimales habuit anno 1807 magna eloquentiae sacrae opinione. Ita munere Oratoris sacri egregie perfunctus, Romam eodem anno repetens et confessionibus excipiendis, et concionibus perorandis impigre venerabilis Illustrissimus Senex mirante, et plaudente populo Romano totas suas vires adhibebat; donec coactus fuit Venetias migrare, ubi degit hoc anno 1814 En tanti viri aliquot scripta = *Omelie di Monsignor Gio. Andrea Avogadro* (Homilia Praesulis etc.): tomi duo. Veronae apud haeredes Carattoni 1795 in 8. Homiliae his duobus tomis contentae sunt numero 12, quarum nullam dices alterà praestantiorem. Elucet enim in unaquaque earum invicta popularis eloquentia, qua Auditores a vitiis deterret, et ad virtutem allicit. Egregia orationis divisio, grata, et utilis argumenti novitas, acris pravorum hominum, maxime incredulorum insectatio, et ampla divinorum librorum cognitio magnum Oratorem Illustrissimum Praesulem luculenter praedicant. Utinam plura, quae secum habet, in ss. elaborata, in vulgus edere cogitaret. Magnum nobis ex illis pollicemur, si edantur, splendorem eloquentiae Sacrae accessurum, haud sine magno pietatis incremento. Praeter homilias contentas in duobus tomis laudatis sunt quoque editae sequentes = *Omelia ... detta nel Cattedrale di Bergamo all' occasione delle solenni feste, in onore de' Santi Alessandro, Fermo, Rustico, e Procolo etc.* Bergami typis Ignatii Duci 1799 in 4 Hujus argumentum est populum ab impietate, et luxu deterrere = *Omelia ... indirizzata a Parrochi della Città e sua diocesi li 13 Giugno* 1797. Veronae per Haeredes Carattoni eodem anno. In 4. Totus est in vera explicanda libertate, aequalitate, et Populi imperio = *Lettera pastorale* ... cui adjuncta est *Nel fausto ingresso delle truppe di S. M. Imperatore e Re Francesco II. al possesso di Verona Omelia*, Veronae perhaeredes Carattoni 1798 in 4. Cives monet ad obediendum Recenti Domino = *Omelia ... all' occasione d' avere solennemente benedetti i nuovi militari vessilli del popolo Veronese* (Homilia in benedizione novorum militarium vexillorum Populi Veronensis) Veronae per haeredes Carattoni 1797 in 4 = *Sentimenti di affettuoso ringraziamento all' altissimo etc.* Veronae per haeredes Carattoni 1799. Populum Veronensem hortatur ad gratias Deo agendas pro extincto imperio democratico = *Epistola Pastoralis* : ibidem in 4 1790 Stylo egregie latino monet populum de sua in Episcopum electione, et ad animorum concordiam hortatur = *Lettera pastorale*: ibid. 1790 in 4 Omnes ordines Urbis Veronensis ad propria munera recte exequenda allicit.

Ayala Sebastianus nobilibus Genitoribus natus Ennae in Sicilia (Castrogiovanni): 28 Feb. 1744 Soc. in Provincia Siciliae ac. 12 Maii 1759; ex qua expulsa Societate in Austriam se contulit et in Collegio Theresiano degebat an. 1772. Post creatus fuit Reipublicae Ragusinae apud Imperatorem Legatus. Edi-

dit gallica lingua aliquot libros adversus incredulos, qui quidem saepe laudantur ab Auctoribus Ephemeridum Romanarum. = *De la liberte, et de l'egalité des hommes, et des Citoyens avec des considerations sur quelques nouveaux dogmes politiques* (De libertate, et aequalitate hominum etc.)8 Ticini 1793 per Balthasarem Comino in 8; et dicitur esse editio omnino consentiens primae editioni Vindobonensi. Italice conversum editum fuit Viennae, Taurini, in Insubria, ut asserit Auctor operis *Giornale Ec. di Roma*, tomo 8. Idem Ayala a scriptoribus Bibliothecae Brittanicae gallice conscriptae Numero 219, edito Genevae laudatur ut editor operum posthumorum celeberrimi poetae Metastasii, et ut auctor ejusdem Poetae vitae quae edita fuerunt Viennae 1802 typis Alberti. Eadem Bibliotheca laudato numero affert Ayalae quasdam observationes in memoriam quandam sive dissertationem, qua insulse, falsoque dicebatur Martinum Behaim Norimbergensem Americam ante Columbum reperisse. Observare oportet nostrum Sebastianum non *Ayala* sed *Ayaba* per errorem vocari in dicta Bibliotheca.

Azevedo Emmanuel nobilissimis genitoribus Conimbricae n. 15 Dec. 1713 ut habent Catalogi Provinciae Romanae; non vero 25 ut habet Barbosa Machado in Bibliotheca Lusitana; Soc. ac. 1 Nov. 1728 (Barbosa habet 19 November) v. 4 n. 2 Feb. 1747 Cum tyro esset idem instructionem scripsit de examine conscientiae ad Tyronum usum, quae tyrocinii Moderatoribus adeo placuit, ut illico ipsorum jussu typis ederetur in Tyrocinii Eborensis, et Ulyssiponensis usum. In Collegio Ulyssiponensi S. Antonii litteras humaniores professus est, et tunc drama latinum composuit qnod publice actum fuit spectatore Rege Joanne V. Eborae cum Rhetoricam traderet, conclusiones, ut dicunt seu exercitationes publicas habuit typis editas, quae 48 paginas in folio continebant de Poesi Latina, Graeca, Italica, Hispanica, et Lusitanica, quibus in linguis plaudentibus omnibus exercitatissimum se ostendit. Romam vocatus a Praeposito Generali, magnam sibi et ab ingenio, et ab eruditione opinionem comparavit: plurimique habitus fuit a Benedicto XIV, cujus doctissimi Pontificis operum Azevedus novam editionem magis correctam 12 voluminibus paravit, quibus eruditam praefationem praemisit. Idem Pontifex Socium Academiae historiae Eclesiasticae et Liturgiae, quae in Palatio Pontificio habebatur, illum designavit; itemque Consultorem, Sacrorum Rituum ut vocant, creavit, quod honorificum munus Pontifex decrevit, ut semper apud Societatem J. maneret, initio sumpto ab Azevedo, litteris suis Apostolicis datis Romae apud S. Mariam Majorem 24 Aprilis 1748, quarum in Azevedi honorem verba non poenitebit excribere; Quia Azevedus, ait doctissimus Pontifex, *non solum in quam plurimis, sive colligendis, sive adornandis, atque in lucem edendis aliorum insignium virorum operibus de rebus liturgicis plenissime tractantibus, sed in antedictis etiam nostris voluminibus, aliisque a nobis compositis in unum veluti corpus e 12, et amplius tomis constans cogendis, et quam castigatissime, splendidissimeque hic Romae recudendis maxime intentus, atque in ejusdem SS. Rituum Congregationis negotiis accurate expediendis versatus, et instructus, primum hujusmodi locum quodam veluti merito sibi merito debitum vindicat*. His ergo muneribus haud exiguae molis occupatus non tamen de fovenda in aliis pietate abstinuit. Praeses quippe destinatus Sodalitati Deiparae ab Angelo salutatae in Collegio Romano erectae illam optime rexit et suo effecit studio, ut piissimi Reges Hispaniae Ferdinandus VI, et Maria Barbara in dictam Sodalitatem adscriberentur. Opera = *Directorio para o exame geral, e particular da concienciais dos religiosos de Companhia de Jesus*. Coniumbricae; est istructio ille quam dixi, ab Azevedo tyrone composita quod opusculum a

nescio quo latine factum, italice conversum fuit ab Anonymo titulo *Prattica dell' esame della coscienza etc.* Venetiis 1781 per Antonium Zatta, et est editio 4 = *Poeticae facultatis Amphiteatrum, in qua omnigenae eruditionis spectacula politioribus exhibentur*. Eborae typis academicis 1740 in fol. (In Barbosa legitur 1710; ob errorem typorum). Continet spectacula septem, in quibus omnium poematum condendorum ratio, ordo et structura perspicue tractantur ea eruditionis copia, et exemplorum usu, nullus ut videatur illustris fuisse Poeta, quem Azevedus non legerit. Subjiciuntur theses politioris litteraturae explanandae ab ejusdem discipulo Joanne Texeira de Carvalho. = *De orthographia commentarius in gratiam eorum, qui SS. D. N. Benedicti XIV. opera recensent*. Romae per Nicolaum Palearini 1747 in 4: de quo opere Acta Lipsiensia 1755 = *Privilegia a SS. D. N. Benedicto XIV. P. O. M. concessa Hispaniae, et Lusitaniae pro animabus in Purgatorio detentis*. Romae per Generosum Salomoni 1748. fol. Dicat opus Mariae Barbarae Lusitanae Hispaniarum Reginae = *De Catholicae Ecclesiae pietate erga animas in Purgatorio degentes*. Ibidem Dicat opus Benedicto XIV: sunt duo libri, at secundus est versio ex hispanico Alphonsi Vazquez de Miranda Ordinis B. Mariae Virginis de Mercede. Hujus operis fructus haud exiguus fuit, siquidem Benedictus XIV. regnis Lusitaniae concessit. ut in die Commemorationis Defunctorum quilibet Sacerdos tres missas celebrare posset = *Epistola encyclica etc.* ibid. in 12: in qua de statu beatificationis Alphonsi Henriquez primi, Lusitaniae Regis, agit = *Exercitationes Liturgice in singulos dies distributae etc.* Ibid. 1750; quas dicat Reginae Mariae Barbarae = *Ilias in nuce, sive Historia apparitionis, et miraculorum B. Virginis de Lapa* ibid. 1751, quam dicat Benedicto XIV. = *Venetae urbis Descriptio* (sumpto nomine ab Arcadia Romana sibi imposito *Nicandri Iassei*). Venetiis per Zatta 1780 in 8. Continet libros 12 culto, et eleganti heroico carmine; in librum 7 inseritur carmen elegiacum nostri Lagomarsini de *aleae Romanae ratione* = *Synopsis vitae Vener. Patris Alexandri Guzmaon*: extat in opere ejusdem Guzmani inscriptum *Compendium perfectionis religiosae*, cujus editionem curavit Azevedus Venetiis per Zatta 1783, et dicavit Cardinali Alexandro Mattei ex Ducibus Jovii, Archiepiscopo Ferrariensi = *Synopsis totius operis de Servorum Dei beatificatione, et Beatorum Canonizatione Benedicti XIV.* Romae 1749 = *Synopsis doctrinae de SS. Missae Sacrificio a SS. D. N. Benedicto XIV. P. O. M. tam in nono operum volumine, quam in aliis sparsim traditae*. ibid. = *Fasti Antoniani libris 6 comprehensi*. Venetiis apud Dominicum Fracasso 1789 in 8: Est secunda editio aucta, et emendata quam dicat Friderico Giovanelli Venetiarum Patriarchae. Res gestas D. Antonii versu elegiaco canit. Mira profecto fuit nostri Azevedo elegans in pangendis carminibus facilitas; quae in his Fastis continentur numero sunt amplius 6738; quae, prodigium certe, intra duos menses composuit. Iidem Fasti iterum Venetiis 1793 per Sebastianum Valle, libris 12; unde prioribus est anteferenda, cui extat in fine subjectum compendium vitae S. Antonii italice ab eodem Azevedo compositum = *Heroum libri 4. Ad Heroas epistolae*. Lovanii (ita typos Italicos latere voluit) 1789 in 8, quos dicat amplissimo viro Alexandro Potemkin Copiarum Catharinae II. Maximae Augustae Russiarum Imperatricis Imperatori Summo, ac felicissimo. Quatuor librorum argumentum est Tyronum Hispanorum constantia, quam heroico carmine extollit. Libros 4 excipiunt Epistolae ad Heroas numero 25 versu elegiaco fere omnes, intermixtis nonnullis poematiis, ut illud versu heroico ad effigiem Catharinae Augustae. Praeclarae sunt omnes; et in 15 plura sunt de varia Azevedi fortuna. Pagina 133 ait se edidisse librum *Epigrammata selecta heroica ex Hetrusca lingua in la-*

tinam versa; quem nondum vidi: Etiam in annotatione ad Epistolam 17 ait se edidisse *Artem poeticam*. Venetiis apud haeredes Constantini 1781: tomis duobus. Uno verbo de toto opere dicam esse eximium, tum ex carminis praestantia; tum ex eruditione jucunda iudicis, et aunotationum. Lego etiam laudari *Catalogum eruditum reliquiarum Sanctorum, quas ad Regem Lusitaniae misit*, in fol. sicuti *Opuscula philosophica*; reor tamen esse illas theses, qnas laudavi in *Poeticae facultatis Amphitheatro*. = *Dignità, e doveri del Sacerdozio, discorso congratulatorio etc.* Venetiis 1792 typis Sebastiani Valle in 8; quam orationem congratulatoriam de dignitate, et officii Sacerdotis dicat Auctor Federico Mariae Giovanelli, Venetorum Patriarchae. Extant iu fine nonnulla Poematia latina ejusdem Azevedi, Emmanuelis de Sampayo, Aloysii Gonzalvez Rhethoricae olim Professoris in Universitate Conimbricensi, Josephi Motta, Canonici Vadensis, et Episcopi Vadensis Theologi Synodalis, et Augustini de Figuereido, Provicarii generalis, et Canonici Urbaniensis; qui omnes Exjesuitae Lusitani sunt. Barbosa Machado scribit nostrum editionem curavisse Sannazarii de *Virginis partu* adjectis ab eodem argumentis iteratam Conimbricae 1733; editionem etiam *Pomarii latinitatis* nostri Francisci Pomey Conimbricae; et manuscriptam habere vitam S. Theotonii; et XII. tomos in fol. de rebus Liturgicis. Illud profecto verum est Azevedum magnam partem habuisse in editione Romana operum Benedicti XIV, quae sex millibus additamentis, et correctionibus illustravit; ob quae, et alia officia praestita ab Azevedo dignatus fuit Benedictus XIV. brevibus litteris ad ejus Genitorem Josephum missis 1750 ita de filio Emmanuele loqui: *Pater Emmanuel de Azevedo S. J. religiosus quem summopere diligimus, tum propter morum probitatem, tum propter Sacrarum rerum scientiam, et demum ob continuos quibus premitur, labores in nostris operibus praelo dandis etc.* Nondum vidi *Orationem funebrem*, quam habuit Venetiis in obitu Serenissimi Ducis Venetiarum de qua verba faciunt Ephemerides politicae (Gazzeta) anni 1789 ante mensem Aprilem ut memini; nescioque an typis vulgata fuerit. Edidit etiam Azevedus italice vitam S. Antonii Patavini, quae adeo probata fuit Patribus Conventualibus, ut in Capitulo Provinciali habito Patavii Azevedum sibi Ordinis Socium adjungerent, et suffragiis illum omnibus, indulgentiis, gratiis vivum, et mortuum prosequi decernerent. Edita fuit Venetiis 1788; ast Azevedus initio *Fastorum* monet se uti suam habere tantum editionem secundam tam *Vitae* quam *Fastorum*. Non possum non mirari nullum hactenus fuisse Socium Lusitanum, cum et tanti sint, ingenio, judicio, eruditione, et stili elegantia praestantes, qui sui conterranei Azevedi vitam conscripserit; quid vitam dixi? nullo, quod sciam Egregius clarissimusque vir Azevedus elogio sepulcrali honestatus est. Donec ergo aliquis me doctior, et eruditior huic operi se accingat, ego interea hoc perbreve tanti viri exuvias lapidi tegenti inscribam epitaphion:

Azevede tibi nulla est inscriptio Sacra:
Plurima quòd scribens, scribere pauca timet.

B

Barotti Laurentius Ferrariae n. 20 Dec. 1724, Soc. in Provincia Veneta ac 18 Oct. 1740, v. 4 n. 2 Feb. 1758. Egregius Concionator, qui una cum nostro Roberti lectiones sacras ad populum Bononiensem habebat. Extincta Societate Patriam revisit opus a suo Genitore inchoatum de *Scriptoribus Ferrariensibus* absoluturus, uti asserit Joannes Bap. Roberti in quodam Hendecasyllabo, quo Barottium exornat. Edidit lectiones sacras tomis duobus in 4: item tria poematia de *phisica* unum, *de Fontibus* alterum, et tertium de potu Caffe. *La*

Fisica (Physica) Ferrariae per Josephum Barbieri 1654 in 4: praecessit editio Bononiensis: utraque editio sine nomine = Il *Caffè Canti due* (Faba arabica) Parmae ex typographeo Regio 1781; extant in fine nonnullae per breves annotationes. Illud vero de fontibus nondum vidi. Laudationem quoqne texuit nostri Alexandri Zorzi cum pulcra inscriptione latina; et extant in prodromo Encyclopedie Italicae = *Serie de Vescovi, et Arcivescovi di Ferrara*. Ferrariae 1781 in 4 per Franciscum Pomatelli.

Barrnel Augustinus de, nätus Villanovae Helviorum (Villeneuve del Vivarais) anno 1741 Soc. ac. in Provincia Tolosana, ex qua post decursus sex annos, in Germaniam saeviente in Gallia contra Jesuitas procella se recepit, et Provinciae Bohemiae S. J. se adjnnxit; et revera Catalogus dictae Provinciae an. 1772 Barruelinm sibi Socium recenset, et tunc temporis hospitem dicit in Collegio Theresiano Viennensi. Extincta Societate Londinum transmisit, ubi sicut caeteri Galli patriae, et Religionis studiosi commodo, et liberali hospitio a generosa natione Anglicana fnit acceptus. Aderat Principi Regiae de Conty in pauperibns stipe sublevandis. Pacatis aliquomodo turbulentissimis Galliae motibus in eandem se restituit, et degit in fallor Parisiis hoc anno 1814. Haec sunt Viri ingenio, eruditione, et styli nitore clarissimi Scripta = *Collection Ecclesiastique, ou recueil complet des ouvrages faites depuis l' ouverture des Etats generaux relativement au Clerge, a sa constitution civile, decretee par l' assemblee National, sanctionée par le Roi*. Parisiis apud Grapart 1791 ad 1793. sunt tomi 12 in 8. Immortalem Ecclesiae Gallicanae gloriam Barruelius hac Ecclesiastica collectione comparavit, in qua plurimorum Episcoporum et Praesbyterorum Galliae egregia scripta robore Apostolico plena continentur contra iniquas Comitiorum generalium adversus Ecclesiam leges. Barruelius ex suo nonnulla etiam habet = *Memoires pour servir a l' histoire du Jacobinisme* (Monumenta profutura historiae Jacobinismi scribendae) tomi 4 in 8: I. II. et III. Hamburgi apud Fauche 1798. tomus IV. Londini ex typographico gallico apud Philippum Boussonnier etc. 1798: formae hujus tomi IV. eaedem mihi videntur, atque illae priorum tomorum. Opus insigne, valdeque necessarium ad jugulandos factiosos istos, quos Jacobinos vocant si Reges imperium, si Populi religionem, ac bonam legum constitutionem servata velint = *Abrege des memoires pour servir a l'histoire di Jacobinisme* (Epitome praecedentis operis). Londini apud Philippum Le Boussonnier 1799 tomo uno: praecedunt observationes quaedam quibus Noster confutat invicte Anglum hominem nomine Griffith, qui in opere *Monthly Review* (instructio, sive Examen menstruum) dixerat Barruelium demonstrasse optime Jacobinos conjurasse contra Aras, sed non ita bene, conjurasse contra thronos. Fortasse Griffithus Jacobinorum studiosus, illorum contra Reges odium velare satagebat. Ejusdem compendii est alia editio quae dicitur Hambnrgensis per Fauche an. 1800; in cujus II tomo sub finem extat egregium excerptum ex monnmentis Dominae La Ferte Imbaut = *Histoire du Clergé de France pendant la revolution, ou abregé historique de la persecution, des massacres, et de l' exil du Clergè François*. Londini: deinceps Ferrariae 1794 tom. II. in 8 = *A dissertation on Ecclesiastical Jurisdiction in the Catholich*. (De jurisdictione Ecclesiastica in Ecclesia Catholica Church). Londini per J. P. Cochlan 1794 in 8. Est versio ex gallico, a nescio quo facta, et a Barruelio approbata = *Les vrais principes sur le Mariage opposes au rapport de M. Durand de Maillanne* (Vera principia, et dogmata de matrimonio contraria narrationi Domini Durand) Parisiis 1790 apud Crapart = *Lettres sur le divorce a un deputee de l' Assemblee National, par l' Abbe Barruel, ou refutation d' un ouvrage ayant pour titre: Du*

Divorce. Parisiis 1790. (De Divortio Epistolae) = *Quaestion nationale sur l'autorite, et sur les droits du peuple*. Parisiis apud Crapart 1791. 12 (de auctoritate, et juribus Populorum) = *Histoire civile, politique et religiose de Pie VI. ecrite sur des memoires authentiques par un François catholique*. Avenione in 8 cum pag. 390: sine anno, sine nomine Auctoris, quem Barruelium fuisse asserit Franciscus Beccattini Auctor *Storia della Vita di Pio VI.* Venetiis 1802 in tomo IV. lib. 14 pag. 209 = *Les Eclipses Poeme en six Chants*. Parisiis apud Valade 1779. Est versio ex latino poemate nostri Boscovichii, quod in hac editione simul cum gallico editum est = *Quaestion decisive sur les pouvoirs, ou la juridicion des nouveaux Pasteurs*. Parisiis apud Ccapart 1791 in 12 (De potestate, et jurisdictione recentium Episcoporum) = *Resolution de cas de conscience que fait naitre le serment civile en France, ou reponse a ceux qui demandent, si l'on peut faire, ou non le serment exigee*. (Praestandum ne sit juramentum civile?) Parisiis 1790 = *De la Religion dans les revolutions*; egregium opusculum quo nervose, et eleganter discessionis gallicae auctores perstingit, et Eclesiasticorum virorum reprehendit negligentiam in suis muneribus rite obeunet et in religione defendenda. Sine loco nec anno; licet in fine legitur auctoris cognomen *Barruel* in 8 = *Della Condotta tenuta dal Papa nelle presenti circostanze di Francia* (De ratione, qua se. Papa praestitit in tumultibus gallicis) in 8 sine loco, nec anno, et tacito interpretis nomine qui cum sua versione una edi simul curavit gallicum exemplar Barruellis contentum in suo opere *Journal Ecclesiastique* = *L'Evangile, et le Clerge François sur la soumission des Pasteurs dans les revolutions des Empires*. Hoc opusculum laudatur ab Auctore *Annales Philosophiques, morales, et litteraires, ou suite des annales Catholiques, tome troisieme. Parisiis apud Le Clere* 1801 Responsionem esse reor ad oppugnatorem operis Barruellani jam laudati *Resolution du cas de conscience etc.* = *Un Lettre de l'Abbe Barruel a l'auteur anonyme d'un lettre sur l'ouvrage intitulè Du Pape, et de ses droits religieuses a l'occation du Concordat*. Extat in *Annales Litteraires, et morales*. Tome IV. Parisiis apud Adrianum Le Clere 1806, haec epistola in qua Anonymum oppugnatorem operis Barruelani *Du Pape etc.* solita sua vi, et rationum nervo omnino prosternit = *Storia del Clero in tempo della rivoluzione Francese etc.* cum notis, et appendice. (Historia Cleri Galli tempore tumultus Gallici). Romae 1794 tomi III. in 8 per Zempel. Est versio laudati operis *Histoire du Clergè de France etc.* suscepta a Julio Alvisini di Farfa Rectore Collegii Graecorum Romae, et theologiae Doctore, qui in operis dicatione alloquens Pium VI. vocat Barruelis opus *plenum judicio, veritate ac Religione*. Eodem anno edita fuit Ferrariae 1794 tomis duobus in 8 alia interpretatio Italica, cujus Auctorem nescio = *Journal Ecclesiastique* (Ephemeride Ecclesiasticae) Parisiis furente seditione = *Les Helviennes, ou lettres Provinciales Philosophiques*. Amstaelodami, et vaeneunt Parisiis apud Briand 1789: tomi V. in 12. Est saltem 4 editio. = *L'Elviennesi, o sia lettere Provinciali Filosofiche etc.* tomi VI. in 8 Venetiis apud Franciscum Andreola 1801. Est versio ex praecedentis. Continet Epistolas 76, quibus noster ita irridet et perstringit Incredulos, ut summam eorum ignominiam oculis omnium nudam patefaciat. Praecessit alia interpretatio Neapolitana sed quae, latet me qua de causa, caepta, sed non pecfecta fuit = *Du Pape, et de ses droits religieux a l'occasion du Concordat*. Parisiis 1803, et Venetiis apud Franciscum Andreola 1804 tomi II. in 8. Priorem editionem Parisiensem non vidi = *Sal Papa, ed i suoi diritti religiosi etc.* Genuae ex typographia Delle-Piane 1803 tomi II. in 8. Est versio praecedentis nescio a quo suscepta de Sacris Pontificis juribus.

Bartoli Vincentius nobili genere n. Florentiae 6 Oct. 1739, Soc. ac. in Prov. Romana 11 Nov. 1753. Theologiam audiebat in annum 3 in Collegio Romano 1770; post extinctam Societatem Canonicus renuntiatus fuit Ecclesiae Metropolitanae Florentinae; sed cum scripto edito Epistolam Pastoralem Episcopi Pistoriensis cultum SS. Cordis Jesu reprehendentem confutavisset, relegatus fuit in Alverniae montem; ab hoc exilio liber, cum non cessassent in Vincentium vexationes Etruriam reliquit, et Recinetum adiit: ibique Canonicatu dimisso, piae S. Philippi Nerii Congregationi se addixit = *Lettera del Sig. G. F. Paroco in Milano ad un suo Amico della Città di N. intorno a due Pastorali di Mons. Vescovo di Pistoja* in 4 sine auctoris nomine, nec loci, nec typographi. Corrigit Pistorienses errores erga jejunium quadragesimale, et cultum SS. Cordis Jesu = *I miei dubbj, o siano 33 riflessioni etc.*, non vidi hoc opus, sed audio Asculi in Picenis fuisse editum, et idem argumentum egregie tractare = *Triduo in preparazione alla festa del SS. Cuore di Gesù*. Piobbico (nescio quod oppidum sit) 1791 apud Aurelium Vagnarelli in 18 = *Istoria di quanto e accaduto dai 22 Luglio 1782 al Canonico Vincenzo Bartoli*. Vexationes illas narrat, quas initio indicavimus. Extat in opere inscripto *Supplemento al Giornale Ecclesiastico di Roma. Quint. 5 ai mesi di Settembre ed Ottobre*. 1796 pag. 413.

Belgrado Jacobus Utini nobili loco natus 16 Nov. 1704 Soc. in Provincia Veneta ac. 16 (alicubi lego 15 sed minus bene) Oct. 1723 v. 4 n. 2 Feb. 1741 (alicubi lego 42); illustre sibi apud Physicos, et Mathematicos nomen comparavit. Ferdinandus VI. Hispaniarum Rex illum invitavit, ut Matriti Mathesin doceret, et Cosmographum Regium ageret. Philipus Borbonius Dux Parmae primus illum anno 1750 splendidissimo decreto destinavit Theologum, et Regiae suae Uxoris a confessionibus, et Mathematicum Aulicum. Anno insequenti 1751 illum etiam sibi conscientiae moderatorem voluit publice coram Aulicis testatus Belgradum omnibus aliis sibi esse fideliorem amicum, quia Ducem amoverat a promulganda quadam lege, qua populi in ruinam erant praecipitandi. Anno 1752 Comes fuit eidem Parmae Duci Regiae in itinere Lutetiam versus. Anno 1769 praeerat Collegio Bononiensi S. Luciae maximo nostrae juventutis bono, quam suis, et pietatis religiosae, et pertinacis in studendo laboris illustribus exemplis vehementer inflammavit. Testis ego oculatus sum, quantos Nostra florentissima Juventus Itala Rectore Belgrado, et ad virtutem, et ad scientias gradus praeclarissimos faceret. Sed quo res humanae defluunt! Vexationes Felsineae de repente erumpunt, quas ut Belgradus sedaret, earum Auctorem et oravit, et admonuit; sed non alio fructu, quam ut ipse aetate gravis, de litteris optime meritus, Europae Academiis ob suas scripta notissimus, Principibus carus in vincula publica conjiceretur, et deinceps in exilium expellitur. Mutinam ergo noster petiit, ubi a Principibus Mutinensibus honores plurimos habuit, et paulo post extincta Societate, Franciscus III. Mutinensium Dux ad Cathedram Physices occupandam Belgradum invitat, ille vero gratiis tanto Benefactori actis in Patriam Utinensem revertitur. Ibi anno 1777 egregium accepit a Ferdinando I. Borbonio Parmae duce beneficium. Memor ergo benificentissimus Regius Princeps veteris suae in Belgradum benevolentiae illum titulo *Comitis* a posteris etiam fruendo decoravit magnis elogiis in eum effusis. Obiit in Patria 26 Martii 1789. Carolus Belgrado Primicerius Utinensis vitam nostri conscripsit titulo *Commentario della della vita, e dell' opere dell' Abate Conte Jacobo Belgrado*. Parmae 1795; quam dicat laudato Duci Regio Parmae Ferdinando I. Borbonio. Ejusdem quoque vitam eleganti sermone latino conscripsit Clar. Angelus Fabroni et extat in tomo

XVII. *Vitae Italorum etc.* Opera = *Jacobi Bellogradi S. I. ad V. Cl. Marchionem Scipionem Maffei Epistolae 4 de rebus physicis, et antiquis monumentis sub Retina recens inventis*. Venetiis typis Joan. Baptistae Pasquali 1749 in 12 = *Fenomeni elettrici coi corolari da lor dedotti, e con i fonti di ciò, che rende malagevole la ricerca del principio elettrico* (Phenomena electrica cum corollariis ab iisdem deductis etc.) Parmae cujus Regio Duci Philippo I. dicatur opus, 1749 apud Rosati in 4 = *Della riflessione de' corpi dall' acqua e della diminuzione della mole de' sassi nei torrenti, e ne' fiumi, dissertationi due* (Due dissertationes: prima de refflexione corporum ex aqua; et de molis saxorum in fluminibus diminutione altera,) Parmae typis Ducalibus 1753 in 4 = *De analyteos vulgaris usu in re physica*. Vol. primum. Parmae per haeredes Monti 1761 in 4 quod dicat Ferdinando I. Borbonio Parmae Duci = *De Analiseos* (quod erat volumen alterum operis prioris) *infinitorum usu in re physica*. Ibidem 1762 quod opus adeo placuit Mathematicis Gallis, ut Belgradum in Academiam Parisiensem coaptarent. = *Dell' esistenza di Dio da teoremi geometrici dimostrata*. Utini 1777 typis fratrum Gallici (= Dei existentia demonstrata per theoremata geometrica) = *Dall' esistenza nel nostro mondo d' una sola specie d' esseri ragionevoli, e liberi s' arguisce l' esistenza di Dio* (Deducitur existentia Dei ex existentia unius speciei rationalis, et liberae in hoc mundo). Utini 1782 typis fratrum Gallici. Sumpto nomine *Uranii Amfrissi* edidit carmen Italicum in laudem Francisci Terri, Comitis de Sissa, quod extat in collectione Abbatis Frugoni; alterum in Canonizatione S. Francisci Regis: carmina latina in laudem D. Thomae Aquinatis: brevem dissertationem de terraemotu, qui contigit Parmae 1738, cui magnam accessionem deinceps fecit: = *Acroatin historicam, et criticam ad disciplinam mechanicam, nauticam, geographicam* Parmae typis Gozzi 1741: *Acroatin criticam ad Hydrostaticam*. Parm. apud Rosati 1742 = *Sulle sensazioni del freddo, e del caldo, dissertazione*. Parmae 1764 typis Carmignani. = *Dell' azione del caso nell' invenzioni dissertazione* simul cum alia *Dell' influsso degli astri nei corpi terrestri* (quid sors valeat in inventis; et de astrorum influxu in corpora terrestria) Patavii 1761 = *Il trono di Nettuno*: Est dissertatio edita Caesenae per Biasini 1766 et alibi, de antiquitatibus Urbis Ravennae = Dissertatio italico sermone *de variolae inoculatione* = Dissertatio latina *Cochlea Archimedis*, quam Belgradus ipse excogitavit. Parmae typis Carmignani = Debetur Belgrado opusculorum complexio inscripta *Raccolta sul motto dell' acque, il corso de' fiumi, e l' architettura idraulica*. Parmae 1767 Volumina septem in 4; in hac complexione nostri propria sunt et praefatio primi voluminis, et una dissertatio in 7°. = *Gratulatio Emo, ac Rmo Cardinali Jo. Francisco Barbadico Patavinam Sedem ineunti*: Patavii typis Conzatti 1723 quae ni fallor edita fuit nomine ejus germani Fratris Francisci. Decimum nonum vitae annum agebat Jacobus cum hanc splendidissimam Orationem edidit = *De altitudine Atmosphaerae aestimandae Critica dissertatio*. Parmae per Rosati. 1743 = *De Phialis vitreis ex minimi silicis casu dissilientibus. Acroasis*. Patavii typis Seminarii. 1747 = *De vita B. Torelli Puppiensis Ordinis Vallumbrosani commentarius*. Patavii typis Semin. 1755 = *De corporibus elasticis Disquisitio Physico-Mathematica*. Parmae typis Monti 1747 = *Observatio Solis defectus, et Lunae*. Parmae typis Rosati 1748 = *Epistolae duae, una de crassitie laterum veterum* data Pisis 1749: *altera de inscriptione Militari Basis Ariminensis*. Extant *in Symbolis litterariis Antonii Francisci Gorii* = *Observatio defectus Lunae habita* die 30 Jul. 1757 = *Observatio* (alia) *defectus Lunae*. Parmae 1761 = *Della rapidità delle idee. Dissertazione* (De idearum velocitate) Mutinae per Montana-

ri 1770 = *Della proporzione tra i talenti dell' uomo, e i loro usi*. *Dissertazione* (De convenientia indolis hominum cum ejusdem usu) Patavii apud Conzatti 1773 = *De telluris Viriditate dissertatio*. Utini apud Gallici 1777 = *Del Sole bisognevole di alimento, e del Oceano abile a procacciarglielo*. *Dissertazione Fisico-Matematica* (De Sole nutrimentum cupienti, et de Occeano illud praebente) Ferrariae apud Barbieri = *Della Architettura Egiziana dissertazione*. Parmae typis Regiis 1786 quam jussit Ferdinandus I. Parmensis suis magnificis formis vulgari. Haec m ss. reliquit, quatuor sermones de vinculis S. Joannis Baptistae, et Apostolorum Petri, et Pauli = De aeternitate Dei, et Beatorum in caelis = Vitam Italico Sermone Patris Fulcherii de Spilimbergo Martyris Societatis Jesu ex hispana quam Pater Lucas ejusdem Societatis conscripsit = invictam profundamque apologiam operis jam laudati *dell' esistenza di Dio da teoremi geometrici dimostrata* contra quendam reprehensorem, et alia.

Benvenuti Carolus Ligurni (Livorno) n. 8 Feb. 1716 Soc. in Prov. Romana ac. 14 Nov. 1732. v. 4. n. 2 Feb. 1750 Philosophiam, ac Mathematicas in Collegio Romano tradidit; et jussu Benedicti XIV. in Emmanuelis Azevedo locum fuit suffectus in moderanda Schola Liturgica, quam ipse Pontifex erexerat. Ab Almadae minis sibi metuens Romam deseruit, et in Varsaviam se recepit, ubi optime habitus fuit a Polonorum Rege, qui iam pridem Carolum Theologum suum declararat: Ibi obiit 1789 = *De lumine dissertatio physica*. Romae per Antonium de Rubeis 1754 in 4 = *Synopsis physicae generalis*. Ibid. omnino = *Elementi di Geometria del Sig. Clairaut*. Romae typis Generosi Salomoni 1751 in 8 tacito nomine = *Oratio latine* in funere Ludovici Ancajani 1743 = *Cristo presentato al Tempio*: Est poemation Italicum. Fulginiae 1743 Cl. Angelus Fabronius in vita latina Boscovichi vocat Carolum *magni ingenii*, *magnae que doctrinae hominem*.

Berthier Guillelmus Franciscus Issolduni in Bituricensi Provincia n. 7 Apr. 1704, Soc. ac. 1722 in Provincia Franciae v. 4 n. Obiit Biturygibus 15 Dec. 1782. Litteris humanioribus, Philosophia ac Theologia cum laude traditis eum Superiores praefecerunt anno 1745 Memoriis Trevoltianis dirigendis, quam praefecturam retinuit, ad annum 1762, quo expulsa fuit e Galliis Societas. Hoc in munere incredibile dictu quot noster lites sustinuerit cum aliis eruditis Scriptoribus, maxime cum iis qui male de religione Christiana sentirent. Encyclopedistas Parisienses e quibus non pauci uti Alembertius, Diderotius etc. neque moribus, neque Religioni suis maledicis scriptis parcebant, omnino prostravit. Berthieri oppugnatores isti victas tandem manus dedere; et ipse quoque a bello cessavit, eo tamen pacto quod nihil contra religionem, et probitatem vulgarent. Episcopis plurimis, et maxime Christophoro Beaumontio Archiepiscopo Parisiensi suis scriptis, et consiliis plurimum inserviit. Expulsa e Galliis Societate, quam Berthierius uti parentem amantissimam deperibat, Cancellarius Regni Galliae Lamoignonus illum hortatus est vehementer, ut Memorias Trivoltianas continuaret oblato honorario annuo 1500 librarum, et honestissimo domicilio in aedibus bibliothecae Regiae: sed noster nimis recens a vulnere animo perculsus honorificam conditionem exilio jusso postposuit. Deinceps cum Galliae Delphinus magna illum contentione invitaret, ut Bibliothecae Regie Parisiensi praeesset, non potuit quin tanti Principis dicto audiens fuerit. Imperatrix quoque Maria Theresia eidem Praefecturam bibliothecae Mediolanensis detulit; sed Bertherius re coram Deo deliberata, gratias Imperatrici reddidit, quin munus acceptaret. In ejus obitu Episcopus Bituricensis et Canonicorum Collegium, sepulturae locum in

Cathedrali decreverunt, et iidem officia pro defuncto solemniter obierunt. Sepulcrali lapidi, qui tam praeclari viri exuvias recondit, inscriptum fuit hoc elogium a Brothier, de quo in loco, conscriptum quod in lectoris gratiam hic appono

E P I T A P H I U M

Deo Immortali Sacrum

Hic jacet = Guillelmus Franciscus Berthier = Sacerdos patria Issoldunus = Societatem J. ingressus = Anno 1722 = Vitam egit morum candore virtutum splendore = Tuendae religionis studio = Litterarum, et doctrinae fama = Clarissimam = Bibliothecae regiae Custos = Institutioni Ludovici XVI = Regis Christianissimi = Additus anno 1762 = In Aula vixit modeste et religiose = Suprema vitae tempora = Uni Deo, et Christianae pietatis = Charitatisque officiis impendit = Annos aeternos = Assidua meditatione reputans = Obiit die 15 Decembris anno 1782 = Aetatis suae 78 = Civis optimus hoc in templo = Cum publico urbis luctu = Ex decreto Capituli = Tumulatus est = Virtutis exemplum, et incitamentum.

Beati mortui qui in Domino moriuntur. *Apoc. XIV.* 13.

Opera Berthieri = *Les Pseaume straduits en François avec des notes, et des reflexions* (Psalmi gallice conversi cum notis, et meditationibus) tomi VIII. in 12 Parisiis apud Merigot juniorem 1785 et est prima editio, quam aliae secutae sunt. Praemittitur I.° tomo praefatio utilissima de vita et gestis Berthieri. De hac gallica Psalmorum interpretatione luculentum judicium profert elegans, eruditus, ac Religiosus Scriptor operis inscripti *Melanges de philosophie d' histoire, de morale, et litterature etc.* in tomo IV. Parisiis 1708 apud Adrianum Le Clere, ad quem lectorem mitto = *Isaie traduit en François avec des notes et des reflexions etc.* (Isaias gallice conversus cum notis, et meditationibus) Parisiis apud Merigot Juniorem 1788 ad 1789 tomi V. in 12. Opus praestantissimum, sive pietatem, sive eruditionem, sive adversus incredulos robur quaeras. Doctor Sorbonicus Asselinus qui approbat hoc opus posthumum, demortuum auctorem, cui erant inutiles assentationes, laudat a pietate, ab ardore summo religionis defendendae, ab animi, ingeniique dotibus, et ab omnigena eruditione. Porzia noster reddebat italicos hos Berthieri labores. *Histoire de l' Eglise Gallicane:* (Historia Ecclesiae Gallicanae) tomi VI. scilicet 13 ad decimoctavum. Parisiis 1745 ad 1749, quibus continuavit historiam caeptam a nostro Longueval, continuatam a Fontenay, et a Brumoi de quibus in loco. Noster Berthcrius illam duxit ad annum 1559. In memoriis denique Trivoltianis ab anno 1745 ad 1762, quo tempore fuit illarum Director, seu Praefectus, plures extant ejus elucubrationes: juvat tantum nominare brevissimum responsum (Memoriae Trivoltianae 1759 mense Februario) quo falsissimum esse testatur se probavisse opus pestilens inscriptum *L' Esprit*, antequam ederetur, uti mendaciter asseverabatur in quodam libello, seu folio. = *Anti-Contract Social, ou refutation du Contract Social de Rouseau par le P. G. F. Berthier* (Anticontractus Socialis contra Rousseau) Parisiis 1789 in 12. Ex catalogo Bibliot. Card. Garampii = *Observation sur le Contrat Social de J. J. Rousseau*. Parisis apud Merigot Juniorem. Opus posthumum, cui Editor anonymus edidit ex suo caput quartum: Reor esse idem opus, ac *Anti-contract* supra laudatum = *Reflexions spirituelles* Volum. 5 Parisiis 1790 apud Merigot. Meditationes sunt egregiae in Evangelia, quas Auctor Operis *Giornale Ec. di Roma* in tomo quatuor Supplementi eximie laudat. = *De Principum educatione*; sermone gallico; m ss quod nescitur ubi lateat.

Bettinelli Xaverius Mantuae n. 18 Julii 1718, Soc. in Prov. Veneta ac. 15

Octob. 1736 v. 4 n. 15 Aug. 1751. In Universitate Mutinensi Professor erat eloquentiae exeunte an. 1772. Scripturam interpretatus fuerat in Collegio Veronensi, et Mutinensium Duci fuit a secretis litterarum amaeniorum. Inter Arcades Romanos adscitus, nomen sibi sumpsit *Diodori Delfici*. Nonnulli Bettinellio probro vertunt quod infensissimi nominis Christiani hostis Sophistae Volterii amicitiam coluerit; sed compertissimum habeo ita se amice eum homine gessisse, probabili saltem spe ductum illum a suis iniquis erroribus ad veritatem Christianam traducendi. Sed cum Philosophastri pertinacia a spe concepta Betinellium depulisset, totum se ab amicitia hujusmodi hominis avertit, nullasque litteras deinceps dedit, ut gravissime testatur Vir Cl. Hieronymus Murari in oratione Academica, quae extat in opere *Prose, e Versi etc.* Vir Bettinellius fuit acuto, et amaenissimo ingenio multa eruditione perpolito, qui Musas etiam Senex amicas habuit; tam soluta, quam ligata Oratione perplurima eleganter scripsit, quae omnia primum seorsum edita, optimo consilio ut scriptorum durationi consuleret, in unum corpus collegit simul cum nonnullis ineditis, in vulgus que protulit tomis XXIV. Obiit Bettinellius Mantuae 1805. Bettinellio e vivis erepto Arcades Coloniae Virgilianae Mantuanae Musas tum Italas, tum latinas, tum Gallicas comiter invitarunt, ut carminibus ejusdem memoriam celebrarent, quae typis edita fuerunt Mantuae 1805 titulo *Prose, e Poesie in morte del Cavaliere Saverio Bettinelli etc.* Pares Mantuanis honores Bettinellio exhibuit Arcadia Romana; sed adhuc non sunt typis editi. En brevissimum Indiculum rerum, quas singuli tomi continent. = *Opere edite, ed inete in prosa, ed in versi etc.*: secunda editio correctior, et amplior. Venetiis apud Adolphum Cesare 1800 tomi XXIV. in 8. Tomus I. et II. continent copiosam praefationem, introductionem, et discursus de homine secundum sacrum librum *Genesis* explicato. Tomus III. et IV. *Dell' entusiasmo delle belle arti* (de animi ardore ad pulcras artes) cum allocutione ad Juventutem Italam. Tomus V. et VI. *Dialoghi de amore*; sub finem Petrarca debitis laudibus exornatur. Tomus VII. *il Risorgimento d' Italia negli studii, nelle arti etc.* (De studiis et artibus Italiae restitutis) quae tractatio plurimi ab Eruditis habetur: in eodem argumento versantur tomi VIII. IX., et X. Tomus XI. *Delle lettere e delle arti Mantovane, discorsi due*: (De litteris, et artibus Mantuanis) cum dissertatione an poesis politicam juvet: Tomus XII. *Lettere di Virgilio agli Arcadi*; (Virgilii epistolae Arcadibus) quae apud Eruditos magnum locum obtinent. Tomus XIII. *Lettere 20 d' una Dama ad una sua amica sulle belle arti*; (De ingenuis artibus epistolae foeminae nobilis ad aliam). In tomis XIV, et XV. continentur Epistolae ad Amicam. Poemata quoque Italica, oppido venusta continentur in tomo XVI. atque Oratio de poesi Italica. Alia etiam poemata aeque venusta continet tomus XVII, in his eminet *le raccolte* (Collectiones ex variis Poetis carminum, quas merito irridet). Tomus XVIII. continet dissertationem de poesi, et plura epigrammata (Sonetti). In tomo XIX. leguntur Auctoris epistolae ad varios, et tragaediae *Xerses*, et *Jonathas*. In tomo XX. extant Tragaediae *Demetrius*, et *Roma servata*, et laudatio Jesuitae Granelli. Tomus XXII. praeter varia poemata continet specimen de vita, et scriptis Matthaei Bossae. Tomis XXIII, et XXIV. disseritur de eloquentia tum in genere, tum sacra. In operibus Clar. Joan. Baptistae Comitis Roberti (de quo in loco) tomo XII. editionis Bassanensis 1797 extat Bettinelli epistola ad Comitem Tiberium Roberti de tragaedia inedita *Adonias* a Joanne Baptista Comite Roberti composita: laudat etiam Tragicos poetas Jesuitas Patrem Poggi versus annum 1730, et Giupponi, quorum tragaediae aetae sunt Bononiae, sed nescit Bettinellius an fuerint editae. Laudat etiam hos recentio-

res, quorum tragaediae typis vulgatae sunt, Palazzi: Scotti: Bondi: Sanseverini: Berlendis: et Rubbi.

Billons Franciscus Josephus Des. nobili genere in Castello Novo natus 8 Januarii 1711. Alibi lego natum fuisse Duni Regii modicae Biturigum urbis; et consentiunt Memoriae Trivoltienses ann. 1747, mense Junio, Billonsii patriam asserentes fuisse *Dun le Roi*, quibus major fides est adhibenda; fortasse est idem duplici nomine locus. Societati accessit in Prov. Franciae 22 Sep. 1727. Parisiis degebat, dum Parlamentorum edictis Societas Jesu Gallica dispersa fuit. Invitatus ab Electore Palatino Carolo Theodoro, Manhemii Sodalibus nostris se adjunxit, donec extincta Societate anno 1773, quem acerbissimum casum, ut Parentis amantissimae mortem pius filius sine modo deflevit, sua se bibliotheca abscondidit unis libris in tantae stragis solatium familiariter usurus. Obiit Manhemii pietatequa semper vixerat die 17 Martii 1789, moerentibus omnibus Manhemii Civibus, sed maxime Electore Serenissimo. Opera = *Ad Eminentiss. Fridericum Hieronymum de la Rochefoucauld Cardinalem creatum Festi Senarioli*. Avarici Biturigum per Joannem Baptistam Cristo 1747 quos elegantissimos Senarioles condidit, dum Rhetoricam profiteretur in Collegio Bituricensi = *Fabules Aesopiae* libri quinque. Glascoviae 1754: Parisiis 1756: Oxoniae 1757: iterum Parisiis 1759 sed additis aliis quinque libris unde decem habemus; qui editi etiam fuere Augustae Vindelic. 1763: item Manhemii 1768. sed additis quinque aliis libris, unde 15 sunt omnino: tomis duobus, cum iconibus, et optimis notis, qui omnes recusi fuerunt Parisiis 1769 decurtatis satis importune notis. = *De imitatione Christi* libellum Thomae a Kempis edendum curavit Manhemii 1780, cum erudita dissertatione de auctore hujus libelli, et correctis erroribus editionis, quam vulgaverat Dominus Valart. = *Phaedri fabularum libri quinque* cum notis, et emendationibus: Manhemii 1786 in 12 apud bibliopolam novum, Aulicum, et Academicum. Billonsii praefatio tres continet egregias dissertationes, nempe de Vita Phaedri; de ejusdem fabulis; et de earum editionibus. Jam inde ab anno 1760, uti patet ex facultate Matthaei Joannis Josephi Allanic Provinciae Franciae S. J. Praesidis, praelo Billonsius paratos habebat amplissimos in Phaedri fabulas commentarios, qui tunc editi non fuerunt ob impudentiam typographi in deformando opere icunculis minus verecundis obstinati. Unde exilium gallicum illos in tenebras conjecit, ex quibus aliqua selegit pro laudata editione Phaedri ne genium nostri saeculi exiles libellos amantem offenderet: Quem profecto metum probare neutiquam audemus, cum viri vere, profundeque eruditi amplissima Billonsii eruditione orbatos se se conquerantur = *Poema de arte valendi*. Heidelbergae 1788 magna ad calcem commendatione Immortalis Catharinae Russiae Imperatricis = *Poema de pace Christiana, sive de vera hominis felicitate*. Manhemii 1789 = *Miscellanea posthuma* Manhemii typis Hospit. civici 1792 in 8; quibus praemittitur auctoris vita, in cujus fine vocatur auctor *Franciscus Josepus Terrasse des Billons*. In miscellaneis istis continentur testamentum Auctoris versu dictatum pridie sui obitus, ut animi vere Christiani quietem mireris: sequitur *Avis exul*, qua fabula elegantissima suum e Gallia exilium dispersa Societate, et sui in Palatinatum receptum describit: Secuntur *Avim exulem* liber decimus sextus et decimus septimus *Fabularum Aesopiarum*: istos duos libros nunquam antea editos excipiunt *Monita Philosophica*, ubi egregie illos qui se dicunt Philosophos exagitat, et religionis causam elegantissime suscipit. Absolvuntur *Miscellanea* Comaedia quam inscribit *Schola Patrum sive Patrum, et Liberorum indoles emendata*. Dispersio Gallica Nostrum amovit ab imponendo fine *historiae eruditionis latinae Criticae*, quam ad quartum iam libri caput per-

ductam habebat: opus exquisitae eruditionis, in quo parando viginti annorum vigilias continenter impenderat. Ante oculos habeo novem libros fabularum etiam cum interpretatione gallica facta ab ipso Auctore hac inscriptione *Fables du Pere Des Billons traduites en François avec le texte latin corrigee de nouveau par l'Auteur*. Parisiis sumptu cujusdem Societatis 1780 tomi II. in 12 = *Epicedium in obitum Caroli Poraei e S. J.* Extat in editione Parisiensi 1745 tragaediarum Poraei = *Lettre a M. Freron, ou apologie d'un petit ouvrage du Pere Jouvency intitulè Appendix de Diis, et Heroibus poeticis* (Appendix Juvencii defenditur) 1766. = *Ecclaircissement sur la vie, et les ouvrages de Guillaune Postel*. (Illustratio vitae, et scriptorum G. Postel) Leodii 1773. = Reliquit m ss. poema contra recentes Sophistas, aliaque, quorum edendorum Vitae Auctor spem nobis facit. Praelatus Maillot de la Treille, Commendator ordinis Equestris Melitensis etc. edidit Argentinae 1790: typis Francisci Levrault *Notice de la vie, et des ouvrages du Pere F. T. Des Billons* quo familiarissime usus fuerat. Acta Lipsiensia an. 1768 summis laudibus extollunt nostrum Billonsium, quanquam severissime in illo, vel levissimos naevos rimentur. Optandum foret nobilem aliquem typographum omnia nostri opera, et inedita, etiam si nondum perfecta in unum corpus redigere, et pulcris formis vulgare. Si eum aequare cum Phaedro nonnemo nolit, Phaedro certe alium proximiorem esse non dicet.

Biwald Leopoldus Viennae Austriae n. 26 Feb. 1731 Soc. ac. in Prov. Austriae 17 Oct. 1747 v. 4 n. 2 Feb. 1765 In Universitate Graecensi publicus fuit Philosophiae Professor in annum decimum, quam deinceps etiam extincta Societate professus est ni fallor in Universitate Vindobonensi. Opera = *Selectae ex amoenitatibus academicis Caroli Linnaei dissertationes* cum additamentis ex suo. Graecii per haeredes Widmanstad 1764 in 8, ubi alias dissertationes pollicetur. Auctor latere voluit sub siglis L. B. = *Institutiones physicae in usum Philosophiae Auditorum adornatae ... nunc succintiores redditae*. Viennae per Joannem Thomam Trattnern 1779 octo partibus, sive tomis duobus. Institutiones ampliores non vidi e quibus istae breviores, et optima methodo digestae profectae fuerunt: laudantur vero ab *Austria docta*, ut editae Graecii 1763 titulo *Physica generalis, et particularis*. = *Dissertatio de studio physici naturalis ejus perpetuis mediis, et cum scientiis reliquis nexu*. Graecii 1767 in 4. Ex *Austria docta*.

Bolgeni Joannes Vincentius Bergomi n. 22 Januarius 1733, Soc. ac. in Provincia Romana 31 Octobris 1747, v. 4 n. 2 Februarii 1766; Philosophiam, et Theologiam docuit. Extincta Societate eum Pius VI. Romam adscivit ut sibi a theologicis consiliis (Theologum Poenitentieriae vocant) inserviret; quod amplum munus magna Pontificis probatione obiuit. Opera. = *L'economia della Fede Cristiana* (Oeconomia Fidei Xanae) Brixiae per Carolum di Giacomo Bendiscioli. 1790 in 8. Agit praecipue contra Joannem Baptistam Guadagnini Archipresbyterum de Cividate di Valcamonica Jansenianis haereticis faventem, qui egregium Bolgenii opus inscriptum *Fatti dommatici* Brixiae editum infeliciter oppugnaverat. = *Schiarimenti ... in confermazione, e difesa della sua disertazione sopra la carità o amor di Dio stampata in Roma* 1788 (illustrationes dissertationis de charitate, et amore Dei) Fulginiae per Joan. Tomassini 1790 in 8. = *Il Critico corretto ossia ricerche critiche* (Criticus emendatus) Maceratae 1786 per haeredes Pannelli in 8. = *Exame della vera idea della S. Sede* (Examen operis inscripti *Vera Idea S. Sedis*) ibid. 1785; totus est contra famosum Jansenistam Tamburinum, qui ediderat opus dictum *Vera Idea della S. Sede*; et 1791; et est editio tertia cum accessionibus. = *Risposta al quesito cosa è un*

N 2

appellante, *ossia osservazioni teologico-critiche sopra due libri stampati in Piacenza* 1784, *e intitolati*, *Cosa è un Appellante? E continuazione dell' Appellante*. (Responsum quaestioni; *quid sit Appellans etc.*) Maceratae per Antonium Cortes 1787 in 8. = *Il Vescovato*, *ossia della Potestà di governare la Chiesa etc.* Romae, etsi non exprimitur, 1789 in 4 (agit de origine Episcopatus etc. in prima parte:. in secunda totus est contra Januarium Cestari). = *Il possesso principio fondamentale per decidere i casi morali etc.* Brixiae typis Bendiscioli 1796 in 8. (Agit de possessione, quae unica valet in decidendis controversiis morum) = *Problema se i Giansenisti siano Giacobini etc.* Romae 1794 apud Aloysium Perego Salvioni 1791 (totus est in insectandis Jansenistis quos convincit Jacobinos esse) = *Analisi*, *e difesa del libro intitolato L' Episcopato*, *fatte dall' Autore del medesimo libro* (Analysis, et apologia operis inscripti Episcopatus) Romae 1791 per Lazzarini = *Della carità*, *o amor di Dio dissertazione*, *divisa in quattro parti con un' appendice* (Dissertatio de charitate, seu amore in Deum) Romae typis Salomoniis 1788 tomis duobus = *Apologia dell' amor di Dio detta di concupiscenza etc.* (Apologia amoris in Deum qui sit amor concupiscentiae) Fulginiae per Joan. Tomassini 1792. Nititur se expedire ab objectionibus propositis a nostris Muzarellio, et Joachimo Cortès = *Difesa del Vescovato* (Apologia operis de Episcopatu) in 8 sine loco, nec anno; est contra quemdam anonymum (reor esse nostrum Giovennazzi) qui Florentiae 1792 typis Antonii Josephi Pagani ediderat *Saggio della buona fede*, *e del criterio del Ex-Gesuita Bolgeni autore d' un libro sull' episcopato etc.* = *Dissertazione ... sulla giurisdizione Ecclesiastica in confutazione di una Diatriba del Teologo Giorgio Sicardi*. Romae 1791 apud Lazzarini in 8. Sicardius contra quod prius judicaverat, et scripserat in annotationibus quibus illustraverat opusculum Praesulis Casati *de administratione Sacramenti paenitentiae*, in diatriba confutata a Bolgenio erronee docet potestatem ordinis non differre a Jurisdictione Ecclesiastica. Praeclarae Bolgenii famae tot egregiis libris contra Jansenistas editis merito comparatae non modicum detraxit infelix pagina inscripta = *Sentimenti ... sul giuramento civico prescritto dalla Republica Romana agli Istruttori*, *e Funzionarii publici* (Judicia circa juramentum civicum a Republica Romana Magistris, et munus aliquod sustinentibus praescriptum) Romae typis Salomonii 1799 in 8. Malo suo hanc pagellam edidit, quae maximas Auctori turbas excitavit. Non semel accepi Bolgenium hanc abortionem metu potius, quam animo libero ejecisse, atque etiam reprobasse, reprobationemque misisse Venetias ad Collegium Apostolicum Summo Pontifici eligendo intentum. Obiit Romae 3 Maii 1811; cui elegantissimus Stephanus Morcellius pro suo in Bolgenium studio hanc illi inscriptionem emortualem dicavit.

A. ☧. Ω.

Memoriae, et Quieti = Vincentj. Bolgeni = Domo. Bergomo = a Consilis. Summ. Magistr. Criminib. expiandis = Praefecti. Bibliothec. Lycaei. Romani = Quem. Societas. Jesu = ab adolescentia. ingenio. florentem = ad Disciplinarum. majorum. Scientiam. Instituit = Vix. ann. LXVIII. menses III. D. XII = Doctor. Theologus = Aetatis suae. Praestantissimus = Ad cujus. Vim. Scribendi Hostes = Ecclesiae = Obmutuere = Deces. III Non. Majas. Ann. MDCCCXI Sodales. Veteres = Seni Religiosissimo = Et. Divini. Juris. Cultissimo = Fac. Cur = Honoris. pietatisque Causa.

Bollandiana Acta Sanctorum. Heribertus Rosweidus qui obiit Antuerpiae 1629, primus fuit, qui fundamenta jecit huic vastissimo, et eruditissimo operi, susce-

pto proposito volumina XVI. scribendi de Vita Christi, Deiparae, ac Sanctorum. Ad quod ille perficiendum magnum apparatum m ss. collegerat. Joannes Bollandus, qui obiit 1665 a Superioribus jussus Rosweidi adumbratum propositum summo conatu exequendum incepit, commercio litterario cum omnibus per Europam Eruditis inito ut ab iisdem subsidia conquireret. Hujus pertinacissimi laboris fructus eximii fuerunt Acta Sanctorum mensis Januarii tomis duobus in fol. mensis Februarii tomis tribus, et Martii tribus aliis tomis, qui post obitum Bollandi prodierunt. Godefridus Henschenius qui datus fuit Bollando Socius, et Adjutor simul cum illo Auctor fuit actorum dictorum trium mensium, et insuper cum Daniele Papebrochio, qui ad mensem Martium suam etiam operam contulerat, edidit mensem Aprilem tribus etiam tomis in fol. Ambo simul peragrarunt magnam partem Germaniae, Galliae, et Italiae, lustratis celebrioribus Bibliothecis, et tabulariis, etiam Vaticanis Romae cum approbatione Alexandri VII, et facultate excribendi quidquid eisdem placuisset. In hac peregrinatione litteraria quae incepta mense Augusto 1660 finem habuit mense Decembri 1662, excripserunt manu sua ex m ss. authenticis tam graecis, quam latinis etc. septingentesimas Sanctorum Vitas, ut constat ex litteris Patris Henschenii ad Rollandum Parisiis datis 5 Oct. 1662, quae penes Carolum Serna, et Santander mihi amicissimum erant. Vivebat uterque 1675. His adjutores, successores que fuerunt in continuando hoc vastissimo opere Nostri Cardonus: Baertius: Ianningus: Rayeus: Verhoevenius: Sollerius: Pinius: Cuperus: Boschius: Stiltingus: Limpenus: Styckerus: Dolmansius: Veldius: Snysckenus: Perierius: Trentecampus laudatus a nostro Henrico Schuz, sed neutiquam a me repertus: Cleus: Byeus: Bueus: Ghesquierus: Hubenus. Opus universum complectitur 53 tomos vastissimos, quorum postremus continet dies mensis Octobris 12: 13: 14: quibus preiverant quinque tomi alii de eodem Octobri. Doctissimo Viro Joanni Baptistae Fonzon ex Abbatia Bruxellensi de Conderberg aequa laus tribuenda est, quod Nostris consociatus operam quoque suam naviter impenderit in scribendis tomis 5 et 6 Octobris. Societatis destructio Musaei Hagiographi Antuerpiensis ruinam quoque attulit. Sed (dictis utor eruditissimi Caroli de la Serna, et Santander in suis litteris ad me scriptis Bruxellis 1 Martii 1813 in quibus responsum affert Magistratibus ipsum interrogantibus.) anno 1778 instauratum fuit Musaeum jussu Mariae Theresiae Austriacae, et Sociis Cornelio Byeo, Jacobo Bueo, et Josepho Ghesquiero iterum commendatum, quibus munifica Imperatrix censum annuum constituit 800 numorum Rhenensium (Florenus) pro singulis, cui beneficientiae eam quoque adjunxit solvendi in singulos annos 2000 florenos Abbati Conderbergensi, pro cibariis, et sociorum domicilio, qui in hac Abbatia Musaeum, et Bibliothecam locaverunt. Eadem Augusta operis promovendi vehementer studiosa voluit fructus, et lucra, quae ex librorum venditione proficiscerentur, media Abbati, altera media tribus Sociis attribuerentur. Augusta Maria Theresia ad Superos translata ejus Filius Josephus II. Imperator, inter plura Monasteria, domosque Religiosas suppressit etiam die 23 Maii 1786 Abbatiam Conderbergensem; itaque nostri Hagiographi Musaeum transtulerunt ad Jesuitarum quod fuerat Collegium Bruxellense, sed censu ante dicto annuo orbati. Denique 31 Octobris 1788 Hagiographis Josephus in mandatis dedit ut a continuandis Actis Sanctorum omnino desisterent, et rerum omnium, scriptorum, librorum etc. quae ad Musaeum attinerent indicem accuratissimum ad Aulam mitterent. Bieus tantae ruinae reparandae cupidus multum egit litteris cum Abbate Abbatiae S. Blasii, ut emeret a Magistratibus Musaeum, quo Abbatiae honorem, gloriam, et etiam utilitates sibi comparavisset. Dum haec

aguntur, Abbas Abbatiae Tongerloensis Bruxellis ex ordine Praemonstratensium pactionem cum Magistratu confecit die 11, et 14 Maii 1789 solvendi 12000 florenos pro Bibliotheca, et manuscriptis; et florenos 18000 pro typographia, et reliquis ad Musaeum pertinentibus, quorum media pars, nempe 9000 distribuendi erant Sociis Hagiographis, qui urgente summis precibus Abbate ad Abbatiam se transtulerunt, ubi tres Juvenes Religiosos magno ingenio, et studii contentione praeditos sibi Socios sumpserunt exercendos ad tanti operis continuationem. Ast haec egregia Abbatis proposita penitus ruere perturbationibus Gallicis, quibus perterriti Religiosi in Hollandiam se receperunt transportatis secum libris, et Tabulariis. Byens, et Ghesquierus migrarunt in Germaniam, ubi obierunt, Bueusvero in Hallam patriam suam a Bruxellis procul sex millia passuum se contulit, ubi etiam obiit 1811. Prudenter monet Serna Santander Magistratum Gallicum, si instaurandum hoc Musaeum amet: primum ut optimis conditionibus alliciat tres illos Juvenes Religiosos ad continuandum opus. Alterum, quod summo studio urget, ut summa cum diligentia quaeratur armarium deperditum, aut secretissime occultatum, in quo conservabantur M SS. et annotationes in illa eo egregio ordine digesta ab Hagiographis, ut cuicumque etiam Novitio facile redderetur operis continuatio. De hujus operis praestantia praeclaram testificationem reddunt Pontifex Alexander VII. qui ajebat *Utilius opus, et Ecclesiae Dei gloriosius hactenus nullum editum esse a quoquam nec etiam inchoatum*, aliique Pontifices Summi, maxime Benedictus XIV, qui saepissime in suis doctissimis voluminibus, hoc opus laudibus cumulat; Eminentissimi quoque Cardinales, Episcopi, et Archiepiscopi, et cujuscumque Ordinis viri docti in eadem sunt sententia: Quin etiam ipsi heterodoxi minime se abstinent a tribuendis operi Bollandiano laudibus; unum sufficiat ex his appellare eruditissimum Leibtnizium, qui in litteris ad Joannem Philippum Eugenium Comitem de Merode scripsit, Societatem J. dignam fuisse, quae in orbem universum inveheretur, et ab omnibus desideraretur, et maximi haberetur, et si nil aliud protulisset, quam SS. Acta, ut testatur Ghesquierus in Actis SS. Belgii, tom. I. Nonnemo tanti operis divitias aegre fert, tot voluminum mole, ut ipse nimis delicatus conqueritur, oppressus: sed iste incuset tantam heroum Christianorum copiam; tantumque sibi sumat, quae eidem profutura videantur. Quisnam hominum refertissimam oplothecam accuset? Uno tibi gladio opus est, aliis relinque lanceam, tormenta, ballistas. Inquisitio Hispanica (non vero Lusitanica, uti prave asserit Emmanuel Sousa in tomo I. *Expeditionis Hispanicae S. Jacobi Majoris*, pagina 878) cui tunc praeerat Claris. Dominicanus Joannes Thomas de Rocaberti Archiepiscopus Valentinus damnavit suo decreto 14 Nov. 1695 tomos XIV. Bollandianos tamquam continentes propositiones erroneas, haereticas, sapientes haeresim, periculosas in fide, scandalosas, impias etc. Sed Rocabertius ipse, quem Dominicani negant partem ullam habuisse in decreto acerbissimo proferendo, novo suo alio 9 Augusti insequentis anni 1696 annuit recipiendam esse defensionem a Jesuitis Matritensibus pro Bollandianis oblatam, novamque causae recognitionem instituendam. Adversariorum tamen potentia contigit, ut non nisi anno 1715 die 20 Decemb. Clar. Franciscus Giudice Cardinalis, et Inquisitor Generalis prohibitionem Rocabertianam decreto suo sustulerit, nonnullis iisque levissimis ex tam insigni opere expunctis. Qui summam aliquam hujus operis amet, Bibliographiam adeat doctissimi Michaelis a S. Josepho ex praeclarissimo Trinitariorum Discalceatorum Ordine, et Episcopi Accitani, qui egregie in hoc labore se exercuit. Me juvat memorare tantum acta Bollandiana *apologeticis libris in unum volumen nunc primum contractis vindicata, seu supplemen-*

tum ad Acta etc. Antuerpiaе 1755 apud Plassche. Complectitur hoc corpus apologeticum elucubrationes Papebrochii, Janningi, Anonymi Hispani Auctoris *Collyrii*, Nicolaí Rayaei, Xaramilii, Cuperi, Anonymi Germani Romano-Catholici, Anonymi Hispani Auctoris epistolae familiaris ad Petrum Josephum de Mesa Benitez Lugo, Ludovici Lope (hic est Ludovicus Losada) Parochi Morillani auctoris epistolae inscriptae *Vita, et salus etc.* Editoris praefatio generalis summa eruditione referta nescio quem Bollandianum auctorem habet. Nondum legere licuit narrationem doctissimi Hermanni Goldhagen (de quo in loco) de Bollandistis in Bruxellas traslatis, quae mihi magno quaestui procul dubio fuisset. Existimo illam extare iu Ephemeride Religionis ab eodem Hermanno vulgata.

Bondi Clemens, Parmae n. 27 Junii 1742, Soc. in Prov. Veneta ac. 16 Octob. 1760. In Collegio Patavino anno 1770 docebat litteras humaniores. Archiduces Mediolaneuses Austriaci extincta Societate siugulari Clementem humanitate, et amore prosecuti eum sibi voluerunt fere socium, et contubernalem. Praestans habetur Parnassi Italici cultor, quem ipse Apollo suis Musis assidentem reverenter salutaret; adeo venusta sunt ejusdem carmina; illa optimo consilio quia seorsum unum ab alio edita fuerunt simul collecta vulgavit ita. = *Opere edite, ed inedite in versi, ed in prosa*: tomi VII. in 8. Venetiis apud Adolphum Cesare 1798 ad 1801. Primus tomus praeter poemata, continet egregiam orationem funebrem Leopoldi II. Imperatoris, quam habuit noster Mantuae in Basilica S. Barbarae 12 Maii 1792. Tomus II. praeter poemata continet orationem Academicam de Deipara in caelum assumptae. Tomus III. continet duos primos libros Aeneidos Virgilianae egregio carmine italico a nostro redditae. Duobus istis libris Aeneidos praemittuntur epistolae octo soluta oratione Polianzii ad Ermogenem, quibus subtiliter, criticeque discutitur versio italica Annibalis Cari, quae nequaquam Clementis sunt, sed Comitis Algarrotti. Tomus IV. et V. continent reliquos Aeneidos libros. Tomus VI. praeter alia poematia continet tragaediam *Meletindus* dictam quam Juvenis admodum concripsit, et quam ego cum multis aliis Sociis Hispanis audivimus actam a nobilissimi Juveuibus Collegii, et Seminarii Bononiensis S. Xaverii. Tomus VII. continet versionem italicam georgicorum Virgilii, quam praecurrit illustris praefatio de munere Auctores in alias linguas convertendi. = *Elegie due*. Venetiis ex typographeo G. Pasquali 1806 in 8. Prima elegia est de lyra sua: Altera de somnio quod ipse habuit de sua morte, qua nihil gravius, nihil elegantius, nihil ad mores componendos magis consentaneum facile reperies = *Sermone su l' inutilità delle satire* (Sermo de satyrarum inutilitate) ibidem omnino 1807. De Bondio multa cum laude meminere plures Ephemerides litterariae, in his Venetae ad annum 1789.

Boni Maurus Genuae n. 3 November 1746. Soc. ac. in Prov. Rom. 21 October 1763. Litteras humaniores, ac Rhetoricam tradebat Ragusae an. 1772. Extincta Societate diligentem operam dedit illustrando Musaeo, seu gazophylacio Comitis Jacobi Durazzo; ut testatus Aloysius Lanzi, in tomo I. *Storia Pittorica della Italia*; edit. 1809. Opera. = *Il fanatismo della lingua rivoluzionaria, ossia della persecuzione suscitata nel secolo decimo ottavo contro la Religione Cristiana, e suoi ministri etc.* (Furor fanaticus linguae seditiosae, oppugnatio saeculo decimo octavo illata Religioni Christianae) Cristianopoli 1798 (nescio qui locus lateat hujus editionis quae est secunda et magis correcta, ed illustrata) in 8. Est interpretatio gallici operis Joannis Francisci La Harpe suis plurimis eruditis scriptis cuicumque cogniti, et incredulorum gregi adhaerentis, sed qui a sceleratissimo illo tyranno Robespierre in vincula ut mactaretur conjectus, Divina excitante gratia, et exemplis Christianae patientiae, et exi-

miae pietatis permotus Catholicorum Sacerdotum in carcere detentorum, ut enecarentur, et praecipue Sanctissimi Episcopi Agathensis Caroli Francisci Simeonis Vermandois Rouvrois Sandricourt, suos errores abjecit, et Religionem Catholicam fortiter, et palam est confessus. Primam Mauri interpretationem non vidi. Posteriorem istam ornavit ille praefatione eleganti, et peropportuna. Ab ipso denique docemur aliam interpretationem editam fuisse Epidauri (Ragusi) cum praefatione ex Mauro omnino desumpta. = *Degli autori Classici Sacri, Profani Greci, e Latini biblioteca portatile etc.* (Principum Auctorum Bibliotheca minime ponderosa) tomis sive partibus II. in 8. Venetiis apud Antonium Astolfi 1783 Est opus Eduardi Arvood; sed multis incrementis a Bono, et Bartholomaeo Gamba locupletatum: In tomo II. extat Elucubratio inscripta *Quadro Critico tipografico*; quae Boni tota est. = *Lettere sui primi libri a stampa di alcune Città, e Terre dell' Italia superiore, parte sinora sconosciuti parte nuovamente illustrati*. Venetiis apud Carolum Palese. 1794 in 4 (Epistolae de primis libris typo editis variis in urbibus et locis Italiae Superioris adhuc incognitis, aut recens illustratis.) = *Prefazione. Genio, e stile poetico di Giulio Cesare Cordara*. (Ingenium, et stilus poeticus Cordarae etc.) Extat in tomo IV. *opere latine, ed italiane dell' Ab. Giulio Cesare Cordara*. Venetiis 1805: extat etiam inscriptio latina, qua Maurus Boni, et Aloysius Bnchetti Cordaram inducunt consecrantem sua opera Ferdinando IV. Borbonio, et Mariae Carolinae Austriacae = *Sulla pittura di un Gonfalone della fraternità di S. Maria di Castello, e su di altre opere fatte nel Friuli da Giovanni di Udine* (De Signo depicto in quodam vexillo ... et aliis picturis Joannis Utinensis etc.) 1790 in 8: Ex cathalogo typis edito librorum Italicorum, qui venales prostant apud Bibliopolas Florentinos Molini, et Landi. Bonus teste laudato Aloysio Lanzi, in tomo III. narrationem concinnavit, de quibusdam tabulis versus 1350 depictis quae edita fuit ab Academia Italicas: Curavit etiam simul edendas *S. Francisci Borgiae, et S. Francisci Xaverii. S. J. de praedicatione Evangelica paraeneses ad viros apostolicos etc.* Venetiis typis Francisci Andreolae 1802 quas eleganti dicatione Bonus consecravit Ludovico Flanginio, Cardinali, et Venetorum Patriarchae.

Bono Michael del, Panormi n. 28 Septemb. 1697. Soc. ac. 17 October 1711 v. 4 n. 2 Feb. 1731 Juniores Societatis annis 20 Rhetoricam, ac Poeticam docuit. Praefectus erat Studiorum Inferiorum Collegii Maximi Panormitani anno 1766 et Socius Academiae Ereinorum. = *Discorso sull' origine de' tremuoti, in cui si esamina di proposito una nuova opinione etc.* Panormi 1745 in 4 (Sermo de terraemotus origine etc.) = *Dizionario Siciliano, Italiano, Latino*. Panhormi per Josephum Gramignani 1751 ad 1754: tribus tomis in 4 = *Panegirico di S. Stanislao Kostka*: Extat in *Raccolta di varii discorsi Italiani composti da alcuni Oratori Siciliani della C. di G.* Panormi 1752 per Petrum Bentivenga in 8: tomi sive decades 3 = *Sermone sopra il SSmo Sacramento*. ibidem. = *Predica domestica in lode del Molto R. P. Pietro Maria Reggio della C. di G.* (Laudatio funebris domestica Petri Mariae Reggio) Panormi apud Stephanum Amato 1734 in 4 tacito auctoris nomine = *Morali istruzioni sui Sacramenti della legge di natura, scritta, e di grazia etc.* (Institutiones morales de Sacramentis etc.) Viterbii per Josephum Poggiarelli 1775: tomi IV. in 4 = Ad Scholarum commodum delectum Bonus adornavit Auctorum latinorum quos interpretatione, et annotationibus illustravit: tomis sive partibus duabus. Panormi per Franciscum Valenza 1748 in 8; praecesserunt duae aliae editiones = *Sacra novena in onore di S. Ignazio di Loyola etc.* (Novendialia Sacra in honorem D. Ignatii de Loyola) ibid. per Steph. Amato 1731 in 12 tacito Auctoris no-

mine = *Institutiones Rhetoricae, ac Poeticae in duos libros distributae ... Auctore Petro Maria de la Torre e S. J. opus posthumum a Michaele del Bono editum, tertia, et quarta hac editione ab eodem emendatum, magnaque ex parte auctum*. Panormi per Franciscum Ferrer 1755 in 8 = *Predica dimestica in lode del Fratel Giovanni Gerardi della C. di G. etc.* Panormi 1742 typis Josephi Gramignani in 4 tacito Michaelis nomine, qui laudes percurrit Adjutoris Gerardi egregia pietate, qui Panormi obiit 12 Jan. 1737 aetatis 83. = *Breve metodo per facilmente apprendere la lingua greca etc.* (Via brevis linguae graecae facile addiscendae) Panormi per Bentivenga 1757 in 8 et iterum 1759. Ex *Opuscoli di Autori Siciliani*. Curavit quoque Michael editionem Carminum Dominici Caraccioli (de quo in loco). Lego quoque Bono tribui Poema epicum in laudem D. Stanislai Kostka, et Selectas Phaedri fabulas cum adnotationibus. Obiit exul Viterbii 3 Novembris 1775.

Bonola Rochus, Novariae natus, epistolam misit ad Scipionem Ricci Episcopum Pistoriensem, atque edidit hoc titulo *Lettera di A. M. A. D. P.* (ita Roccho placuit nomen suum celare) *Originarii diritti Episcopali*, ubi tum modeste, tum fortiter evertit conficta jura quae sibi Riccius arrogaverat. Haec Rocchi Epistola ita arrisit Marchioni Francisco Eugenio Guasco Basilicae Liberianae Romanae Canonico ut illam iterum typis daret suis annotationibus illustratam sumpto nomine Sofronio Lago: Fulginiae per Tommasini 1794 et extat in I.° tomo opusculorum criticorum laudati Marchionis = *La Lega della Teologia moderna colla Filosofia a danni della Chiesa di Gesù Christo etc.* (Societas Theologiae recentioris cum Philosophia in ruinam Ecclesiae Jesu Christi) 1789 in 12 tacitis auctore, typis, et loco; opusculum aureum, quo eleganter, et lepide Jansenistarum, et Philophorum contra ecclesiam conspirantium fraudes ostenduntur. Est duplex editio: secunda cum additamentis magni momenti. Auctores operis *Giornale Ecclesiastico di Roma*, in tomo IV.° hujus opusculi eum laude meminerunt. Duas alias epistolas nomine cujusdam Archiepiscopi datas Adiacli in Corsica edidit Rocchus, adversus duas pastorales litteras Scipionis datas 5 Oct. 1787, et 18 Maii 1788.

Boscovich Rogerius Josephus Ragusae n. 18 Maii 1711, Soc. ac in Prov. Romana 31 Octob. 1725, v. 4 nun. 15 Aug. 1744. In docendis Mathematicis omnem fere vitam insumpsit Romae, Mediolani, Papiae, et alibi; ab omnibus siquidem quaerebatur Lycaeis, ut illa maximo suae doctrinae splendore illustraret. In Physicis quoque splendidissimum systema ingeniose invenit de corporum continuitate. Excogitavit ergo elementa, sive puncta, haud extensa mutuas atractiones, et repulsiones secum habentia, quin unquam ad mutuum contactum perveniant, ex quibus punctis corpora extensa coalescunt. Quod quidem systema etsi a multis noverim non esse admissum, aliis tamen clarissimis Philosophis novi summopere placuisse, summisque laudibus fuisse ab iisdem exornatum. Neque Rogerius laude poetica caruit, ut ostendunt multa ejusdem praeclarissima carmina: immo a quodam ejusdem Discipulo non semel accepi tanti hanc poeticam laudem Boscovichium fecisse, ut suarum elucubrationum Physicarum, ac Mathematicarum oppugnationem aequius, quam Carminum censuram ferret. Doctissimi Mathematici, ac Physici undequaque sibi fama comparata pluribus expeditionibus litterariis destinatus est idem, de quibus verba faciam in recensione suorum operum. Sed id loci antevertendum est a Praefectis cogitatum fuisse de Boscovichio in Brasiliam transmittendo, cum Joannes V. praestantissimus Lusitaniae Rex decem e Societate J. Mathematicos a Praeposito Generali petiit, qui chartas geographicas delinearent regionum cum Hispanis commutandarum, earumque limites definirent. Sed Benedictus XIV. aegre ferens illum

ab Italia divelli, per Cardinalem Sylvium Valenti ita egit, ut haec cogitatio evanesceret. Nescio qua ratione inductus Boscovichius Britanniam adiit ubi summo fuit in honore habitus, et in Regiam Academiam Londinensem relatus, a qua etiam invitatur, ut Academiae nomine, et impensis in Californiam transmitteret transitum Veneris sub Sole speculaturus. Sed Hispana Jesuitarum expulsio hanc expeditionem inanem reddidit. Imminente iam iam Societatis extinctione de qua omnes et ipsemet Boscovichius persuasus erat, rejecit, ut erat sui Instituti studiosissimus, illustrem in quadam celeberrima Academia Cathedram quae eidem exhibita fuit conditione facta mutandi vestem Jesuiticam. Unde valde miratus sum Cl. Fabronium scripsisse de Societate deserenda Boscovichium aliquando cogitasse. Dum Senectutem Boscovichius produceret tot meritis litterariis insignem, tot doctissimorum cujuscumque Gentis acclamationibus nobilem, tot Principum quorum Gustavus III. Suecorum Rex, ut unum saltem exemplum proferam, effigiem suam auro insculptam ad Boscovichium misit; tot Principum inquam honoribus, beneficiisque cumulatis jucundam (Heu rerum humanarum deflendam, miserandamque conditionem!) furens insania Senem moribus, pietate, ac doctrina venerandum cepit; sed ita miserante Deo, ut ante obitum ad se se redierit, et sanctissime obierit Mediolani idibus Feb. 1787, ubi pompa funebri fuit decoratus. Bernardus Zamagna (de quo in loco) laudatione publica (nescio an sit edita) Ragusae Boscovichium ornavit. Eruditissimus Angelus Fabroni, qui de Boschovichio amico ac praeceptore iam inde a prima adolescentia gloriatur, ejusdem vitam eleganti stylo latino vulgavit in volumine quarto inscripto: *Vitae Italorum doctrina excellentium*, et sermone italico in II.° tomo *Elogj di uomini illustri*, et in vita Raymundi Cunich de Boscovichio dicit, *quem omnes fatentur principatum in Mathematicis habuisse*. Noster quoque Ricca egregium elogium historicum Boscovichii confecit, et nonnullas Fabronii assertiones perquam modeste castigat. Stephanus Morcellius hanc Inscriptionem Boscovichii memoriae sacravit.

Memoriae, et quieti
Rogerii Josephi Boscovichii
Domo Ragusa
Geometrae aetatis suae primi
Ob mathesim universam
Scriptis illustratam, inventis auctam
Clarissimi
Quem Collegia maxima Sophorum
Londinentium, Parisiensium, Berolinensium Petropolitarum
Sodalem coaptarunt
Ludovicus Rex Regis Ludovici adamati
Nepos
Munifice in Gallias invitatum
Opticae ad rem maritimam perficiendam
Praefecit
Pleraque Europa
Advenam mirata summo Doctorum consensu
Fama majorem agnovit.
Pius vixit annos LXXVI, menses VIII
Dies XXVI
Veteris Instituti
Quod in Soc. Jesu ceperat
Numquam immemor
Carus Principibus, Utilis Reipublicae
Decessit idibus Febr. M.D.C.C.LXXXVII
Gibertus Renati Fil. Borromaeus
Virtutis honorandae Causa
Monumentum in Aede majorum suorum
Viro Magno peregre defuncto
F. C.

Praeter modum longus essem innumeras si vellem colligere laudes quibus Viri Eruditi Boscovichium exornarunt. Omnes cum doctissimo Liberato Fassonio ex Scholis Piis (Dissert. de miraculis. Romae 1755) Boscovichium praedicant *virum mentis, ingeniique altitudine numquam sine honoris praefatione nominandum*. En locupletissimum Indicem Operum Boscovichii. = *De maculis Solaribus*. Exercitatio astronomica habita in Collegio Romano, Romae typis Komarek 1736. = *Pro Bene-*

dicto XIV. P. M. Soteria. Romae typis Pagliarini 1757 in fol. = *Philosophiae naturalis Theoria redacta ad unicam legem virium in natura existentium* . Prostat Viennae Austriae in officina libraria Kaliwodiana in 4. Auctor degens Viennae idibus Febr. 1758 dicat opus Christophoro Migazzi Archiepiscopo Viennensi, deinceps Cardinali; sed revera editum fuit postquam Vienna discessisset, ut patet ex ejusdem litteris datis Florentiae 17 Junii 1758 ad Carolum Scherffer (de quo in loco) qui editionem curavit. Extat ejusdem operis editio Veneta ipso auctore praesente, et corrigente perpolita, et aucta, typis Remondini 1763 in 4; in qua etiam paululum inscriptionem primam immutavit, nam pro *Philosophiae naturalis Theoria*, scripsit, *Theoria philosophiae naturalis* = *Problema mechanicum de solido maximae atractionis solutum* Extat in I.° tomo operis inscripti *Memorie sopra la Fisica etc.* editionis Lucensis 1743 = *Dissertatio de telluris figura*. Extat ibid. tomo II.° = *De materiae divisibilitate, et principiis corporum dissertatio*. Extat ibid. tomo IV.° = *De lentibus, et Telescopiis dioptricis Dissertatio*. Romae 1755: Ex Carolo Scherffer in dissertatione *de emendatione Telescopiorum Dioptricorum*; qui edem loco laudat etiam theoriam a nostro concinnatam de micrometro objectivo invento ab Anglo Dollondo, quam ipse Carolus adjecit Opticae Cailli a se ex gallico in latinum conversae. = *De motu corporum projectorum in spatio non resistente*. Romae 1740, typis Ant. de Rubeis = *De natura, et usu infinitorum, et infinite parvorum*. Romae 1741 per Komarek = *De inaequalitate gravitatis in diversis terrae locis* . Romae 1740: typis Ant. de Rubeis. = *Notae ad carmina Caroli Noceti de Iride, et Aurora Boreali*. Romae apud Palearinios 1747. = *De Obelisco Caesaris Augusti e Campi Martii ruderibus nuper eruto*. Romae. = *De lege virium in natura existentium* 1755 typ. Salomoni = *Adnotationes et supplementa ad philosophiam recentiorem* Benedicti Stay. = *De Solis, ac Lunae defectibus libri quinque Carmine Latino*. Londini 1760: Venetiis 1761 per Antonium Zatta: et Parisiis 1779 cum versione gallica nostri Barruèl; et cum additamentis. = *De Mercurii novissimo infra Solem transitu Dissertatio*. Romae typis Antonii de Rubeis 1737 = *Constructio geometrica Trigonometriae Sphaericae*. Romae typis Komarek 1737 = *De Aurora Boreali, Dissertatio*. Romae 1738 typis Komarek; et typis etiam Ant. de Rubeis = *De novo Telescopii usu ad objecta coelestia determinanda* Romae per Komarek 1739, et in Actis Lipsiensibus 1740. = *De veterum argumentis pro telluris sphaericitate*. Romae typis Antonii de Rubeis 1739 = *De circulis osculatoribus*. Romae 1740 per Komarek = *D' un' antica Villa scoperta sul dosso del Tuscolo etc.* (Villa antiqua reperta in dorso Tusculi) Extat in Ephemeride Litteratorum. Romae per Fratres Pallearinios 1746 = *Dimostrazione facile di una principale proprietà delle sezioni coniche* (Demonstratio facilis praecipuae proprietatis sectionum conicarum) ibidem = *Dissertazione della tenuità della luce* (De lucis subtilitate) ibid. 1747 = *Dimostrazione di un passo spettante all' angolo massimo, e minimo dell' Iride etc.* ibidem (Demonstratio loci Nevtoniani super angulo maximo, et minimo Iridis) = *Metodo di alzare un infinitinomio a qualunque potenza* (Methodus elevandi infinitinomium ad quamcumque potentiam) Ibidem. = *Parte prima delle riflessioni sul metodo di alzare un infinitinomio a qualunque potenza; e Parte seconda* (Pars prima, et secunda meditationum de methodo elevandi infinitinomium ad quamcumque potentiam) Ibidem = *Soluzione geometrica di un problema spettante l' ora delle alte, e basse maree* (Solutio geometrica problematis de hora maximi, et infimi fluxus maris) Extat in Ephemeride Litteratorum . Romae 1748 per Palearinios. = *Dialogi Pastorali quinque sull' Aurora Boreale* (De Aurora Boreali Dialogi quinque) Ibidem = *Dimostrazione di un metodo dato dal Eulero per dividere una fazione razionale in più fra-*

zioni etc. (Demonstratio methodi Euleriauae pro dividenda fractione rationali in plures) Ibid. = *Osservazioni dell' ultimo passaggio di Mercurio sotto il Sole ... a' 6 di Maggio* 1753 . (De transitu Mercurii sub sole die 6 Maii 1753) ibid. an. 1753 . = *Lettere due sopra alcune curve* (Epistolae duae de quibusdam curvis). Extat in opere Joannis Bap. Soardi *Novi instrumenti*. Brixiae 1752 = *Scritture d' aque per una controversia della Chiesa di Sant' Agnete di Roma* (Scripta duo de aquis in controversia Templi S. Agnetis). Romae 1757 . = *Riflessioni sulla relazione del Sig. Ab. Ximenes appartenente all' oggetto di un nuovo Ozzeri sullo Stato Lucchese* (De novo Canali Judicio Ximenii *Ozzeri* illum vocantis in agro Lucensium faciendo) : extat in opere *Piano di operazioni idrauliche*. Lucae 1782 = *Teoria del nuovo astro osservato prima in Inghilterra* (de novo sydere primum observato in Anglia) . Extat in volumine I.° *Delle memorie Matematiche, e Fisica della Società Italiana*. Veronae 1782 = *Sopra il turbine che la notte tra gli* 11, *e* 12 *Giugno danneggiò una gran parte di Roma* (De turbine qui nocte media inter 11, et 12 diem Junii damna magnae Urbis parti intulit) Romae per Pagliarini 1749 = *Parere di tre Matematici sopra i danni, che si sono trovati nella Cupola di S. Pietro etc.* Romae 1742 . Boscovichius simul et celeberrimi Mathematici Ordinis Minimorum Thomas le Seur, et Franciscus Jacquier decreto Pontificio consulti fuerunt, ut tholo qui dicebatur in ruinam ituro, opportuna fulchra adhiberent: unde harum meditationum summi tres isti viri una collata manu auctores fuerunt . Sicuti iidem Auctores fuerunt opusculi . = *Riflessioni sopra alcune difficoltà spettanti è danni, e risarcimenti della Cupola di San Pietro proposte nella Congregazione tenutasi nel Quirinale a' 20 Gennaro* 1743 . Romae sine dubio . = *Giornale di un viaggio da Constantinopoli in Polonia* (Ephemeris peregrinationis e Constantinopoli in Poloniam) . Bassani 1784 sumptibus Remondini . Conversa fuit gallice titulo *Voyage de Constantinople en Pologne a la suite de S. E. M. Jacques Porter, Ambassadeur d'Angleterre en* 1762. Parisiis 1774 apud Hansy Juniorem . Boscovichius cum Legato Veneto Constantinopolim adierat, sed cum hujus urbis coelum ejus valetudini officeret, in Poloniam cum Anglo Legato transit . = *Memorie sulli Cannocchiali Diottrici* (Memoriae de tubis Dioptricis) Mediolani per Josephum Marelli 1771 in 8 . = *De Natura, et usu Infinitorum* = *De centro gravitatis Dissertatio* . Romae 1751 typ. Nicolai, et Marci Palearini ; et est editio altera cui accedit *Disquisitio in centum magnitudinis* . = *Disquisitio in universam Astronomiam* . Romae 1742 typ. Komarck et Laudatur a nostro Benvenuti in *Synopsi Physicae generalis*. = *De Orbitis Cometarum determinandis ope trium observationum parum a se invicem remotarum*. Dissertationes duae . Extant in tomo VII. inscripto *Memoires de Mathematique ... presentees a l'Academie Royal des Sciences etc.* Parisiis 1774 = *Observatio Eclipsis Lunae habita Venetiis* 18 *Maii* 1761 *in Observatorio Patrum S. J.* Extat in eod. tom VII.° = *Carmina latina* extant cum carminibus et orationibus Nostri Caroli Roti editis Patavii 1741 . = *Epistole duae de rebus Mathematicis* ad nostrum Josephum Stepling. Extant in *Litterarum Commercio* ejusdem Steplingii . = *De litteraria expeditione per Pontificiam ditionem etc.* Romae per Pagliarini 1755 in 4 . Boscovichius et Christophorus Maire, de quo in loco, celeberrimus Astronomus a Benedicto XIV. delecti fuerunt, ut sumptibus Pontificiis ambo universam ditionem Ecclesiasticam peragrarent ad telluris magnitudinem, et figuram inveniendas, et geographicam simul ditionis ejusdem chartam delineandam. Suscepti laboris fructus clarissimi duo isti viri quinque opusculis expositos, et in dicto opere comprehensos eidem Benefactori Pontifici dedicarunt . Secundi, et tertii opusculi Auctor est Maireius: reliqua scripsit Boscovichius.

= *De inaequalitatibus, quas Saturnus, et Jupiter sibi mutuo videntur inducere, praesertim circa tempus conjunctionis*. Romae per Salomoni 1756 in 8. = *De annis Fixarum aberrationibus. Dissertatio*. Ibid. per Komarek 1742 in 4. = *De observationibus Astronomicis, et quo pertingat earundem certitudo*. Ibid. per Rossi 1742. = *De motu corporis atracti in centrum immobile etc. dissertatio*. Ibidem per Komarek 1743 in 4. = *Nova methodus adhibendi phasium observationes in Eclysibus Lunaribus etc. dissertatio*. Ibidem 1744. = *De viribus vivis; dissertatio*. Ibid. 1745. = *De Cometis; dissertatio*. Ibid. 1746. = *Dissertationis de lumine pars prima*. Ibid. per Rossi 1748. = *Pars secunda* per Komarek = *De determinanda orbita Planetae*. Ibid. per Komarek 1749. = *De Lunae atmosphaera; dissertatio*. Ibid. per Salomoni 1753. = *Dissertatio de maris aestu*. Ibidem 1747 per Komarek, et est prima pars, in cujus fine alteram pollicetur, quae numquam in lucem prodiit. = *De continuitatis lege, et ejus consectariis: dissertatio*. Ibidem per Salomoni 1754. = *Elementorum Matheseos, tomi tres in* 4. Romae per Salomoni 1752 ad 1754. = *Ecloga recitata in publico Arcadum consessu primo ludorum Olympicorum die etc.* Ibid. per Salomoni 1753 in 8, sumpto nomine quod ab Arcadia Romana habebat, scilicet *Numenius Anigraens*. Pagina 15 hujus Ecclogae incipit *Pastor Achemenides* et in subjecta annotatione ait Boscovichius hunc Achemenidem esse Horatium Burgundium de quo in loco, qui Mathematicas in Collegio Romano annis fere 30 docuit; quo munere functus Collegium Romanum rexit, et Auctor fuit quatuor poemation nempe *de volatu*: *natatu*: *incessu*: ac *de motu sanguinis*, quae inter *Arcadum illustrium carmina* leguntur; nam Burgundius ipse Arcas erat nomine *Achemenides* insignitus = *In nuptiis Joannis Corarii, et Andrianae Pisauriae ... Carmen*. Romae per Pagliarini 1758 in fol. = *Stanislai I. Poloniae Regis ... dum ejus effigies in publico Arcadum caetu erigeretur Apotheosis* (carmine heroico) Romae per Salomoni 1753 in 8, quod poemation gallice conversum fuit ab Equite Josepho de Cuers de Cogollin Academico Romano, Nanceiano, et Berolinensi. = *Examen de propositis, et excogitatis a Manfredo, et a Bertaglia circa Paludes Pontinas, et Terracinae portum*. Italice, et extat in opere Leonardi Ximenes (de quo in loco) inscripto *Raccolta delle perizie, ed opuscoli idraulici del Sig. Abate Leonardo Ximenes*: in I.° tomo. = *Epistola* latina ad Academicum Gallum de Mairan; de re Optica. Istius epistolae excerptum extat in tomo III.° operis inscripti *Memoires de Mathematique et de Physique presentees a l' Academie Royal des Sciences etc.* = *Opera pertinentia ad Opticam, et Astronomiam in quinque tomos distributa*. Bassani 1785 in 4: quas dicat Auctor Ludovico XVI. Galliarum Regi. Bassanum se Boscovichius contulerat, ut huic editioni magnificae, et purgatissimae prae esset. Prima operis frons, et praefatio gallice, et latine conscriptae sunt. Se ait in praefatione ex Italia in Galliam abiisse anno 1773 vix extincta Societate, in que vixerat annos 48: Verba excribit duplicis Regii decreti, quo Ludovicus XVI. Boscovichio *secessum praebet in Gallia, ut meditationibus sublimibus libere vacare possit, et suo ardori satisfacere pro scientiarum incremento*; et illum constituit *Directorem Opticae pro re maritima*. Gratam insuper mentionem facit de Comitibus Remondini librorum commercio florentissimis, qui Bassani typographiam instructissimam suis sumptibus habent, quique aes omne quinque istis voluminibus edendis necessarium largissime praebuerint, et insuper Boscovichium urgerent, ut eorum etiam impensis ederentur iterum opera illa, quorum catalogus extat in calce secundae editionis *Theoriae philosophiae naturalis*, et quae simul collecta, 12 ad minus volumina conficerent. Nonnulla opuscula hujus collectionis 5 voluminum scripta sunt gallice ab ipso Bo-

scovichio sicuti etiam gallica sunt excerpta quae extant in fine singulorum voluminum = *De unione colorum aliorum post alios per binas substantias, ac unione multo majore per tres* in 4. Sine loco nec anno. Locus fortasse Mediolanum, ubi haec scribere caepit; annus profecto non fuit prior anno 1765 ex his quae scribit pagina tertia. Pagina vero prima ait se missum fuisse a Summo Pontifice ad invisendas paludes Pontinas, et Ariminum adiisse, ut portum fere obstructum repurgaret, et a Mediolanensi Senatu vocatum fuisse ad docendam Mathesin in Universitate Ticinensi; ejusdemque Senatus decreto Templum Princeps Mediolanense attentissime introspexisse, ut illi nova moles superimponeretur. = *De recentibus compertis pertinentibus ad perficiendam dioptricam* in 4 sine loco, nec anno. In Arcadum carminibus nonnulla sunt Boscovichii videlicet de Joan. V. et Carolo III. Carmina etiam italica ad musicam accommodata de Deiparae Visitatione edidit Viterbii 1750 Summae Cl. Calandrelli Mathematici doctissimi comitati debeo certo menosse nonnullas ex laudatis dissertationibus, quae anonymae prodierunt ad Boscovichium, quocum Calandrellus fuit magna necessitudine conjunctus, omnino pertinere.

Brignole Joannes Carolus, ex illustrissima familia Senatoria Genuae n. 22 Julii 1721: Soc. in Provinciae Mediol. ac. 28 Martii 1743, Vota 4 n. 15 Aug. 1757. Erat adhuc in vivis Senex venerandus anno 1806. = *Antierasto, o sia Erasto preteso Amico della Gioventù dimostrato vero nemico di essa e Traditore* (Antierastus, seu Erastus fictus amicus Juventutis, ejusdem inimicus, et Proditor ostensus) Assisii 1796 typis Octavii Scariglia in 8. Continet epistolas octo quibus eficaciter confutat Auctorem Erasti Jansenistam de SS. Pontificibus, et de Ecclesiae malemerentissimum = *Esame critico sopra alcuni punti di dottrina di Bajo Giansenio, e Quesnello.* (Examen Criticum de nonnullis sententiis Baii, Jansenii, et Quesnelli.) Avenione (fortasse Genuae) 1789 in 8: tacito auctoris nomine, et typographi. Continet epistolas octo contra Patrem Molinelli ex Scholis piis Bajanismum, et ejusdem filios intrudentem = *Raccolta di opuscoli interessanti. T. II.°* (Collectio opusculorum valde utilium) in 8, tacitis Auctore, loco editionis et typographo: Continet quatuor litteras, quibus robuste exagitat Patrem Cyrillum Capozza, publicum in Universitate Genuensi Theologiae Professorem minus catholice de Indulgentiis sentientem. Nondum vidi tomum I. nisi forte illud *Examen criticum* supra memoratum primum tomum conficiat. = *La dottrina della Chiesa condannatrice degli errori di Bajo, Giansenio, e Quesnel ... e la divozione del Sagro Cuore di G. C. etc.* (Doctrina Ecclesiae condemnantis errores Baii etc.) In Italia (credo Genuae) 1793 in 12.

Brotier Gabriel in oppido Tanay (non Tonnay, ut alii scribunt) agri Nivernensis natus 5 Septembris 1723. Societati accessit in Provincia Franciae an. 1740 in cujus Parisiensi Collegio anno 1751 Theologiae addiscendae operam dabat in annum secundum. Parisiis obiit 12 Februarii 1789. Si disciplinas Mathematicas excipias, in reliquis omnibus Brotierus excelluit; neque a studio medicinae abhorruit; solitus erat singulis annis ejusd. artis Principem Hyppocratem graece loquentem legere. Callebat linguas omnes eruditas praecipue latinam, in qua scribenda elegantissimus evasit. Linguas etiam vivas nobiliores novit. Antiquitatum tum Romanarum, tum Graecarum fuit insigniter peritus. Ingenio, judicio exquisito, et constanti legendi, meditandi, et scribendi assiduitate praestitit. Academia Parisiensis *Inscriptionum, et amoeniorum litterarum* praeclaram de Brotieri meritis testificationem fecit dum eum sibi Socium adscivit. Brotieri scripta = *Poematia graeca, et hebraica*: Extant in Collectione edita 1751 cujus est inscriptio *Ludovico XV ... Augustum Nepotem natum gratu-*

latur Regium Ludovici M. Collegium S. J. = *Critique d' un passage de Diodore de Sicile avec des reflexions* (Judicium de quodam loco Diodori Siculi cum meditationibus): Extat in memoriis Trevoltianis mens. Januar. 1752 = *Examen de l'Abbe de Prades* (Examen Apologiae Abbatis Prades), quod ornatur hac epigraphe *Bis peccat, qui crimen negat*. = *Cai Cornelii Taciti opera supplementis, notis, et dissertationibus illustravit Gabriel Brotier*. Parisiis per L. F. De la tour 1776: tom. VII. in 12 et Manhemii 1780 tom. V, sed omissis eruditissimis notis. Opus Eruditorum judicio praestantissimum in quo immensam Brotieri eruditionem est quod mireris, sicut et profundum in decernendo Judicium. Supplementa videntur esse ab ipso Tacito conscripta: adeo perfecte ejusdem stylum imitatur Brotierus. Raphael Pastor Interpres Italus Taciti convertit etiam Brotieri supplementa, ediditque Bassani 1790. Nentiquam neganda est merita laus tribus doctissimis Academicis Oxoniensibus Butler, Mortòn, et Stukeley, qui plurimi habentes propositam editionem Taciti illustrationibus, notis, correctionibus a Brotiero exornandam, eidem suis eruditis observationibus ex m ss. Taciti Codicibus, qui penes eos erant, generose auxiliati sunt, = *Clarissimi viri Nicolai Ludovici de la Caille Vita*, quam dicat Joanni Dominico Maraldi, Mathematico praestantissimo: Extat in opere inscripto *Le Guide des Jeunes Mathematiciens sur les Lezons de Mr. l' Abbè de la Caille, par un Ami del Auteur* Avenione 1766 = *Premier memoire sur les jeux du Cirque considerès dans les vues politiques des Romains*. (Scopus politicus Romanorum in celebrandis ludis Circensibus) Extat in tomo XLV. *memoires de litterature tirès des registres de l'Academie des Inscriptions, et des belles lettres*. Parisiis 1793. = *Seconde memoire sur le nombre des jours consacrez aux jeux du Cirque* (de numero dierum pro celebrandis ludis Circensibus). Ibidem = *Troisieme memoire*, de eodem argumento: Ibidem = *Memoire sur le connoissances, et l' usages de la soie chez les Romains*. (De notitia, et usu Sericorum apud Romanos): Ibidem sed tomo XLVI. = Novam editionem Brotierus curavit *Hortorum* Renati Rapini cum additamentis, adnotationibus, et historia Hortorum. Parisiis typis Barbou 1780 = *Phaedri Augusti Liberti Fabularum libri 5 cum notis, et Supplementis etc.* Parisiis apud Barbou 1783. Editio est correctissime collata cum antiquissimo m ss. reperto in Lotharingià a Sirmondo, et cum variantibus excerptis a Cl. Domino Vincentio Benedictino Maurinensi ex quodam etiam veteri m ss. Supplementa Brotieri stylum Phaedri ita pulcre imitantur ut putes ipsum esse Phaedrum fabulantem. Adjunxit etiam Brotierus fabulas celebriores Veterum Auctorum, ex quibus multum profecit elegans fabulator Fontaine = Accuratissimam quoque historiae naturalis Plinianae editionem curavit multis, et optimis Codicibus inspectis; unde Plinium duobus fere millibus erroribus purgavit, et eundem, quod miraculo eruditis lectoribus erit, sex millibus, et amplius notis illustravit. Sed hac editione non omnino contentus praeparatam habebat aliam amplissimam cum copiosis accessionibus omnium Inventorum ab initio Sacculi 18. Partem quoque habuit in nova editione operis *Lettres edifians*, sicuti etiam in editione operum Plutarchi quam suscepit ejusdem consanguineus Augustinus Brotier, qui Patrui vestigiis inhaerens, ejusdem eruditionem assequi conatur. Reliquit plures dissertationes m ss. de Plinii historia, plura monumenta spectantia ad Historiam Galliae, et precipue Provinciae Nivernensis; continuationem Compendii Chronologici Praesidis Henault, et Historiae universalis Bossuetii cum notis: adnotationes denique in Florum, Vellejum Paterculum, et Suetonium. Praestantissimum opus *Annales litteraires, et morales* tomo IV.° an. 1806 affert epitaphium a Brotiero conscriptum in laudem Athanasii Gallicani Christophori de Beaumont Archiepiscopi Parisiensis. Scribebat, dum mors eum

eripuit pium, et elegans opus de pietate in Deiparam Virginem Mariam. Duo nos monet Fellerus noster peropportune; primum in suo opere *Journal etc.* mense Majo 1789 dignissimum quod legatur, non esse Brotieri opus. *Reforme du clergè a proposer aux etats-generaux par l' Abbè Brotier*. Libellus hic infamis adversus Ecclesiam, quo facilius per manus omnium volitaret, Brotieri viri piissimi nomine a nescio quo sacrilego fuit typis vulgatus; alterum quod monet eodem in opere, sed mense Februario ann. 1792 est, nostrum Brotierum minime scripsisse opus *Paroles memorables recueillies par Gabriel Brotier ... publiees par A. C. Brotier, Neveus*. Parisiis apud J. G. Merigot 1790, sed falso eidem attributum fuisse a suo consanguineo Augustino Brotier. In tomo XLVII operis *Histoire de l' Academie Royal des inscriptions etc.* 1809 extat funebris laudatio Nostri Brotieri recitata in Comitiis Academicis habitis eodem anno. Elegans hujus laudationis scriptor multum mente lapsus est, dum asserit Brotierum, antequam Societati se daret, tyrocinium Religiosum posuisse apud Canonicos Regulares S. Genevefae. Rem omnino incredibilem narrat Instituti Societatis J. mediocrite gnaro, in quo prior in aliam Religionem ingressus maximo est, et ut dicunt dirimenti impedimento Societatem amplectendi. Fortasse laudati Canonici non erant votis solemnibus religiosis vere devincti.

Buchetti Aloisius Maria n. 13 Martii 1747, Soc. in Provincia Mediolanensi acc. 18 Octobris 1762. Rhetoricam in Mediolanensi Nobilium Collegio anno 1772 cum plausu docebat. Julii Caesaris Cordarae (de quo in loco) memoriam immortalitati consecravit elegantissimo scripto, cujus titulus. *De vita et scriptis Julii Caesaris Cordarae, et Societate Jesu, quandiu ea stetis, Commentarius*. Extat in *Opere latine, ed Italiane dell' Abate Giulio Cesare Cordara*. Tomo I.° editionis, Venetae 1804 apud Justinum Pasqnali Marii filium, in 8. In tomo IV.° ejusdem operis Cordarae extat inscriptio latina a Bucchetto, et Mauro Boni composita, qua inducitur Cordara sua opera consecrans Ferdinando IV.° Borbonio, et Mariae Carolinae Austriacae. = *Idilii di Mosco, Bione e Teocrito recati in versi latini dal Conte Bernardo Zamagna, volgarizati, e forniti di annotazioni da Luigi Maria Bucheti*. Mediolani 1784: Apud imperiale monasterium S. Ambrosii Maioris, in 8. Etsi idillia latine reddita magnam partem ad Zamagnam pertinent, nonnulla tamen sunt Raymundi Cunich. Interpretatio italico carmine proprio, et eleganti tota est Buchetti, sicuti etiam eruditae annotationes, in quibus nonnulla sunt ejusdem poematia. Pollicetur Buchettus, se totum Theocritum italice redditurum, quo certe facto Italos Musarum cultores aeternum devinciet.

Bueus Jacobus ex Provincia Flandro-belgica in cujus catalogis nominatur Jacobus de *Bue*. Anno 1770 degebat in domo professa Antuerpiensi Hagiographi munere fungens. Una cum sociis elaboravit, ediditque quinque primos tomos mensis Octobris. Autuerpiae 1765; 1766: 1767: apud Plassche: sed tomum IV. Bruxellis 1780; et quintum. Ibid. 1786 typis Regiis. Jacobus etiam est auctor elogii Jacobi Stiltingi (de quo in loco), quod extat in I.° tomo mensis Octobris; Obiit Bueus 1811 in urbe patria Hala 3 leucas procul a Bruxellis. Vide *Bollandiana*.

Buganza Caietanus, Mantuae natus 1732 die 2 Octob. Soc. ac. 1 Oct. 1750 v. 4 n. 2 Feb. 1767. Perusiae philosophiam docuit plures annos. Scripsit = *L' eloquenza ridotta alla pratica per ogni spezie di prosa profana e sacra etc.* (Eloquentia ad exercitationem deducta pro quacumque oratione soluta sive sacra, sive prophana) *Parte prima* Mantuae 1780 per haeredem Alberti Pazzoni in IV.° = *Parte seconda*. Ibidem = *Parte terza*. Ibidem = *La poesia in ajuto alla prosa* (Poesis solutae orationi subsidiaria). Ibidem. 1781 = *Della divozione. Sermoni nove*

per le feste del mese di Maggio Sacro a Maria etc. (Sermones novem mense Majo Deiparae Mariae consecrato) : est secunda editio . Florentiae 1782 typis Giglii,adjunctis pangvricis nonnullis .

Byeus Cornelius ex Provincia Flandro-Belgica , in cujns Domo Professorum Antuerpiensi Hagiologi partes sustinebat anno 1770 . Una cum Sociis Hagiologis edidit 5 primos tomos mensis Octobris : Antuerpiae 1765 : 1766 : 1767 apud Plassche : tomum vero IV. Bruxellis 1780 typis Regiis : et qnintum . Ibid. sed 1786 . Conscripsit etiam elogium Joannis Perier, quod extat in I.° tomo Octobris . Scripsit etiam = *Reponse de l'ancien des Bollandistes Corneille de Bye au memoire de M. des Roches touchant le testament de S. Remy* . Bruxellis apud Lemaire 1780 . Clarissimus Roches nitebatur celeberrimam donationem dictam *Testament* St. Remy non esse supposititiam , ut volebant aliqnot eruditi cum nostro Bollandiano Snyskeno . Byeus ergo hujus donationis falsitatem ostendit ; et Clarissimo Roche replicanti iterum satisfacit opusculo edito *Replique de l'ancien des Bollandistes Corneille de Bye a la lettre de M. des Roches* . Ibid. 1781 in 8 . Vide *Bollandiana Acta Sanctorum* .

C

Cabral Stephanus Lusitanus Dioecesis Guardiensis simul cum aliis eruditis Sociis Lusitanis Musaeum Kirckerianum reformavit , melioremque in ordinem digessit . Cardinalis Pallotta aqnis in ditione Pontificia inspiciendis et curandis Prefectns Cabralinm consiliarum dedit Benedicto Passionei Clerico R. C. Apostolicae ut praecipitem fluvii Velini in fluvinm Narem lapsum , a quo tot mala Interemnates patiuntur , contemplaretur , rationemque inveniret qua haec detrimenta minuerentur ; quod ille munus egregie praestitit . Pro determinanda velocitate , et quantitate aquarum decurrentium invenit Cabralius machinam mole parvam , quam nonnulli Hydrostatici commendant utilem ad commetiendum navium iter ex qua posset in mari longitudo(problema quidem adhuc ignotum)deduci . In Collegio quondam nostro Tiburtino vidi anno 1789 machinam , sive siphonem a Cabralio elaboratum pro haurienda , et attollenda aqua , qua praedicti Collegii Sodales percommode utuntur , ut puriorem , magisque defaecatam pluvialem ebibant . Ex Italia in Lusitaniam redux a multis Lusitanis dynastis invitatus fuit ob magnam ejusdem in rebus hydrostaticis peritiam non sine eorum emolumento . In his Marchio de Castel Meglior Cabralio dirigente campos facili et fere nullius impendii adaquatione feracissimos reddidit . Regina Fidelissima illum praefecit alveo Tagi corrigendo , ut injurias , ruinasque ab illo flumine arvis saepe illatas averteret . Qua de re dissertationem quandam conscripsit , qua lecta Academia Regia Scientiarum Ulyssiponensis Cabralium sibi socium adjunxit , et Regina annuo censu novum Academicum honestavit . Credo adhuc esse in vivis hoc an. 1810 virum ingenio summo mathematicae , ac physices doctissimum . Edidit = *Elementa praecipua Euclidis geometriae planae ac solidae ... accedunt Arithmeticae , et Algebrae principia* . Romae 1771 per Archangelum Casaletti in 8 . Auctor latere voluit sub siglis S. C. S. I. L. (Stephanus Capral , Societatis Jesu , Lusitanus) quae explicata patent in secunda editione ab Auctore recognita , et emendata Romae 1785 sumptibus Benedicti Settari = *Delle ville e de' più notabili monumenti antichi della Città , e del territorio di Tivoli nuove ricerche* (Disquisitiones recentes de villis , et insignioribus monumentis veteribus Tiburis , et agri Tiburtini) Romae per Puccinelli 1779 in 8 . Extat in fine charta typographica antiquo-nova agri Tiburtini . Hoc in opere conficiendo socium Cabralius habuit Fanstum del Re Tiburtinum Jesuitam = *Ricerche istoricho fisiche , ed idrostatiche sopra la caduta del Velino nella Nera etc.* Romae per Antonium Fulgoni 1786 in 8 : In his

disquisitionibus historicis, physicis, et hydrostaticis lapsus Velini in Narem laudatur pag. 17 Joannes Rojas S. J. quem Clemens VIII. anno 1596 consuluit de Emissario Curiano reficiendo, quo Velinus defluit. Sotuellus laudat quendam Joannem de Roxas Toletanum; sed nullam mihi lucem affert ut eundem hominem dicam. = *Viaggio alle Sfere, ovvero idea del mondo Fisicoastronomica, quale formar si potrebbe da un Viaggiatore delle Sfere Celesti. Divisa in Viaggi e digressioni conducenti alla giusta conoscenza della fabrica dell' Universo secondo le più fondate sentenze de' moderni filosofi, e più accreditati astronomi* (De idea mundi formanda a peregrinatore per coelestes sphaeras). Extat m ss. penes Franciscum Furtado nobilem Lusitanum mihi multa amicitia conjunctum, de quo in loco.

Calatayud Petrus de, Tafallae in Navarra natus 1 Aug. 1689 Soc. in Provin. Cast. ac. 21 Oct. 1710 vota 4 n. Vir vere Apostolicus qui magna omnigenae Theologiae supellectile ornatus, totum se Apostolicis excursionibus per Universam Hispaniam dedit, admirando cum fructu populorum: unde minime mirandum erat quod Hispani Episcopi illum adjutorem sibi ad propriam Dioecesin emendandam, et perficiendam certatim contenderent. De tanti viri virtutibus, et gestis extat commentarius nostri Navarrete, quem vide. Obiit Venerab. noster Bononiae plenorum dierum cumulatus meritis 27 Feb. 1773. In ejus loculo, apud aedes D. Ignatii, ubi erat Tyrocinium, reposita fuit tubo vitreo, quem alius ex aurichalco tegebat, haec inscriptio sepulcralis a Sodalibus Prov. Castellanae.

D. O. M.

Patri Petro de Calatayud = E Soc. J. = Gente Navarreo ex civitate Tafallae = Viro Apostolico = Ad majorem Dei gloriam propagandam = superiore saeculo nato = Verbi Dei ubique disseminandi = tum voce, tum scriptis = Indefesso administro = Qui ab ineunte adolescentia omnia sua studia = in salutem animarum procurandam = Contulit: = Tempore magisterii, quod summa cum laude = et excellentis ingenii opinione obivit = Quotannis expeditionibus sacris = Quadraginta ut minimum dierum spatio = Vacare coepit = Quibus deinceps perpetuo totus incumbens = Hispanias, ac Lusitaniam fere universas = Mirifico fructu peragravit = Indias quas in votis habenit, nec obtinuit = Atque universum orbem = Libris editis illustravit = Graves perditissimorum hominum inimicitias = Pro religione suscepit = In rebus prosperis, et adversis = Aeque imperturbatus = Hispania demum infirmitate, atque incommodis = Ingravescentis aetatis pene confectus = Cum officiose retineretur = Exul voluntarius discessit = Post ingentes labores terra marique = Post dolores acerbissimos in extremo morbo = Invicta patientia toleratos = Caelestem patriam unice appetens = Corde in affectus, et voces = Ardentissimae charitatis effuso = Sexto proscriptae Societatis Hispaniensis anno = Ab ipso initae sexagesimotertio = Professionis 4 votorum quadragesimosexto = Aetatis octogesimoquarto = Aeternum victurus in pace decessit = Die 27 Februarii = Anno Domini MDCCLXXIII = Magno sui desiderio, virtutumque omnium = Obedientiae praesertim, usque ad mortem = Raro exemplo relicto = Optimo Seni, Magistrorum antiquissimo = Evangelii praeconum aetatis nostrae = Facile Principi = Fama sanctitatis, et doctrinae = Apud omnes magno = Vera pietate maximo = Superis hominibusque gratissimo = P. P. Castellani = S. J. = Bene merenti = P. P.

Opera: *Missiones*, y *Sermones etc.* tomi duo in 4 Matriti ex typographia Petri Bieco 1754. Primus tomus continet institutionem novitiis Missionariis utilissimam: secundus vero conciones. Dicat opus Emmanueli Murillo, et Argaiz Episcopo Segobiensi. = *Doctrinas practicas* tomi III. in fol. Plurimi haben-

tur institutiones istae ob perspicuitatem, et copiam disciplinae theologicae de moribus, ad quos etiam religiose corrigendos mirifice juvant = *Doctrina practica ... a los Ministros publicos de la Real Chancilleria de Valladolid*. Vallisoleti typis Sodalitatis Bonae mortis 1748 in 4. Qui hunc Regium Senatum Vallisoletanum constituunt docentur omnes de suis muneribus fideliter exequendis. = *El Magisterio de la fè, y de la razon aque debe rendirse el hombre* (opus insigne contra libertinorum opinandi licentiam). Hispali ex typographaeo Doctoris Hieronymi de Castilla 1761 in fol. = *Incendios de amor sagrado, y respiracion amorosa de las almas devotas en el corazon de Jesus* (Incendia amoris sacri, et suspiria amatoria animorum piorum in Jesu Chris. cor) Valentiae per Stephanum Dolz 1736 in 12; et est quinta editio = *Juicio de los Sacerdotes, doctrina practica, y anatomia de sus conciencias etc.* (Sacerdotes in judicium vocati, et conscientiarum eorum anatome) Matriti per Engenium Bieco 1754 in 4; quod opus dicat Auctor Thomae Josepho de Montes, Archiepiscopo Episcopo Cartaginensi, doctissimo, et sanctissimo viro. Digna est quae legatur approbatio hujus operis a Patribus Dominicanis Collegii et Universitatis Orcellensis summis in Jesu Societatem encomiis onusta = *Catecismo practico etc.* Vallisoleti typis Sodalitatis piae mortis 1747 in 12 = *Triunfo Sagrado de la Conciencia* (Sacer Conscientiae triumphus) Salmanticae 1751 in 4: sumpto nomine Ramiri Cayorcy Fonseca: totus est contra Comoedias obscoenas. Nonnemo putat hujus operis Auctorem esse Franciscum Moya, qui natus Alamae in Regno Granatensi mense Januario an. 1696, Societati acces. in Prov. Castellana mens. Dec. 1717, in qua non sine opinione Philosophiam tradidit, v. 4 nuncupavit 15 Aug. 1733, et Bononiae obiit 29 Januarii 1782. = *Tratados y doctrinas practicas sobre ventas, y compras de lanas merinas etc.* (De emptione, et venditione lanae *Merinae*) Toleti per Franciscum Martin 1761 = *Corona de 10 Estrellas... a la SS. Virgen* (12 de Deipara Elogia) Caesaraugustae per Josephum Fort 1751 = *Exercicios espirituales para Ecclesiasticos, y ordenandos* (exercitia spiritualia ad usum Ecclesiasticorum) = *Practica instruction para Religiosas, y sus Directores* (Doctrina pro Monialibus, et earum Directoribus) = *Anatomia moral del hombre* (Moralis de homine anatome) = *Sentencias de la Sag. Escritura para echar saetillas* (Sententiae ex S. Scriptura ad pie feriendos animos) = *Meditaciones practicas sobre los Novissimos* (De novissimis meditationes) = *Practica de la Vida Christiana, y dulce* (Exercitatio vitae Christianae, ac suavis) = *Gemidos del corazon contrito* (Cordis contriti gemitus) = Plura etiam mss. hispanica reliquit; in his Apologiam pro Societate: De Angelo Custode: Vitam Ducis Granatae: affectus pios in SS. Trinitatem: miscellaneum opus de variis secretis, et medicamentis: tomosque duos de factis singularibus tempore suarum Expeditionum. De Calatayudo adhuc vivente ita sensit doctissimus Trinitarius Emmanuel Rivera praestantissimum Academia Salmanticensis lumen in II.° tomo Philosophiae pag. 156: *incorruptis moribus, ingenio, et scientia dives quem honorit causa nomino Pater Magister Petrus de Calatayud verbi Dei praeco per Hispaniam famigeratissimus*.

Campserver Ignatius Manresae in Catalonia n. 17 Maii 1722 Soc ac. in Prov. Aragoniae 10 Octobris 1738 v. 4 n. 2 Feb. 1756: Obiit Ferrariae 1798. Rhetorica et Philosophia traditis Mathematicas artes profitebatur Barcinone, cum exul coactus est in Italiam abire. Opera. = *Oratio Rhetorica latina*. Gerundae edita nomine cujusdam sui discipuli versus an. 1751 = *Altera Graeca*. Ibidem versus 1753 nomine etiam discipuli = *Amalthaeum Prosodicum, seu Prosodia latina* sex vocabulorum millibus aucta. Ibidem apud Antonium Oliva 1757 = *Cosmografia fisico-istorica, e stato presente del mondo* Ferrariae 1785 apud Fran-

ciscum Pomatelli in 8; in cujus operis praefatione Lectores monet omnino absolutam habere sermone latino *Bibliothecam*, *et Dictionarium Mathematicum* tomis VI. comprehensum; quod in patria sermone Hispanico inchoaverat = *Amalthaeum alterum prosodicum seu prosodiam Hispanam*: m ss. quod Barcinone reliquit simul cum *Vita Jesu Christi* Abbatis S. Real hispanice reddita; et cum *Zoilo litteratorum* tribus tomis, ubi plura affert de crassis quorumdam Auctorum erroribus, de somniis, ac vanitate eorumdem, de bibliothecis illitteratorum, et de ridiculis librorum inscriptionibus: ac denique *Mercurio Geographico*, sive *Vocabulario* duobus praegrandibus voluminibus.

Carrich Joannes n. 1735, Soc. ac., in Prov. ad Rhenum inferiorem 1755. In Collegio Coloniensi Theologiam tradebat an. 1770, cum antea S. Scripturam, et linguam Hebraicam professus fuisset in Collegio Burensi. Extincta Societate designatus fuit Canonicus Capitularis Ecclesiae Colononiensis ad SS. Gereonem, et Socios Martyres, Gymnadis Tricoronatae Regens, Examinator Synodalis, Almaeque Universitatis studii Coloniensis Rector, Judex Ordinarius, Juriumque ac Privilegiorum Conservator Apostolicus. Opera= *Joannis Carrichii in Universitate Coloniensi Doctoris Theologi de Ecclesia*, *Romani Pontificis*, *et Episcoporum legitima potestate libri tres contra perturbatores Ecclesiasticae Hierarchiae ac pacis*, *istorumque Principem Justinum Febronium etc.* Coloniae Agrippinae typis Metternichianis 1773 in 4. Justinum eleganter, et invicte perstringit, errores, et malam fidem detegit, et Rom. Pontificis jura nervose, et erudite tuetur. Hic est libri primi tomus primus; nescio an reliquos ediderit. = *Judicium Theologorum Coloniensium de libro cui titulus*: Opuscula de Deo Uno, et Trino ... Auctore Antonio Oehmbs etc. Coloniae Agrippinae formis Schambergicis 1790. Confutantur, et justa nota inuruntur crassissimi errores Antonii Oehmbs circa Trinitatem tres in ea essentias stupide constituentis. Judicium hoc sapientissimum collegit Carrichius ex singulorum Doctorum Coloniensium judiciis, quorum illustria nomina digna sunt quae huic loco apponantur: primus ipse Joannes Mathias Carrich: Franciscus Franch ex Ordine Praedicatorum: Jacobus Meuner ex eodem Ordine: Nicolaus Brewer Augustinianus: Antonius Curten Minor Conventualis: Adamus Rosell Abbas Benedictinus: Albertus Walter Augustinianus: Joannes Hungers ex ordine Praedicatorum: Amandius Hesselmann: Elias Raab Carmelitanus: Aegidius Schmitz: Reinerus Krosch: Theodosius Henrici Minor Conventualis. = *Doctrina Catholica de traditionibus Divinis ex idea Ecclesiae repetita*, *atque asserta*. Coloniae typis Universitatis 1791 in 8.

Catalani Michael Firmi nobili loco n. 27 Sep. 1750, Soc. in Prov. Romana ac. 20 Nov. 1766. Physicae studebat in Collegio Romano anno 1772. Canonicatu in Patria post Soc. extinctionem honestatus sui ingenii, et eruditionis non vulgaria documenta in lucem proferre coepit. = *De vita et scriptis Dominici Capranicae Cardinalis*, *Antistitis Firmani Commentarii*. *Accedit Appendix monumentorum*, *et Corollarium de Cardinalibus creatis*, *nec promulgatis*. Firmi per Augustinum Paccaroni 1793 in 4. Dicat opus Romualdo Braschio Onestio Cardinali Pii VI. Sororis filio = *Dell'origine dei Piceni Dissertatione* ibid. 1777 apud haeredes Bolis 4. = *De Ecclesia Firmana*, *ejusque Episcopis*, *et Archiepiscopis*. *Commentarius*. Ibidem per Josephum Augustinum Paccaroni; quem dicat Andreae Minuccio Archiepiscopo Firmano = *Origini*, *e Antichità Fermane* ibid. 1778 in 4. A me dictis addit Vecchietti in Bibliotheca Picena = *Memorie della Zecca e delle monete Fermane etc.* (De officina Firmana monetarum) Boloniae typis Laelii della Volpe 1782 fol. quam dicat Andreae Minucci Archiepiscopo Fermano = *Vita di S. Fermano*

Abbate dell' ordine di S. Benedetto, descritta da Golmario Marsigliano edizione seconda accresciuta. (Vita S. Fermani Abbatis): editio secunda cum additamentis Firmi per Josephum Alexandrum Paccaroni; tacito Catalani nomine = *Memorie istoriche di S. Vittoria V. e Martire Romana etc.* (Memorie historicae de vita S. Victoriae V. et M.). Camerini per Vincentium Gori 1788 in 4: sine auctoris nomine. Audio Catalanum obiisse Bononiae post an. 1800.

Chantre y Herrera Joseph in oppido Villabraxima Dioecesis Palentinae n. mense Martio 1738 Soc. in Prov. Castellana ac. mense Majo 1755. Anno 1767 erat Metaphysices Professor in Regio Collegio Salmanticensi. Obiit Placentiae 21 Augusti 1801, dum summo cum plausu ibi Theologiam doceret, invitatus a Duce Parmae Ferdinando I. Borbonio, qui Regium S. Petri Placentinum Convictum erexerat anno 1794, illumque regendum Exjesuitis tradiderat, praeclarisque Scientiarum professoribus ornaverat = *Dissertatio Theologico-Dogmatica de infallibilitate Summi Pontificis in rebus fidei definiendis*. Parmae per Philippum Carmignani 1794 in 4. Dicatur opus profecto eruditum eidem Parmae Duci = *Tractatus Theologicus de charitate ... in quo expenditur ad loca Theologica sistema Cl. D. Joannis Vincentii Bolgeni de amore Dei, accedit appendix super novissima ejusdem apologia*. Bononiae ex typis S. Thomae Aquinatis 1792 in 4. In appendice utitur Joseph stylo aliquantulum acri contra Bolgenium, qui in suae opinionis apologia non ita comiter habuerat suos oppugnatores Muzzarellium, Cortesium, et Antonium Josephum Regono Philosophiae emeritum Professorem in Universitate Sassaritana in Sardinia = *Historia Missionum Jesuiticarum apud Maynas in Provincia Quitensi* (hispanice) Extat m ss. in fol. Iriarte noster, qui Missionarius fuit apud illas gentes suis narrationibus, et m ss. juvit multum Josephum sibi amicissimum.

Cibot N. N. Missionarius Sinensis, rerum illius Imperii peritissimus quem Academia Petropolitana sibi Socium adjunxit. Obiit in Sinis 8 Augusti 1780 suae vitae 54 = *Epistola ad R. P. D.* data Pekini, 3 Nov. 1771. Extat in collectione 30 (Recueil) Epistolarum Missionariorum Jesuitarum = *Alia ad Dominum..* data 11 Junii, sine anno: Extat in eadem collectione = *Fungus Sinensium Mo-Ku-Sin descriptus*. Extat in tomo XIX. operis inscripti *Novi Commentarii Academiae Scientiarum Imperialis Petropolitanae*. Petropoli 1775 in 4 typis Academicis. = In tomo VIII. operis *Memoires concernant l' histoire .... des Chinois* extant Ciboti duo specimina, unum de ratione scribendi, alterum de lingua Sinica cum annotationibus, quorum pars secunda extat in tomo IX. In tomo X. extat Collectio sententiarum, proverbiorum etc. Sinensium quae Cibotus ex multis libris Sinensibus selegerat = In tom. XI. extant aliquot Ciboti dissertationes, v. g. de Persicis, de argento vivo etc. = In decimotertio dissertationes de diuturna veterum, praecipue Sinensium vita: de apibus: Cervo, et nonulla Poematia Sinica gallice reddita. = In tomo XIV. prolixum excerptum ex magno Commentario Ciboti in sacrum librum Esther; ubi mores, ritus etc. in hoc sacro libro contenti conferuntur cum ritibus, et moribus Sinensium = In tomo XV. extat pars secunda hujus excerpti.

Clavigero Franciscus Xaverius in Vera Cruce celeberrimo Novae Hispaniae portu nobili genere n. 9 Septembris 1731, Soc. in Prov. Mexicana ac. 13 Feb. 1748: Rhetoricam Mexici, Philosophiam Vallisoleti, et Guadalaxarae in Nova Hispania docuit. In transmigratione Italica in legendo, et scribendo magna contentione vitam consumpsit. Obiit Bononiae postridie Calen. Aprilis 1787 = *Storia antica del Messico etc.* tribus tomis in 4. Cesaenae per Gregorium Biasini 1780. Anno insequenti eodem loco, et typographo edidit tomum quartum, varias continentem eruditas dissertationes. Anglice conversa per Dominum Cullen edita fuit

Londini 1787: edita etiam fuit germanice, et Danice. = *Storia della California*: tomi II. in 8. Venetiis apud Modestum Fenzo 1789. Multum profecit Auctor ex m ss. Michaelis del Barco, et Lucae Ventura qui plures annos apud Californios degerant. Edidit etiam Cesaenae italice narrationem historicam de *apparitione Deiparae Guadalupensis*. Ediderat ni fallor in Nova Hispania vitam Emmanuelis, sui germani fratris, et vitam D. Joannis Nepomuceni ex italico conversam. = *Colloquium inter Philalethem, et Paleophilum de Physices studio*: hispanice. Me latet, an sit typis editum. = Epistolas binas D. Francisci Salesii de ratione Cristiane concionandi hispanicas reddidit cum opportunissimis scholiis; has etiam reor ineditas fuisse. Varia etiam alia m ss. reliquit, in his nonnullas interpretationes hispanicas ex Graeca, Latina, Gallica, et Etrusca lingua. Joannes Aloysius Maneiro (de quo in loco) agit de Clavigero cum laude in *Vitis aliquot Mexicanorum*: Parte secunda.

Colomes Joa. Bap. Valentiae n. 22 Feb. 1740. Soc. ac. in Provincia Aragoniae 31 Jul. 1755. Otium Italicum ad studia Mathesis, et exercitationes poeticas multiplici foenore convertit. Obiit Bononiae 7 Januarii 1807. Edidit = *Agnese di Castro. Tragedia*. Liburni per Joannem Vincentium Falorini 1781 in 4 = *Il Coriolano. Tragedia* = *Scipione in Cartagine. Drama* = *Adoracion de los Reyes. Drama Sagrado*. (Adoratio Jesu Infantis a Magis). Valentiae apud Viduam Martini Peris 1800 in 8 = *Laudatio funebris Josephi Mognino Canonici Murciensis*: Est versio italica ex Hispanica auctore Joanne Lozano; et extat in opere Τετραπλα. *Honores sepulcrales etc.* Ferrariae per haeredes Josephi Rinaldi 1787. His elucubrationibus a me visis adduntur a Josepho Fontio a Valle sequentes typis etiam editae = *Poesias sobre la muerte de J. C.* (Poemata de Christi morte) = *Hermenildo, y Armengola. Tragedia* = *Osservazioni sopra l' Achille, e Demofonte del Metastasio* = *La concordia tra la Virtù, e la Sapienza* (Concordia virtutis cum sapientia) = *Memorie apologetiche di un marmo Viterbese* (De veritate inscriptionis marmoreae Viterbiensis) = *Compendio della Storia Messicana di Clavigero* = *Riflessioni sopra le congetture metereologiche del Dott. Lorenzo Pignotti* = *Miscellanee curiose* = *Les Philosophes al encant* (Philosophi subhasta) = *Poesias Castellanas* (Carmina Hispana) = *Dialogo sobre el Nacimiento de J. C.* = *Dialogo Sagrado.* = *Dialogo in una vestizione di monaca*. Ut verum fatear Fontii affirmatio non plurimam mihi fidem facit. In dubium vero vocandum non est Colomesium m ss. reliquisse, digna quae praelo committantur.

Conca, y Alcaraz Antonius, nobili genere in oppido Onteniente regni Valentini n. 16 Junii 1745, Soc. in Prov. Aragoniae ac. 18 Oct. 1760. Otium Italicum suis elucubrationibus fructuosum reddidit. Degit Genuae hoc anno 1814 a variis Italiae Academiis Socius adptatus, in his numeratur illa celebris Georgophilorum. Edidit = *Desrizione odeporica della Spagna etc.* Parmae typis Regiis 1793 etc. tomi IV. in 8. Opus egregium ad ducendos quasi manu peregrinantes per Hispaniam, ut a praejudicatis opinionibus soluti, probe noverint quidquid, natura, ars, et industria praeclarum, et excellens in illo regno protulerint. Multum Antonio Hispania debet propterea quod ejusdem nationis incognitos exteris sculpturae, picturae, et architecturae thesauros manifestos fecerit. Laudanda quoque est Antonii modestia in oppugnandis Britannis Henrico Swinburne, et Eduardo Clarke, turpes quorum errores, atque inscitiae, dum de Hispania loquuntur, stomachum cuivis non admodum inepto movent = *Discorso sopra il fomento dell' industria popolare etc.* (Tractatus de promovenda industria populari) Venetiis per Carolum Palese 1787 in 8. Est versio ex Hispanico Comitis de Campomanes, cui Antonius interpretationem suam dicat, et erudita praefatione, opportunisque no-

tis exornat. Plurima etiam Antonius Judicia reddidit de rebus maxime hispanicis, quae extant in nuntiis litterariis Italiae, maxime in Florentinis dictis *Novelle letterarie di Firenze* = MSS. habet Epistolam hispano sermone datam 18 Maii 1789 ad Carolum Andres, in qua defendit Joannem Andres ejus germanum fratrem (de quo dixi) in controversia de prima institutione Collegiorum sive Seminariorum ab Arabibus contra Auctorem operis inscripti *Disertacion historica, sobre las Sociedades Colegios, y Academias etc.* Vide *Idiaquez*.

Contzen Adamus, ex eodem mea sententia familiae fonte manans, quo antiquus ille Adam Contzen, vir praestantissimus, quem eximie laudat Sotuellus in Bibliotheca, et quem recens Adamus doctrinarum copia, et religionis defendendae ardore imitandum sibi videtur proposuisse. Natus est an. 1739, Soc. ac. in Provincia, ad Rhenum inferiorem 1756. Auditor erat Theologiae in secundum annum in Collegio Burensi an. 1766. Extincta Societate renuntiatus fuit Ordinarius, et Publicus Philosophiae Professor in Gymnasio Coloniensi Trium Coronarum, et muneri sibi imposito cumulatissime respondens edidit cum iam esset facultatis Artium Decanus = *Praelectiones Logicae*. Coloniae, et Francofurti sumptibus Joannis Michaelis Josephi Pütz Bibliopolae 1775 in 8. In prolegomenis prudentem rationem affert cur nonnulla accurate tractet ab aliis peripateticos nimium fastidientibus negligenter tractata, quia Adolescentibus non tantum utilia, sed fere necessaria experientia teste confirmat. Praeterea vir modestissimus ingenue auctores laudat, quorum opera in concinnanda Logica est usus. Coloniae iterum editae fuerunt 1785 typis Joan. Godscalci Langen. = *Praelectiones Metaphysicae. Liber primus complectens Ontologiam, ac Theologiam naturalem*. Coloniae, et Francofurti sumptibus Joannis Michaelis Pütz 1777 in 8 = *Praelectionum Metaphysicarum liber secundus complectens Psychologiam*. Coloniae, et Francofurti sumptibus Joannis Godschalci Langen 1780 in 8. In I.° libro laudat Franciscum Antonium Zacaria, qui in tomum II. Thesauri Theologici inseruit dissertationem qua Zaccaria systema Praedamitarum egregie confutat, et a Contzenio compendiariam factam. Absolvitur liber iste primus praeclarissima confutatione errorum, et sophismatum I. B. Robinet, Auctoris operis inscripti *De la Nature* in quo de origine mali, et de perfectionibus Divinis insipientissime tractat. In libro II.° citatur Guilielmus Hyacinthus Bougeant Auctor operis *Amusement philosophique sur le langage des betes*, quod noster maxime reprehendit, eo quod plures Scripturae, et Patrum Senteutias, ridicule ut suam confirmet, interpretatur; adjungit Bougeantium epistolam typis edidisse, in qua non modo libellum reprobat, sed veniam etiam ob offensionem publice proditam deprecatur; et Lectorem Adamus vocat ad Dictionarium Physicum Paulian qui verbo *Bougeant*, hujus fata describit. Observandum est clarissimum Nostrum Auctorem tam in praelectionibus Logicis, quam in Metaphysicis in libro I.° opus *de Principiis Juris Naturae* polliceri, quod si aliquando ediderit, haudquaquam dubitandum est, quin istis praelectionibus supra recensitis, quam simillimum sit, optima rerum dispositione, stili claritate, rationum pondere, et quod prius est defendendae et illustrandae religionis ardore, quam ubi nata est occasio, in Lectores instillat. Juventutem hortamur, ut praelectiones istas si quid proficere malunt, assidue pervolutent; et Auctorem, quem vivum credimus, et quam diutissime vivere vehementer optamus, amicissime amplectimur.

Cordara Julius Caesar ex Comitibus de Calandrana Alexandriae Liguriae (della Paglia) n. 16 Dec. 1704 Soc. ac. in Prov. Rom. 20 Dec. 1719, v. 4 n. 2 Feb. 1739. Litteris amaenioribus, et Philosophia traditis renuntiatus fuit a Praeposito Generali anno 1742 Historicus Societatis, quod munus usque ad ejusdem

extinctionem obivit. Arcadia Romana cum sibi Socium adscivit imposito nomine *Panemi Cissei*. Academia quoque *Immobilium*, quae Alexandriae multa opinione floret Cordaram extincta Societate sibi Principem delegit. Obiit in patria 6 die Martii 1785. Demortui Cordarae laudes persecutus est publico in conventu eruditissimus Marchio Carolus Guasco; et Urbs Alexandria Concivi Suo honores decrevit statuae marmoreae in publico Palatio cum perhonorifica inscriptione in qua Cordara celebratur *Ob edita plurima ingenii monumenta ... Scriptor habitus sui aevi nulli secundus*. Cordara fuit amaenissimo ingenio, litteris praecipuae latinis excultissimus, carminibus tum latinis, tum Hetruscis pangendis excellens, et summa morum facilitate praeditus, quibus ornamentis optimatum etiam animos sibi devinciebat. Opera = *In fatuos numerorum Divinatores Carmen*. Extat in tomo XII. Collectionis Calogerianae edito 1737; et in aliis Collectionibus. Illud Clemens Bondi carmine italico edidit = *La morte di Nice*. (Poema Pastorale in obitu Clementinae Sobieski) Genuae apud Bernardum Tarigo 1754, editionem curante eruditissimo Marchione Eugenio Guasco additis ex suo adnotationibus sub nomine Arcadico *Alcisto Solaidio* = *L. Sectani Q. Fil. de tota Graeculorum hujus aetatis litteratura ad Gajum Salmorium Sermones* 4 *Adcessere quaedam M. Philocardii Enarrationes*. Genevae (reapse Lucae) 1737 apud Tornesio. Praecessit alia editio sine enarrationibus, quarum dicitur Auctor Lagomarsinius. Nonnulli Eruditi cum Joanne Lami se his Cordarae carminibus taxatos rati, contra eum, imo contra totam Societatem ediderunt quasdam *Menippeas latinas*, et opus Italicum *I Pifferi di Montagna*, quibus Cordara respondens iterum edidit Sectanum 5°. et 6°. libro auctum, Augustae Vindel. 1764, et alibi. = *In funere Caroli VI. Oratio*. Romae 1741 typis Komarek, quam dicat Cardinali Nicolao Giudice. = *Historia Societatis J. Pars 6 complectens res gestas sub Mutio Vitellesco*. Romae 1750 typis Antonii de Rubeis fol. Asservabatur tomus alter in Tabulario Romano m ss., qui in quas manus inciderit, prorsus ignoro = *Vita Thomae Cevae* sermone italico: extat in tomo V. *Vite degli Arcadi illustri*. Romae 1751 = *Fondazione di Nizza* (de Niceae urbis aedificatione poema ludicrum). Taurini 1789 = *Bibliothecae scientiarum, et artium Scriptoribus Epistola*. Extat in volumine III.° *Saggio critico della corrente letteratura Straniera*. Mutinae 1758. = *Risposta al parere d' un Giureconsulto* (Missori) *intorno alla celebre causa Januense* (Responsum cuidam jurisperito de causa Januensi) Romae 1740 = *Relazione della vita, e martirio del V. P. Ignazio de Azevedo* (De vita, et martyrio V. Azevedi). Romae 1743 = *Vita del B. Gregorio Barbarigo* (Vita B. Gregorii Barbarigo). Romae 1761 = *Vita, virtu, e miracoli della B. Eustochio Vergine Padovana* (Vita etc. B. Eustochii Virginis Patavinae) Romae 1765 per Grossi, et dicatur Clementi XIII. = *Vita del B. Simone de Roxas* (Vita B. Simonis) Romae apud Generosum Salomoni 1766 = *Ester* (Poema ad leges Musicae de Esthere) sumpto nomine Arcadico. Romae per Antonium de Rossi 1744. = *Roma giubbilante nel felicissimo arrivo di S. M. C. Giuseppe II.* (Poemation de Romae laetitia in adventu Josephi) Romae 1769 = In collectione Poematum quibus Arcades Romani celebrarunt electionem Abundii Rezzonici in Senatorem Urbis inscripta *Adunanza degli Arcadi etc.* Romae 1766 apud Casaletti extat Cordarae epigramma latinum. = *Betulia liberata, Tragedia*. Astae Pompejae (Asti) 1781 = *Capitolo sopra il Pallone volante* (De globo aereostatico Carmen) Roma 1784 per Casaletti = Auctor etiam Cordara fuit unius e duobus scriptis, quae simul edita fuerunt Venetiis 1782, et 1784 hac inscriptione: *Il buon raziocinio dimostrato in due scritti, ossiano saggi critico-apologetici sul famoso processo, e tra-*

gico fine del fu Padre Gabriele Malagrida (Innocentia Malagridae demonstratur ex ipsis Actis criminalibus). Lugani 1784, et est secunda editio nullatenus nominatis Caietano Forti Fidei Promotore opusculi primi Auctore, neque Cordara Auctore secundi, quod iam inde ab anno 1761 omnium manibus terebatur hoc titulo *Estratto del processo del P. Malagrida con una chiara dimostrazione della sua innocenza cavata dal processo medesimo in risposta ad un Amico*, uti scribit Franciscus Carrara, qui primigenium m ss. penes se habebat. Uude perperam in his duobus editis Luganensibus alius dicitur fuisse Auctor: idem Carrara meminit cujusdam Cordarae scripti de rebus Concinianis. = *Collegii Germanici, et Hungarici Historia. Accedit Catalogus Virorum illustrium, qui ex hoc Collegio prodierunt*. Romae 1770 in 4 per Joannem Generosum Salomoni; quam dicat Auctor Christophoro Migazzi Cardinali, et Archiepiscopo Viennensi, qui olim in eodem Collegio alumnus fuerat. Liquet ex Catalogo XIII. ad minus alumnos fuisse Cardinales; VI. Romani Imperii Electores; Primates, et Archiepiscopos XXI. Episcopos CXXI. praeter C. alios titulares, et Sufraganeos; Abbates, et Praepositos ornatissimos perplures, praecipue Benedictinos; aliosque fere sine numero viros tum militaribus, tum politicis muneribus clarissimos. Ubinam gentium extitit unquam tam foecunda virorum illustrium officina, et schola? = In tomo I.° inscripto *Rime del Sig. Cavaliere D. Alessandro Sappa etc.* Alexandriae 1772 typis Ignatii Vimercati extant Cordarae 37 Epigrammata (Sonetti); et in II.° tomo nonnullae etiam cantiones ejusdem: sicuti tria capitula de ficta coma Boscovich. = *Discorso in morte dell'insigne Poeta Pietro Metastasio recitato il dì 6 Luglio del 1782 in Alessandria etc.* (Oratio in obitu Metastasii) Romae 1783 typis Aloysii Perego Salvioni in 8: praeesserat editio Alexandrina. = *De vantaggi dell' orologio Italiano sopra l' oltramontano discorso... recitato 28 Feb. 1783* (Horologium Italicum caeteris antecellit) Alexandriae typis Ignatii Vimercati etc. in 8. = *Saggio di Egloghe militari etc.* Rome per Archangelum Casaletti 1784 in 8: et est quarta editio. Sex continet eclogas italice scriptas, et sex alias latinas quae sunt italicarnm interpretatio. Sciendum est Cordaram hanc suam interpretationem edidisse sumpto nomine *Nivildi Aphronii*, quo latere credidit Cl. Xaverius Mattei Franciscum Carbone, illasque sub nomine Carbonis Neapoli edendas curavit. Optimo consilio vir eruditissimus, et Cordarae amicissimus Benedictus Vulpius (de quo in loco) edenda denuo suscepit omnia Cordarae opera etiam inedita titulo *Opere latine ed italione dell' Abate Giulio Cesare Cordara dei Conti di Colamondra*. Tomus I. Venetiis 1804 apud Justinum Pasqnali Marii filium. Praemittitur huic tomo Cordarae vita per eleganter scripta latine ab Aloysio Maria Buchetti (de quo dixi). Vitae succedit *Commentarius. Caroli Odoardi Stuardii Walliae Principis expeditio in Scotiam libris quotuor comprehensa*, qui nondum erant editi. Singulari in Cordaram studio eruditissimus Franciscus Cancellieri penes quem erant libri, illos edendos suscepit. = Tomus II. ibidem, et continet *Collegii Germanici et Hungarici historiam 4 libris comprehensam*. Tomus III. ibidem, et continet orationem in funere Caroli VI: Gregorii XIII. Panegyricum, orationem in instauratione studiorum: epistolam ad Joannem Antonium Sergium: ad Gajum Salmorum Sermones 8, quorum 7 est in fatuos numerorum Divinatores, et octavus in rerum alienarum inspectores. Hosce sermones consequuntur varia poematia, et epigrammata. Tomus IV. ibidem sed anno 1805 plurima opera poetica italica continet: in his lepidissima carmina in pulicem, muscam, ed id genus exigua molesta animalia, quae Editor Parnassi Italici perperam tribuit Angelo Cordarae: tres elegias latinas de ficta coma Rogerii Boscovich dum Londini versaretur cum versione italico carmine Raymundi Cunich: insuper 6

eclogas militares latinas cum interpretatione italico carmine ab ipso Cordara facta. Absolvitur tomus duabus egregiis latinis inscriptionibus sepulcralibus in Cunichium et Boscovichium anctore Stephano Antonio Morcelli (de qno suo loco); et tertia alia inscriptione, qua Cordara Ferdinando IV, et Mariae Carolinae Austriacae sua opera inducitur dicare ab ejusdem inscriptionis auctoribus Aloysio Buchetti, et Mauro Boni de quibus dixi. Cordara Reliquit m ss. commentarios *De suis ac suorum rebus, illisque suorum temporum usque ad occasum Societatis Jesu*; quos possidet Cl. Franciscus Cancellieri qui suis eruditissimis lucubrationibus in lucem editis magnum sibi nomen apnd doctissimos quosque merito peperit. Ex dictis commentariis Cancellierius excerptum quoddam edidit Romae typis Francisci Bourliè ann. 1814 die ipso 7 Augusti in quo Sum. Pontifex Pius VII. solemni caerimonia Societatem Jesu toti orbi restituit, titulo a Cancelliero invento *Vaticinium P. Julii Caesaris Cordarae de Societatis J. resurrectione una cum interpretatione Italica Cancellierii*. Susceperat etiam Cordara conscribendam historiam *de Vita, et rebus Clementis XIII.* in duas partes distribuendam, quarum primam omnino absolverat, quod testatur Franciscus Carrara verbo *Clemens XIII.*

Costa Gallisà Lucianus Vici in Gotholaunia n. 5 Dec. 1731. Soc. in Prov. Aragoniae act. 3 Sep. 1746 v. 4 n. 2 Feb. 1765. Rhetoricam in Hispania Poeticam ac Philosophiam cum laude docuit. Ferrariae, ubi omnigenae tum graecae, tum latinae, qua pollebat, eruditionis profundo cum ingenio, et acri judicio conjunctae habito experimento a Ferrariensibus, una voce fuit renuntiatus publicae bibliothecae Praefectus; quod certe munus homini peregrino, et exuli, nonnisi meritis cumulatissimo, commendandum esset. In Universitate Caesenatum inauguratus fuit in utroque jure Doctor. Obiit 1811 et in patria ni fallor. Opera = *Apolo, y Minerva en Parnaso. Drama*. Cervariae typis Academiae 1759 in 4. Plausum facit Carolo III. et Mariae Amaliae ex Solio Regio Neapolitano ad Hispanicum auspicato evectis. = *Defensa del Padre Lalemand, y de sus reflexiones morales sobre el nuevo testamento en respuesta auna carta inserta en el memorial literario de Madrid de 1 Febrero* 1788 (Defendit robuste Lalemand observationes, et annotationes in N. Testamentum) In 12 = *De vita, et scriptis Josephi Finestres, et a Monsalvo Jurisconsulti Barcinonensis etc.* Cervariae Lacetanorum typis Academicis 1802 in 4: duabus partibus: earum prima quatuor elegantissimis libris Finestresis gesta narrat, altera accuratam, eruditamque continet recentionem operum scriptorum a Josepho, ejusdemque fratribus Jacobo Monacho Populetano, Daniele Canonico Praemonstratensi, et Petro Joanne Canonico Illerdensi = *Officium Ecclesiasticum SS. Martyrum Vicensium Luciani et Martiani*, quo utitur Ecclesia Vicensis. = Opus egregium de principiis juris naturalis, ac politici Burlamacchi ex gallico italice conversum a Comite Benedicto Crispi suis correctionibus, et notis illustravit Costa, ut innoffenso pede opus Auctoris Heterodoxi legeretur. Venetiis 1780 apud Joannem Gatti in 4 = M. S. sunt quae sequuntur = *Piano sulla maniera di ordinare una pubblica libreria* (Ratio constituendi rite Bibliothecam publicam) = *Scelta degli studii, e de'libri* (Electio sive praelatio Studiorum et Auctorum) = *Supplemento, e continuazione della biblioteca degli Scrittori Ferraresi, che scrisse il Dottore Gianandrea Barotti*. (Supplementum, et continuatio Bibliothecae Auctorum Ferrariensium Andreae Barotti) in fol. Erat penes Cardinalem Joannem Mariam Riminaldi, cujus jussis obsequens Costa hanc continuationem perfecerat = *Mantisa ad utramque Nicolai Antonii Bibliothecam Hispanicam* in fol. = *Observationes philosopicae, in quibus praeter animadversiones varias ad omnium humanitatem pertinentes, loca plurimorum Scriptorum emendantur, et illu-*

strantur = *Osservazioni filosofiche sulla Teodicea di Leibnitz*. (Observationes philosophicae in theodiceam Leibtnitzianam) = Plura ejusdem poematia graeca latina, gallica, hispanica extant in variis collectionibus editis; sed tacito Luciani nomine.

Cunich Raymundus Ragusae n. 14 Junii 1719, Soc. in Prov. Romana acc. 20 Nov. 1734 v. 4 n. 2 Feb. 1752. Per celebres Praeceptores Fabium Danzettam in tyrocinio, Carolum Rotium in Rhetoricis, Boscovichium in Mathematicis et in Philosophicis Joannem Baptistam Faure magno suo emolumento habuit. In domo Quirinali S. Andreae 15 annos Rhetoricam docuit, discipulosque habuit Lucchinium, Lanzinm, Ignatium Rossi, Morcellium, Marottium etc. Quot, et quales viri! Translatus ad Collegium Romanum Rhetoricam etiam annos 3 explanavit. Extincta Societate Raymundus magnis propositis stipendiis ab Universitate Pisana omni litterarum genere florentissima invitatus fuit; sed vel rennente Cardinali Zelada Urbem tam egregio Viro viduari, seu ipse Raymundus Urbis amore pressus conditionem neglexit, ibidem que remansit. Obiit Romae 1 Kaleud. Decemb. 1794 et sepultus est in SS. 12 Apostolorum aedibus sacris. Vir fuit modestissimus vel in tanto gloriae litterariae culmine locatus. Neminem neque verbo, neque scripto laesit; et injuriarum, quas haud semel eidem exhibuit invidia, minime ultor; candidissimis moribus, et disciplinae religiosae diligens custos. Scripta. = *Selecta carmina Graecorum versa latine*: extant in opere Bernardi Zamagna, inscripto *Echo: libri duo*. Romae typis Bizzarrinis Komarek 1764 in 8 = *Homeri Illias latinis versibus expressa*. Romae per Joannem Zempel 1776 fol.mag. Approbarunt magnis encomiis hanc Cunicchii interpretationem viri eruditi, librisque vulgatis spectatissimi Philippus Bonamici Rom. Pontifici ab epistolis latinis, qui ait Cunicchium *veteres omnes interpretes, qui magno numero idem conati sunt longe antecessisse*. Alter vero Censor Petrus Antonius Serassi haud minus interpretem laudat = *Elegiae plurimae*: extant in libro *Poetarum infecundorum* = *Idillion* Theocriti de Epithalamio Elenae carmine latino expressum extat in *Poetie degli Academici occulti etc.* Romae 1777 typis Joannis Zempel in 4 = *Anthologica, sive epigrammata anthologiae Graecorum selecta latinis versibus reddita et animadversionibus illustrata*. Romae 1771 typis Michaelis Angeli Barbiellini in 8 = *De bono aerumnae*. Elegia. Varsaviae 1770 ut opinatur Editor operum latinorum Mazzolari in tomo ejusdem Mazzolari inscripto *Commentarii*; deinde Cremonae 1772 = *Clemente XIII. P. M. renuntiato oratio habita in Collegio Romano pridie Kalendas Sep. anni* 1758. Romae 1758 typis Joannis Generosi Salomonis in 4 = In collectione carminum quibus Arcades Romani Abundium Rezzonicum Electum Urbis Senatorem laudarunt, inscripta *Radunanza degli Arcadi etc.* Romae per Archangelum Casaletti 1766, extant Cunichii elegia, et epigrammata duo latina. = *Raymundi Cunicchii Ragusini epigrammatum libri 5 Accedit Hendecasyllaborum libellus*. Parmae ex publico Typographeo 1803 in 8 optimis typis et charta. His 5 libris continentur 585 epigrammata, sale, et munditie eximia tum moralia, tum encomiastica, satyrica, ludicra, et varia. Hendecasyllaborum libellus complectitur hendecasyllaba 22. Monendus est Lector *Lydam* illam de cujus laudibus sepe agit noster esse lectissimam illam faeminam Mariam Pizzelli latine, et graece doctissimam, cujus aedes doctissimus quisque Romae ut eam audiret erudite disserentem adibat: quae obiit anno 1807 lugentibus Musis. Josepho Marotto (de quo in loco) Cunicchio amicissimo debemus hanc editionem epigrammatum, quam tunc Parmaensis editoris fidei commiserat, cum idem a Pio VI. Pontifice M. accersitus fuerit sui per Italiam, et Galliam triumphalis in maximis aerumnis itineris comes. Qua sua in Pium VI. fidelitate Marotius meruit ut a Pio VII. Sexti dignissimo successore amplis-

simo munere Scriptoris sui latinarum, epistolarum, deinde vero libellorum ad Principes exornaretur. = *Epigrammata* Cunichius reliquit m ss. ad multorum millium numerum quae laudata Pizzellia possidebat praeter innumera alia, quibus volumina fere 12 compleri possunt, et quae Marottius in Raymundi obitu reperit = *Orationes plurimae latinae*, quae apud eundem Marottum extabant. Eruditi plurimi demortui Cunicchii elogium contexuere in his Michael Comes Sorgo, et Joachimus Tosi Pio VII. Pontifici a litteris latinis, et nunc 1814 Episcopus Anagninus, qui grati animi causa vitae Raymundi sibi olim in litteris institutoris elegans commentariolum edidit Romae typis Palearinianis 1795. Angelus etiam Fabroni eleganti admodum sermone latino vitam Cunicchii scripsit, et extat in tomo XVI. *Vitae Italorum etc.*

D

Denis Michael Bojus natus in oppido Scharding 27 Sep. 1729, Soc. ac. in Prov. Austriae 18 Oct. 1747. Vota 4 n. 2 Feb. 1763. An. 1773 praeerat Bibliothecae Garellianae in Collegio Theresiano Viennensi, et Professorem agebat Ordinarium Bibliographiae, et Historiae Litterariae, quarum incrementum maximo cum Auditorum fructu perquam praeclare curavit. Extincta Societate adscriptus fuit consiliis Aulicis Augusti, et Bibliothecae Caesareae Praefectus. Immensae lectionis vir ex qua ditissimum omnigenae eruditionis thesaurum collegit. Elegantissimus quoque sermone patrio habetur a nostro Josepho Eckhel de quo in loco, in opere *numi veteres anecdoti ex Musaeis etc.* Denisius erat in vivis an. 1792 Denisii Scripta. = *Sammlung Kurtzerer Gedichte aus den nevern DichternDeutschlander zum Gebrauchs der Jugend.* (Collectio brevis poematum Poetarum recentiorum Germanorum de moribus Juventutis). Viennae 1762, et Augustae 1766 in 8. *Auf den tod des Feldmarchalls Grafen von Daum* (De obitu comitis Daum) Viennae 1766 in 4°. = *Poetisches Sendscreiben an Herrn Klopstock* (Epistolae Poeticae ad Dominum Klopstock) 1764 in 8 = *Poetische Bilder der meisten Kriegerischen Vorgange in Europa seit dem Jahre* 1756 (Imagines poeticae plurimorum Bellicorum Ducum in Europa post annum 1756): duabus partibus, an. 1768 = *Die gedichte Ossians eines alten Celtischen Dichters aus dem Englischen ubersetzt* (Poemata Ossiani veteris poetae Celtici ex Anglico in germanum sermonem conversa) tribus, partibus sive tomis. Viennae 1768, et 69 = *Auf die Reise Joseph des II.* 1769 (De itinere Josephi II.) = *Auf die Reise Joseph des II.* 1770 (de itinere Josephi II. anno 1770) = *Auf Gellerts tod* (De obitu Gellertii) 1770 in 8 = *Bardeufeyer am tage Theresens* (Bardica solemnitas in die Theresiano) Viennae 1770 in 8 = *Die Saule des Pflugers* (Agricolarum patrocinium) 1771 in 8 = *Die Lieder Sined des Barden mit Vorbericht und Ammerkungen* (Cantica Sinedi Bardi cum praefatione, et notis) Viennae 1772 in 8 = *Grundrisz der Litterargeschichte* (Idea historiae litterariae) Viennae 1776 in 8. Ex *Austria docta* = *Einleitung in die Bucherkunde* (introductio ad librorum cognitionem): partibus duabus: hoc opus laudatur a Krommer in suis institutionibus historiae litterariae *Theologiae*, utpote *miro brevitatis, perspicuitatis, industriae, judicii, ac eruditionis certamine compositum* = *Suffragium pro Johanne de Spira, primo Venetiarum typographo*. Viennae typis Joan. Thomae de Trattnern 1794 in 4°. Hoc opusculo ostendit Michael Spiram, non vero Jensonum, ut nonnulli contendebant fuisse, qui in Venetias typographiam invexit. = *Die Merkwurdigkeiten der K. K. garellischen offentlichen Bibliothek am Theresiano* (Notabilia Bibliothecae Regiae Caesareae Garellianae publicae in Collegio Theresiano) duab. part. Viennae: Ex Laurentio Veith in *Scriptura Sacra contra Incredulos propugnata*. = *Jugendfruchte des K. K. Theresianum. Erste sammlung.* (Collectio primae fructuum juventutis Collegii

Reg. Theresiani). Viennae 1772. Eodem anno prodiere quoque secunda, et tertia Collectio fructuum, quos intelligo esse opuscula litteraria juventutis ejusd. Collegii, videlicet poematia, oratiunculas, et id genus alia, eaque saltem majorem partem fuisse latine scripta, et a Josepho Retzer germanice fuisse reddita inscriptione dicta *Jugendfruchte etc.* Auctor *Austriae doctae* plane asserit Retzerum germanica fecisse poemata latina Deniisii. = *Wiens Buchdruckergeschicht* (Instructio de typographia Viennensi): Duab. part. Viennae 1782; quam ipse Denisius laudat in Supplementis ad Michaelem Mattaire. = *Codices m ss. Theologici bibliothecae Palatinae Vindobonensis latini, aliarumq. Occidentis linguarum etc. Volumen I. pars I. Recensuit, digessit, indicibus instruxit Michael Denis* Vindobonae typis et sumptibus Joannis Thomae Nob. de Trattnern 1792 fol. Imperiali: Haec prima pars Voluminis primi describit a primo 305 Codices = Volumen primum. Pars secunda ibid. 1794. Describit Codices a 305 ad 659. = Volumen primum. Pars tertia ibid. 1795 describit Codices a 659 ad 975. = *S. Aurelii Augustini Hipponensis Episcopi Sermones inediti admixtis quibusdam dubiis membranis ec. XII. Biblioth. Palat. Vindob. summa fide descriptit, illustravit, indicibus instruxit Michael Denis etc.* Vindobonae typis Joannis Thomae nobili de Trattnern fol. imperiali. 1792. Auctores operis *Giornale Ecclesiastico di Roma* in tomo 7°., et 8°. meminerunt cum laude hujus inventi Denisiani. = *Annalium typographicorum V. Cl. Michaelis Mattaire Supplementum adornavit Michael Denis etc.* Pars prima. Viennae typis Josephi Nobilis de Kurzbock 1789 in 4°. = *Pars secunda* (quae complectitur libros annorum nota destitutos) ibidem omnino. = In prima parte Supplementi augentur annales Mattaire 4056 editionibus: in secunda parte accessiones sunt 2214. Ex voluminibus M SS. Theologicis quae in Bibliotheca Imperiali Vindobonensi servantur, elaboravit Denisius summa contentione per annos 12 *apparatum Theologicum M SS.* quem summis votis Auctores operis *Giornale Eccl.* di Roma tomo 12 exoptant in lucem edi.

Diesbach Nicolaus Josephus Albertus de, nobilissimo genere Bernae apud Helvetos n. 15 Feb. 1732; Abjectis haeresi Calviniana, et re militari, uxoreque e vivis erepta, Societati accessit in Provincia Mediolanensi 19 Oct. 1759. In Collegio Taurinensi obibat anno 1772 Missionarii, et Catechistae munus. Obiit Viennae ad Danubium versus 1794. Edidit = *Le Chretien Catholique inviolablement attachè a sa Religion.* (Christianus Catholicus suae Religioni inviolate affixus) Taurini apud Joannem Fontana 1771: Volum. 3 in 12: in primo volumine tacetur auctoris nomen, quod in secundo, et tertio manifestatur = *Solitarius Christianus Catholicus* sermone gallico, quem hetrusce reddidit Joannes Dominicus Giulio, ut ab eodem accepi, et de quo in loco.

Dobrizhoffer Martinus ex Provincia Austriae, ex qua post cognitam Viennae Philosophiam, et Theologiae curriculum Graecii Styrorum inceptum in Paraquariam se transtulit an. 1749, in cujus Collegio Cordubensi, Theologiae studium absolvit. Illico se et ad recentem Neophytorum fidem conservandam, et ad Ethnicorum conversionem procurandam totum se omnino convertit. Utrumque excoluit opus magna animi contentione nullis periculis parcens, nullis laboribus, ut tam gloriosum sibi propositum finem obtineret. Non semel mortem sibi a Barbaris imminentem impavidus, et soli Deo fidens aspexit. Duobus ante expulsionem Jesuiticam annis a Barbaro quodam sagitta saucius, ac fere confectus fuit. Abiponum qui barbaros inter omnes ferocissimi sunt, vere Apostolus nuncupandus est: eos ferinis expoliare moribus, ad Religionem, et ad Regis Hispani obedientiam reducere hoc unum illi studium fuit; et incredibile est quantum in illo exequendo

iusndaverit. Expulsione denique Hispanica non sine lacrymis charissimos sibi neophytos, ac laboribus onustum, periculis, ac miseriis Apostolatum sibi suavissimum relinquere coactus est. Expulsionem secuta totius ordinis extinctio, dum ille in Viennensi Professorum domo Societatis muneribus daret operam, gravissimum illi vulnus inflixit, cujus dolori levando historiam gentis Abiponum conscripsit, quae ob narrationis veritatem, ob styli candorem, ob innumeras, et oppido novas observationes, quas affert de geographia, plantis, animalibus, uno verbo de historia naturali universa, nequit quibusvis eruditis viris non summopere placere: Edita fuit hac inscriptione: *Historia de Abiponibus etc.* Viennae typis Josephi Nob. de Kurzbock 1784 in 8 tribus partibus, sive tomis. Plurimi habetur Charta geographica de Paraquaria ab eodem confecta, quia reliquis, quae praecesserunt, multo correctior.

Doyar Petrus de, Societati in Provincia Gallo-Belgica accessit post 1756: cujus multas epistolas vidi ad nostrum Carolum Budardi, quarum una scripta 1790 ait se annos agere 62. Scripsit. = *Eclaircissement sur la tolerance, ou entretien d' une Dame, et de son curè, Rotomagi* (confictus est locus pro *Leodii*) impensis Societatis Bibliopolarum 1782 in 12 tacito nomine. Egregia colloquia sunt, quibus eleganter et magno rationum pondere infringuntur incredulorum conatus tolerandum publice esse quidquid Philosophi hoc nomine indigni contra rationem, et mores effutiunt Reddita fuerunt Batavice, et Germanice. = *Lettres d' un Chanoine Penitencier de la metropoli de ... a un Chanoine Theologal de la Cathedrale de ... sur les affaires de la Religion ...* Editio vigesima correctior, et auctior. Ex typographia Nationum 1790 in 8 tacito Auctoris nomine: editae quoque fuerunt sermone Batavico. Opus inscriptum *Recueil des reclamations Belgiques* pollicetur editionem vigesimaprimam multo prioribus nitidiorem, et auctiorem harum litterarum; quae etiam editae fuerunt titulo *Le triomphe des Lettres d'un Chanoine etc.* Haec nostra editio, sicut editio titulo *Le triomphe etc.* aucta est observationibus quibus respondetur cuidam scripto titulo *Reponse aux Lettres d'un Chanoine*. Suspicor Petrum Doyar eundem esse atque obscurum latentemque P. I. D. qui his siglis edidit = *Developpement du Catechisme de Cambrai, de Liege, et de Namur*. (Explicatio Catechismi Dioecesium etc.) Trajecti ad Mosam apud P. L. Lekens: tomus primus an. 1788; alter 1789 in 8. Huic operi non exiguas laudes tribuit Noster Feller in *Journal* April. 1789 edito non Leodii, sed Trajecti ad Mosam.

E

Eckhel Josephus natus in oppido Enzersfeld Austriae inferioris 13 Januarii 1737, Societati accessit in Austriae Provincia 17 Oct. 1651 v. 4 n. 2 Feb. 1770, quo anno Rhetoricam docebat in Coll. Academ. Viennensi. Anno eodem Romam adiit, ubi antiquitatibus tum Romanis tum Graecis cognoscendis multam operam dedit. Roma Florentiam venit, ubi a Leopoldo Magno Hetruriae duce destinatus ille fuit, ut Musaeum nobile illud Monetarium in meliorem ordinem digereret. Anno 1777 Thesauro Caesareo numorum, gemmarum que veterum, et rei antiquariae in Universitate Vindobonensi docendae erat Praefectus. Edidit vir doctissimus, et in explicandis numis felicissimus = *Gedicht auf die Abreise J. K. H. Marien Charlotten Erzherzogina von Oesterreich*. (Poemation de discessu Mariae Archiducis Austriae) Viennae 1768. in 8 = *Rede auf die Reise Joseph II. in Italien* (Oratio de itinere Josephi II. in Italiam) Viennae 1770 in 8. *Numi veteres anecdoti ex Musaeis Cesareo Vindobonensi, Florentino M. Ducis Etruriae Granelliano etc.* duabus partibus. Viennae Austriae per Josephum Kurzbock 1775 in 4 quas dicat Impera-

trici Mariae Theresiae. Prima pars agit de numis in Europae Urbibus signatis. Secunda agit de numis in Asia, et Africa signatis etc. In praefatione laudat Nostrum Christianum Edschlagero, qui Byzantii animarum saluti vacabat, et numos graecos multos conquisivit. Redux ex oriente in urbe Styriae Austriae superioris in pio animarum obsequio obiit 1740 quique ediderat poema didascalicum de arte numismatica. Dicit etiam in prologo se collegam quondam habuisse et praeceptorem nostrum Josephum Khellium, qui videtur obiisse 1772. Citat etiam nostrum Michaelem Denis, quem ob patrii sermonis illecebras multum commendat. Laudat etiam nostrum Valentinum du Val qui obiit 3 Non. Nov. 1775, et qui catalogum numorum Musaei Cesarei typis dederat. = *Doctrina numorum veterum*. Pars prima volumen primum. Vindobonae sumptibus Josephi Camesina: impressit Ignatius Alberti 1792 in 4°. Dicatur opus ab Anctore, Francisco II°. Imperatori Germanico. In erudita longaque prefatione ait se vulgavisse *Descriptionem numorum Antiochiae Syriae* et sine dubio continetur in Parte secunda operis *Numi veteres, et anecdoti etc:* in eadem flocci, seu nihili facit nostrum Alexandrum Panelium, auctorem duorum librorum, de *numo Tarraconensi* unum: alterum *de anno XI Treboniano*. Praefationem excipiunt eruditissima prolegomena de monetae inventoribus, de ejusdem materia, pondere, vocabulis, de inscriptionibus etc. quaeque ad hanc doctrinam plane imbibendam necessaria sunt = *Pars prima Volumen secundum* ibidem 1794 = *Catalogus Musaei Caesarei Vindobonensis numorum veterum distributus in partes duas etc.* Vindobonae 1779. fol. = *Sylloge prima numorum veterum anecdotorum thesauri Caesarei*. Viennae 1786. in 4°. Obiit Eckelius ni fallor post 1800.

Engstler Josephus Mathias natus in oppido Oett in Austria 22 Febr. 1725 Soc. ac. in Prov. Austriae 14 Oct. 1740. V. 4 n. 15 Aug. 1758, Docuerat Poesin, linguam hebraicam, Philosophiam, et Theologiam. Theologiae fuit Doctor, et Custos erat Bibliothecae Vindobonensis ann. 1777 = *Institutiones linguae Sanctae*. Graecii 1758 = *Institutiones Sacrae Scripturae, de divina origine, et natura Sacrarum Scripturarum*. Pars prima Viennae 1775; Pars secunda. Ibid. 1776 in 8. Ex Austria docta. In Collegio Viennensi Scripturam S. explanabat. 1773.

Eximeno Antonius. Valentiae n. mense Sep. 1729 Soc. ac. in Prov. Aragoniae mense Oct. 1745 in qua vota 4 nuncupaverat. In Universitate Valentina fuit publicus Rhetorices Professor tanta Senatus Valentini approbatione, ut quas Antonius Orationes latinas publice habuit, suis impensis typis vulgandas jusserit. Cum etiam ille disciplinas Mathematicas egregie calluisset, renuntiatus fuit a Rege Carolo III. ut eas mercede annua haud exigua eidem assignata edoceret Juvenes nobiles arti tormentariae addiscendae destinatos in Regio Seminario Segoviensi ab eodem Rege erecto. Italiam advectus patria cadere cum reliquis Sociis coactus Philosophiam, Mathematicas, maxime Musicam excoluit: et cum viris Romanis eruditis multam amicitiam iniit, a quibus multum commendabatur ejusdem ingenium et eruditio. Post alteram a Patria prescriptionem dictarum disciplinarum meditationibus varium omnigenae eruditionis studium adjunxit. Romae obiit pie 9 Junii 1808. = *Lettera ... al R. P. M. Tomm. Maria Mamachi etc.* Mantuae typ. Joannes Braglia 1783 in 4. Joannem Andres defendit contra Mamachium. = *Carta del Ab. Don Antonio Eximeno al Reverendissimo P. Maestro Fray Tomas Maria Mammacchi sobre la opinion que defiende el Ab. D. Juan. Andres en orden a la literatura Ecclesiastica de los Siglos etc.* Matriti per Antonium Sancha 1784. 4°. Est versio Hispanica praecedentis, nescio quo interprete = *De sinceritate Sacrae Doctrinae*. Oratio habita

ad Senatum Valentinum an. 1757. Valentiae typis Benedicti Monfort 1757. 4. = *Oracion q. en la abertura de la R. Academia de Caballeros Cadetes etc.* (Oratio habita in institutione Regiae Academiae Segoviensis etc.) Matriti typis Elisaei Sanchez 1764 in 4°; quam ipsi Juvenes Tormentarii Regi Carolo III. dicant = *Institutiones philosophicae et mathematicae*. Matriti ex typographia Regia 1796. 8: tomi duo, reliquos editurus dum otio frueretur. Sciendum est in tomum secundum insertam fuisse dissertationem de libertate humana iam antea vulgatam in ejusdem opusculo *De studiis philosophicis et mathematicis instituendis* = *Dell'origine e delle regole della Musica colla storia del suo progresso, decadenza, e rinnovazione*. Romae 1774 typis Barbiellini in 4°. (De origine et regulis Musices). In 4°. quod opus hispanicum reddidit Franciscus Antonius Gutierrez Sacellanus Regius; atque edidit Matriti 1796 typis Regiis = *El espiritu de Maquiavello etc.* Valentiae typis Benedicti Monfort 1799. 8. Est versio Hispanica, interprete eodem Eximeno, operis italici adversus perversa dogmata politica Machiavelli. Interpretatio hispanica operi Italico praestat duabus dissertationibus adjunctis, una de *fortitudine bellica Christianorum adversus incredulos*; altera de quadam ex Aristotele graeco versione latina = *Duda de D. Antonio Eximeno etc.* (Dubitatio Antonii Eximeno adversus Patrem Martini) Matriti 1797. 8: typis Regiis: Est versio hispanica operis Italici Eximeni confecta a Francisco Antonio Gutierrez, Sacellano Regio = *Responsa* 4; satis lepida, et non parum acerba vulgavit Eximeno italice, tacito nomine, urbe, et typis in 4 adversus Auctores Ephemeridum Romanarum anni 1774 severum admodum judicium ferentes de opere italico laudato *De origine Musices*. Et ut varia videas hominum ingenia, hoc idem opus Scriptores Ephemeridum Florentinarum summis laudibus sustulerunt, et Eximenum *Musices Neutonem praedicarunt*. Alii quoque Eruditi viri Eximenum aeternis laudibus sunt prosecuti. Franciscus Cerda Consiliarius Regius, inter Hispanos vir omnigena eruditione clarus in opere *de Hispanis purioris latinitatis cultoribus* edito Matriti 1781 haec de Eximeno scribit pag. 137: *Sed tacitus praeterire non possum Antonium Eximenum vulgatis aliquot orationibus dum Valentiae in Collegio S. J. bonas litteras profiteretur non minus disertis, quam eruditis illustrem*. Interpres Hispanus epistolae Eximenianae italicae ad Clar. Mamacchium antea laudatae praedicat Eximenum *virum eruditissimum, facundum Oratorem, Philosophum profundum, subtilissimum Mathematicum, praeclarum Theologum; et in arte Musica longe illum superasse celeberrimos Mathematicos Jartinum, Rameavium, Martinium, Eulerum etc.* = *Vaticinium Calcantis ode*; incipit *Qua fons beatis sedibus adstrepit etc.* extat *in Poesie degli Academici occulti etc.* Romae 1777 typis Joan. Zempel in 4. = *Conoio de Deipara immaculata*; *sermone hispano*. Valentiae typis Benedetti Monfort 1762 in 4 = *Conoio de 24 Martyribus etc.* Ibidem = *Observatio transitus Veneris perdiscum Solarem facta in regia specula una cum Christiano Rieger*: *Extat una cum aliis aliorum observationibus simul editis Viennae Austriae* 1761. Alia quoque Noster conscripsit, quae nescio an fuerint typis edita: ex g. *apologiam quandam* lepidissimae historiae magni illius inter dementes Herois Domini Quixoti, auctore facetissimo Michaele de Cervantes Saavedra, quam nonnullis erroribus nitebatur esse conspersam Clar. et eruditissimus Vir Rios Centurio Classiarius quamvis ejusdem Historiae, illustrator alias eximius. Scripsit etiam facetissime adversum quendam Musices Ecclesiasticae Corypheum, nostri Antonii impugnatorem. Eximenum Romani Arcades suo eruditissimo Collegio coaptarunt imposito nomine. *Aristoxenis Megarei*.

Farlati Daniel in oppido Forojuliensi S. Danielis n. 22 Feb. 1690. Soc. in Provincia Veneta ac. 12 Nov. 1707 v. 4 n. 2 Feb. 1725. Studiis philosophicis, ac theologicis probe instructus, Patavium urbem missus, annos plures usque ad obitum anno 1773, in Illyrico illustrando Superiorum jussu consumpsit. Neque Historici munus haudquaquam Danieli nomen fuit, ut a reliquis Societatis officiis sibi vacationem daret. Confessionibus excipiendis, in carcere detentis juvandis, concionibus habendis fuit semper assiduus. Modestia singulari vir, et amore in Societatem filiali, cujus aerumnae amarissimam Nostri senectutem reddiderunt. Scripta = *Illyricum Sacrum*. Tomis quinque in fol. Tomus primus Venetiis apud Sebastianum Coleti 1750. Praefatio hujus primi tomi ad Pacificum Bizza Archiepiscopum Spalatensem singulari eruditione ornatur. Dicat Auctor opus Benedicto XIV. Secundus Venetiis apud Sebastianum Coleti 1753 dicatur eidem Pontifici. Tomus. III. ibid. 1765 et dicatur Clementi XIII: Tomus IV. ibid. 1769 et dicatur Archiepiscopo Spalatensi. Tomus V. ibid. 1775, quem Jacobus Coleti S. J. dicat Archiepiscopo Jaderensi. Praemittitur huic tomo elogium Farlati conscriptum ni fallor ab ipso Jacobo Coleti, qui jubentibus Superioribus Illyrico illustrando socius Farlato adscitus fuerat. Inter egregii operis laudatores annumerandi sunt eruditi Actorum Lipsiensium an. 1759 Scriptores a quibus summopere commendantur Farlati ingenium, eruditio, elegantia; atque modestia. = *De artis Criticae inscitia antiquitati objecta liber singularis*. Venetiis 1777 apud Sebastianum Coleti in 4. Jacobus Coleti, cujus sunt notationes in fine, dicat Joanni Paulo Delfini Episcopo Cenetensi hanc egregiam elucubrationem ad bonae sanaeque Critices amussim elaboratam in defendenda antiquitate contra Criticos Bailletum, Dupinium etc.

Faure Joan. Bap. Romae n. 25 Oct. 1702. Soc. ac. in Prov. Rom. 30 Martii 1728, v. 4 n. 15 Aug. 1738. Insignis Philosophus, et theologus, quem et ipsi Theologi Romani cum veneratione suspiciebant, et ab ipsis Rom. Pontificibus arduis in causis consulebatur. Vitam fere omnem transegit in Collegio Romano, traditis summa opinione doctrinae, acutissimi ingenii, et acerrimi judicii Philosophia, Theologia Scholastica, Polemica, ac Biblica. Illico a Societatis extinctione truditur in Arcem S. Angeli a Societatis inimicis de acri Faurei stilo timentibus. Demortuo Clemente XIV. Pius VI. eum a Carcere liberum reddidit. Romae aliquantulum constitit, sed invidia oppressus Viterbium sibi elegit domicilium: ibi obiit multis, magnisque exhibitis pietatis exemplis 25 Ap. 1779. (Videantur Morcelli de Stilo Inscriptionum latinarum, et Ephemerides Romanae editae an. 1779 pag. 252) Opera. = *Memorie apologetiche in risposta alle opposizioni contro il Decreto del Re de' Longobardi Desiderio etc.* (tacito Auctoris nomine.) Viterbii 1779. 4. Insudat multo Fauraeus, in defendendis Anii Viterbiensis Chronicis ab Eruditorum censuris = *Giudizio imparziale sulla controversia fra i Padri Conventuali ed Osservanti etc.* Opus posthumum Cosmopoli 1779 in 4. Docte, erudite, et sine offensione partium agit de controversiis duarum harum Congregationum circa antiquitatem, ingenuitatem, et paupertatem. Editor (qui me latet) suam Faurei operi haud ineptam praefationem adposuit. = *Apparatus brevis ad Theologiam et Jus Canonicum*. Venetiis apud Remondinum 1753. Praecessit editio Romana 1751 = *Theses polemicae de R. Pontifice, Conciliis, et Ecclesia ... accedit Dissertatio de Capitulis S. Caelestino I. olim tributis etc.* Romae 1754. 4. Ex Zacaria. *Stor. Letter.* tomo I°. = *Dissertatio polemica de jure Regaliae et primarum precum contra publicistas Protestantes etc.* Romae typis Salomoni 1753. 4 sine Auctoris nomine, quem ipsa eruditio summa, et ra-

tionum nervi satis manifestant. Zaccaria etiam in *apparatu ... ad Theologiam etc.* edito Romae 1773 Fauraei nomen declarat = *Congetture fisiche intorno alle cagioni de' Fenomeni osservati in Roma nella macchina elettrica*. Romae apud Bernabò 1747. 4 = *Tabulae chrologicae. Editio 3. Accessit Dissertatio historico-critica, qua Chronologiae in Joannis Dominici Musantii tabulis expositae specimen apologeticum exhibetur*. Romae 1750. 8 typis Jo. Generosi Salomoni. Has Musantii tabulas Chronologicas continuatas jubente Benedicto XIII, ab anno 1692 in quo Musantius desierat, a Nostris Dominico Centi, et Antonio Casini, Faureus adornavit novis additamentis, dissertatione historico-critica laudata, allocutione ad Lectores, ed dicatione Nicolao Spinelli Episcopo Aversano = *Ritrattazione solenne di tutte le ingiurie etc.* Neapoli 1744. 4 tacito Auctoris nomine = *Supplementi alle prime animadversioni che contro la Causa del V. Monsig. Giov. di Palafox ha fatte Mons. Sampieri, Promotore della Fede*: tacitis Auctore, loco, et anno. Supplementa sunt numero 4, in quibus de Palafoxiana causa agit. = *Relazione istorica, e Theologica del Bajanismo, del Giansenismo, e del Quesnellismo*. Extat non nominato Auctore, in *Giornale Ecclesiastico di Roma*: tomo IV. et V, Supplementi. Josephus Cernitori Auctor Bibliothecae Polemicae nobis aperuit Faureum auctorem esse hujus utilissimi opusculi = *Biglietti confidenziali Critici (Epistolia familiaria critica)* Venetiis 1772. 4. Apud Antonium Zatta: tacito auctore. Vehementer oppugnat Causidicum Camillum Blasi religioni, et cultui Sanctissimi Cordis Jesu obsistentem. Cum haec *Epistolia* Faurei concoquere nequisset Cristotimus Amerista Blasio familiaris, illa rejicere nisus est opere apologetico nimis acerbo inscripto *Antirrethicon*; quod praeclarissimum locum Faureo aperuit vehementissimae suorum epistoliorum defensionis, opusculo inscripto = *Saggi teologici per formare un' errata corrige da aggiungersi a due volumi che per apologia del Sig. Blasi ... contro l'impugnazione de tre biglietti confidenziali critici ha recentemente pubblicati Cristotimo Amerista. Saggio I°.* Lugani 1773. 8 tacito auctoris nomine = *Saggio II°.* ibidem ni fallor, et anno insequenti. Hoc duplici specimine Amerista refellitur acerbius, quam oporteret, si lineam ipse in oppugnando Faureo tenuisset. = *In Arnaldi librum de frequenti communione Mediolani nuper recusum, et in alterum ejusdem de traditione Ecclesiae, in quibus Quesnelliana ab Ecclesia damnata praxis de absolutionis dilatione adstruitur Dissertatio posthuma, et imperfecta praeclarissimi Theologi ab altero ejusdem perfamiliari e tenebris educta, in ordinem digesta, ad metam usque perducta*. Romae 1791. 4 ex officina Salomoniana. Tacetur ut vides Faurei nomen, aeque tacetur nomen illius, qui huic dissertationi finem imposuit, quem Provinciae Neapolitanae socium existimo, et cujus continuatio initium sumit a pag. 92: ubi ait se minime dubitare, quin diligentissimus Fauraeus integram dissertationem absolverit, quae temporum vicissitudine manca ad ipsum venerit. = *Ad Philalethem Romanum cujus est Epistola de justa Bibliothecae Jansenianae proscriptione data Romae pridie idus Martii 1750 Hispani Philalethae responsio, ubi de justa proscriptione Norisii per Hispanam Inquisitionem*. Hispali (fictum pro Romae uti conjicio) 1751. Superiorum permissu: in 4 tacito auctoris nomine, quem nonnemo vult Faureum fuisse; nonnemo etiam hanc acerrimam responsionem tribuit Nostro Hieronymo Lagomarsinio. Quisquis fuerit hujus responsionis Auctor, ea juste prohibita fuit ex decreto Inquisitionis Romanae an. 1752 = *Theses theologicae, et polemicae de jure naturae, ac gentium contra Hugonem Grotium ... Hobbesium, Puffendorfium, Thomasium etc.* Romae ex typographia Josephi, et Philippi de Rubeis 1757 in 8. Defensor thesium fuit Marchio Alexander Carlotti Seminarii Rom. Convi-

ctor. Pagina 6 harum thesium dicit Favreus se anno 1753 *dissertationem polemicam edidisse contra regulam morum a Wolfio traditam*. = *Conclusiones Universae Theologiae*. Romae typis Jo. Generosi Salomoni 1766 in 4. Defensor harum Conclusionem fuit Bernardus Antonius Forckembeck Collegii Germanici, et Hungarici alumnus = *S. Augustini Hipponensis Episcopi Enchiridion de Fide, Spe, et Charitate notis, et assertionibus Theologicis illustratum*. Ibidem 1755 in 4. Harum assertionnm defensor Joachimus Carta dicat opus Joachimo Portocarrero Cardinali. Nostri Faurei notae profundae, et eruditae oppido suut, et quae illum ostendunt in omnibus D. Augustini operibus versatissimum esse, non sine danno Jansenianorum, quos acriter perstringit. Idealistas etiam omnino prosternit. Pagina 35 laudat quandam suam dissertationem *de Harmonia praestabilita*. Certum habeo Fauraeum m ss. reliquisse secundam partem Enchiridii, sed me latet, quis illam occultet, non sine detrimento eruditorum = *Commentarium in Bullam Pauli III*, Licet ab initio, datam 1542; qua Papa Romanam Inquisitionem constituit, et ejus Regimen Claro *saeculari commisit*. 1750 in 12; taciiis loco, typographo, et auctore. Plurima eruditione, rationibus, et exemplis confirmat Faureus sapientiam, et aequitatem laudatae Paulinae Bullae incipientis *Licet ab initio*. Curavit Faure novam editionem, Romanam anno 1769 typis Generosi Salomonii operis inscripti *Juris naturae et gentium principia et officia ad Christianae doctrinae regulam exacta, et explicata*, auctore nostro Joanne Baptista Guarini, quam duabus elegantibus et eruditis dicationibus ornavit Faureus, una Carolo Rezzonico Cardinali, altera Josepho Truchsess de Zeil Wrzac Canonico Argentinensi, et Coloniensi. Editionem quoque curavit Coloniae (confictum credo pro *Romae*) anno 1750 operis incripti *Rev. Patris Martini Becani E. S. I. Theologia dogmatica, seu Manuale Controversiarum in 6 libros distributum, quibus controversiae de Fide breviter dilucidantur*: quam editionem Faureus locupletavit dissertatione de Socinianismo, et monumentis praeterea Ecclesiasticis ad errorum recentiorum dogmaticam, historicam, et chronologicam cognitionem tutius, et utilius hauriendam. Quae omnia eleganti dicatione consecrat Alexandro Borgiae Archiepiscopo Firmano.

Feller Franciscus Xaverius de: Bruxellis n. 18 Aug. 1735, Soc. ac. in Provincia Gallo-Belgica 28 Sep. 1754. v. 4 n. 15 Aug. 1771. Obiit Ratisbonae 23 Maii 1802 plurimis non vulgaris pietatis proditis exemplis. Le odii Rhetorica et Poetica traditis praeclara ingenii opinione, summam cujus fidem faciunt *Musae Leodienses* a Discipulis tanto Magistro edoctis typo vulgatae. Oratoris Sacri munere fungebatur in eodem Leodiensi Collegio anno 1773. Extincta eodem anno Societate, quam ille incredibili amore prosequebatur, omnes ingenii et eruditionis nervos ad libros scribendos adhibuit, una fere sibi proposita religione Christiana in scriptis defendenda, quibus magnam sui existimationem viris eruditis excitavit. Italia quippe atque etiam Anglia eum civem esse suum magno studio contenderunt. Sed his, et aliis fructuosis, et honorificentissimis conditionibus Feller invitamenta praetulit Episcopi Ratisbonensis, qui Pontificias suas aedes Nostri etiam esse voluit, ut ejus colloquiis continenter frueretur. Praeter ingenii laudem pollebat ille incredibili, tenacissimaque memoria, ut quaecumque legeret, et audiret, firmiter teneret. Sacros omnes codices memoriter recitabat, neque minus plures auctores prophanos. Opulentus iste memoriae thesaurus magnopere locuplebatur rerum recordatione, quas in suis peregrinationibus oculo philosophico conspexerat, contemplatusque fuerat. Italiam, Bohemiam, Poloniam, Austriam, Hungariam, et alias Provincias perlustraverat, diligentissimis disquisitionibus rimatus omnia quae ad Geographiam,

Physicam, Historiam Naturalem, et Politicam pertinerent. Utinam in lucem prodeant eruditae istae peregrinationes, quas mss. reliquit, eruditis, si edantur, summopere profuturae. Tantam Felleri eruditionem haud parum exornabat vitae sanctitas. Emicuerunt in eo eximia in Deum pietas, Deiparae, coelitumque praecipue Divi Xaverii cultus, victus tenuitas voluntaria, minima, seu potius nulla pecuniarum ratio, immo despectio, nullo in sui commodum ex libris editis adscripto quaestu, sed typographis concesso, et jugis mortis recordatio, cum ante cubitum solemnis Nostro Fellero mos esset preces illas adhibendi, quas *Animae commendationem vocant*. Pessimum profecto, et iniquum de Fellero judicium ferat, eum qui putet in Febronii sententiam aliquando ivisse; propterea quod ipse typographo sui operis *Discours sur divers sujets*, permiserit illud dicari anno 1777 Joanni Nicolao de Hontheim Episcopo Myriophitano, et Sufraganeo Archiepiscopi Electoris Trevirensis. Ignorabatur tunc temporis Myriophitanum *Justini Febronii* nomen sumpsisse in edendo opere illo pestilenti *De praesenti statu Ecclesiae*. Ignorabat etiam ille, cum in editione *Examen du Christianisme* gratulatus fuit dicto Myriophitano de Revocatione operis *de praesenti statu Ecclesiae*, ignorabat inquam Fellerus editum fuisse postea ab Episcopo *Commentarium* quemdam in suam revocationem, quo haud obscure revocationem ipsam homo malae fidei revocare nititur. Duo haec a me dicta Fellerus ipse confirmat in opere *Journal*. Decemb. 1790, in quo praeter alia severum profert de Febronio judicium, quo eum ostendit Ecclesiae inimicum, Jansenianorum, aliorumque haereticorum fautorem, scriptorem malae fidei, neque semper secum non pugnantem, in Scriptores alios injuriosum, pessimae latinitatis scriptorem, cum hujus generis censuris, quas ibi, et in aliis dicti *Journal* voluminibus late persequitur Opera = *Jugement d'un Ecrivain Protestant touchant le livre de Justinus Febronius* 1771. Nomine, personaque sumpta Protestantis, sive hominis Acatholici nervose refutantur Febronii errores. = *Entretien de Voltaire, et de Mr. P. Docteur de Sorbonne sur la necessite de la Religion Chretienne, et catholique par rapportau salut*. 1772 (Colloquium Voltaire cum Doctore Sorbonico de necessitate Religionis Christianae ad obtinendam salutem) = *Lettre sur le diner du Compte de Boulainvilliers*. (Epistola de prandio Comitis de Boulainvilliers) = *Examen de l' evidence intrinseque du Christianisme*. Leodii apud Lemariè. (Examen de evidentia intrinseca Religionis Christianae) 1779 in 12. Est versio annotationibus instructa operis Anglici Domini Jenyns, quod egregie Fellerus defendit in tomo 154 sui *Journal* adversus quosdam oppugnatores. = *Traitè sur la mendicitè* (de mendicitate) 1775. Etsi noster Auctor non fuerit, sed editor, hunc vero tractatum multo auxit et mutationibus plurimis a se factis, meliorem reddidit. = *Impugnatio cujusdam dissertationis praemio decoratae ab Academicis Batavis Lugduuensibus contendentis generalem de Deo uno persuasionem nulla esse demonstratione suffultam*: gallice, et extat in suo *Journal historique, et litteraire*. 1 Oct. 1780. = *Observations philosophiques sur les systemes de Newton, le mouvement de la terre, et la pluralitè des mondes avec une dissertation sur les tremblemens de terre, les epidemies, les orages, les inondations etc.* (De Neutonis systemate, de telluris motu, multiplici mundo, terraemotu etc.) Argumentum Auctor dialogo eleganti persequitur. Leodii 1771: Parisis 1778 apud Berton cum novis additamentis; et Leodii ann. 1788 apud J. F. Bassompierre cum novis item accessionibus. Observationes istae editae fuerunt vehementer repugnante illustri Astronomo Domino Lalande, sed oleo, et opera perditis. Duo praecipue nobilem Astronomum in his observationibus pupugerant; unum nempe telluris motum circa Solem non esse perspicue adhuc ab Astronomis demonstra-

tum, sed a demonstratione potius longissime abesse. Alterum erat, opinionem de mundorum multitudine, hujusmodi esse, quae patrocinium omnino repudiet. Editione Parisiensi vulgata nostri Felleri sententias oppugnavit Astronomus, sed responso illico edito, se se Astronomus a scribendo cohibuit. Monendum est dissertationem de terraemotu etc. germanice redditam insertam fuisse in Ephemerides Religionis auctore Hermanno Goldhagen. Maguntiae 1779. = *Catechisme philosophique, ou recueil d' observations propres a defendre la Religion Chretienne contre ses ennemis etc.* Leodii 1773 uno volumine; Parisiis 1777 apud Carolum Petrum Bertou: iterum Leodii apud Bassompierre 1787, volum. 3 propter insignes accessiones ab Auctore factas; tertio etiam Leodii apud viduam I. F. Bassompierre anno uti conjicio 1804 hac inscriptione *Catechisme Philosophique .... 4 edition corrigee, et considerablement augmentèe d' apres les papiers del auteur par l' Abbe Paul Du Mont*. Dignum cuique videtur opus quod saepe typis subjiciatur linguis omnibus redditum. Atheorum in illo, Deistarum, aliorumque hujusmodi furfuris scelestorum deliramenta eximie profligantur ea styli perspicuitate, ut vel minime docti argumentorum vim facile percipiant. Eminet in subjectis notis summa jucundaque eruditio, quae Lectores docet, ac mirifice delectat. Conversum fuit germanice a Cl. Viro Hervig Consiliario, et Bibliothecario Principis Hohenlohe, et editum Augustae 1781. Italice quoque conversum editum fuit Venetiis 1788 apud Jacob. Baseggio: volumin. 3 Interpretatio anglica, quae typis edi caeperat, nescio quam ob causam, fuerit intermissa. = *Reflexions sur le phenomene d'une vue prodigieuse* (Meditationes de quadam oculorum acie prodigiose perspicaci). Lausanae 1772: harum meditationum excerptum legitur in tomo 136 operis inscripti *La Clef du Gabinet des Princes* editi Lucemburgi 1772 = *Journal historique, et litteraire* Lucemburgi, et Leodii anno 1774 ad 1784. Volumin. 60. Jam ab anno 1770 operam suam Fellerus praestiterat in constituendis iisdem nunciis historicis, et litterariis qui id temporis praeferebant hujusmodi inscriptionem *La Clef du Gabinet des Princes*. In his 60 Ephemeridum tomis egregia continentur excerpta de rebus physicis, astronomicis, geographicis, criticis, ac theologicis. Ubicumque increduli Fellero obvii fiunt, illos invictissime jugulat = *Reponse de Mr Flexier de Reval* (anagramma pro *Xavier de Feller*) Extat in dicto *Journal historique et litteraire* anno 1774. Objecta ille solvit cujusdam sui Catechismi philosophici oppugnatoris. Ex hoc responso patet certum non esse Nehedam Jesuitam fuisse, uti Fellerus crediderat, Voltairii testimonio assentiens. Notanda valde sunt haec Felleri verba in laudato responso; *J'ai dans mes collections litteraires un grand nombre d'extraites ed observations en faveur de l'Epigenese*. = *Examen impartial des Epoques de la nature de M. le C. de Buffon* Trajecti ad Mosam apud Lekens 1792 in 8; et est editio 4. Praecesserat editio Augustana 1781 apud Mattheum Rieger filium; item editio alia Ebrodunensis eodem anno apud Franciscum Moyse, de cujus editore nonnihil conqueritur Fellerus in *Journal etc.* quia nonnulla ex suo adjecit, nonnulla etiam mutavit; sed haec Felleri conquestio neutiquam eum deterruit, quin editorem doctissimum vocaret, et ejusdem opus recenseret inscriptum *Theorie des sensations*, et illud aliud *Vues sur le mouvement*; quem editorem pro certo habeo fuisse Nostrum Para de Phanjas de quo suo loco. In hoc examine profunde perpendit, et funditus evertit Comitis de Buffon opinionem, seu potius deliramenta, volentis mundanae machinae constitutionem non ab initio creationis Mosaicae, sed multis retro saeculis transactis fuisse perfectam. = *Dictionnaire historique, ou Histoire abregee des hommes, qui se sont fait un nom par le genie, les talens, les vertus, les erreurs etc.* Leodii

apud P. Lemarie 1797 tomis VIII. in 8 Praecesserant ibidem editiones an. 1789: 1794; et prima omnium 1781 voluminibus 6, in qua desiderantur accessiones, quibus posteriores abundant. Dominus Chaudon simile Dictionarium nescio quibus in labore sociis, vulgaverat plurimis erroribus maculatum, et eo pejus livore summo in quosdam benemerentissimos Scriptores. Hos errores Fellerus corrigit, tribuens, ut ipse apposite in operis fronte ait, *Convenientia cuique*; adjectis innumeris additamentis quae Chaudono deerant. = *Disquisitio philosophico-historico-theologica: Num sola rationis vi, et quibus argumentis demonstrari possit non esse plures uno Deos; et fuerint ne unquam populi, aut sapientes, qui ejus veritatis cognitionem sine revelationis Divinae ad ipsos propagatae subsidio habuerint?* Lucemburgi apud haeredes Andreae Chevalier 1780; ex ipso Fellero in suo Journal. = *Dictionnaire geographique*. Leodii apud. Bassompierre 1792 volum. II. et est secunda editio dictionarii Abbatis Advocat (sumpto nomine *Vosgien*); sed ita magnis accessionibus, et mutationibus instructi a nostro Fellero, ut potius auctor, quam restitutor dicendus sit; et cum idem semper sit religioni defendendae intentus, consensionem exhibet Geographiae cum disciplinis Physicis, Historicis, ac Theologicis. Fatetur Fellerus in suo *Journal* adjutorem in multis correctionibus adhibendis habuisse nostrum Desaive, de quo in loco. = *Reclamations Belgiques, ou representations faites au sujet des innovations de l'Empereur Joseph II.* an. 1787 volum. saltem 17. Plurimorum Belgarum supplices libellos ad Josephum II. pro religione sarta tecta conservanda Fellerus collegit, et edendos curavit, = *Remonstrances du Cardinal Bathiani, Primat de Hongrie a Joseph II. Empereur au sujet de ses Ordonnances touchant les Ordres religieuse, et d'autres objets*: Sermone latino, et gallico. 1782; et est secunda editio cum adnotationibus plurimis Felleri. = *Abregè de l'Histoire, et fatalitè des sacrileges verifiès par des faits et des exemples etc.* 1789. Hunc Henrici Spelman tractatum de sacrilegiis patratis multis, et utilibus accessionibus Fellerus adornavit. = *Discours sur divers sujets de Religion, et de Morale*. Lucemburgi 1777 apud haeredes Andreae Chevalier. Volum. II. in 8: Horum sermonum excerpta leguntur in Diario Felleriano; redditi sunt germanice a Nostro Topp, de quo in loco. = *Praefationes ex antiquis Missalibus depromptae, ed adhuc hodiedum in pleris que Galliae Ecclesiis recitari solitae*. Leodii, et Lucemburgi. Has praefationes Fellerus edendas emendatissime curavit, et musicas iisdem notas adposuit. = *La vie de S. François Xavier Apotre des Indes et du Japon par le P. Bouhour. Nouvelle edition augmentee de quelques opuscules de pietè, et de litterature par l'Abbe F. X. de F. Nec vero Alcides tantum telluris obivit (Æneidos 6)*. Leodii apud F. I. Desoer 1788, volum. II. in 12. Accessiones, quibus Fellerus sub siglis latens elegantissimam D. Xaverii vitam a nostro Bouhours scriptam ornavit sunt hae: Excerptum ex litteris Domini Cicala Sacerdotis e Congregatione Missionum e Goa scriptis 1782 de incorrupto corpore D. Xaverii, quod suismet oculis inspexerat: Officium Ecclesiasticum de D. Xaverio a nostro Oudin pie, atque eleganter compositum: Poema epicum, et aliquot Odae in D. Xaverii honorem, quas Fellerus ejusdem Auditoribus in Poetica fere omnino tribuit: Elogium denique de D. Xaverio a Fellero adornatum. = *Veritable etat du different elevè entre le Nonce Apostolique resident a Cologne, et les trois Electeurs Ecclesiastiques etc.* Dusseldorpii apud Pettum Kauffmann. 1787 in 8: Quocum opusculo compacta sunt, quae adjungo, opuscula edita ibidem, et eodem anno: *Mandement, ou Lettre Pastorale de S. A. R. l' Archeveqne Electeur de Cologne donnè a Munster le 4 Feuvrier 1787 avec des notes historiques theologiques, et critiques pour servir de*

suite au Veritable Etat : alterum opusculum est *Rescrit du Conseil Aulique de l'Empereur emané sur les plaintes des Metropolitains contre les Nonces du Saint-Siege* : latine, et gallice; annotationes, et interpretatio gallica sunt Felleri: opusculum tertium est *Supplement au Veritable Etat ... ou Lettre a l'Auteur de cet ouvrage avec la reponse* : quartum est *Coup d'oeil sur le Congress d'Ems precedé d'un second supplement au Veritable Etat*. Prodiit etiam germanice Dusseldopii 1789. Opusculum quartum est *Reflexions sur les 73 Articles du Promemorie presenté a la Diete de l'Empire touchant les Nonciatures de la part de l'Archeveque Electeur de Cologne*. Ratisbonae 1788. Ultimum denique opusculum est *Defense des reflexions sur la Promemorie de Cologne suivie de l'examen du Promemoria, de Salzbourg*. Ratisbonae 1789. Laudata opuscula, quorum aliquod minime dubito quin fuerit seorsum editum, adeo probata fuerunt Pio VII. ut creberrime iisdem utatur in *Reponse de Pie VI. aux Archeveques de Mayence, de Treves, Cologne, et Salzbourg au sujet des Nonciatures* : sermone latino, Romae 1789 in 4 cum 336 paginis. Dicta quippe opuscula jus Pontificium mandandi Legatos, sive Nuncios validissime confirmant, et consilia Electorum Ecclesiasticorum, quoad dispensationes matrimoniales sine Summi Pontificis interventu praestandas, ad juris, et aequi normam circumscribunt. Eadem opuscula germanice conversa edita fuerunt Dusseldorpii 1788, et Paderbornae 1791: italice quoque prodiere interprete Clar. Francisco Antonio Mondelli Episcopo nunc Tarracinensi. = *Dissertatio, qua satisfacit Academicis Batavis Lugdunensibus quaerentibus proposito praemio ab Eruditis demonstrationem quod nullum in Ethica Christiana esset praeceptum, quo et singuli Cives in commodis suis sequendis, et Principes in Republica secundum politices regulas administranda impediantur*. Quam in suo *Journal* esse sub praelo dicit Fellerus. Eruditorum cuipiam, qui Fellerum omnino religioni defendendae devotum cognoverit, in mentem cadere potuisset hunc fortissimum Incredulorum debellatorem duas aut tres plagulas scripsisse in defensionem Scipionis Ricci Episcopi Pistoriensis quem Pius VI. P. M. sua constitutione dogmatica *Auctorem Fidei* solemniter damnaverat? Proh dolor! Duabus istis inanibus, levibusque plagulis Fellerus incurrit in varias reprehensiones; meritoque vapulavit a doctissimo Cardinali Gerdil in opere, quod quod tacito nomine edidit Romae 1795 inscripto *Animadversiones in Notas etc.* Erectiori fortasse quam oporteret animo Fellerum Deus hac sui nominis diminutione coercere voluit. Fortasse sibi persuasit in his causis rem non verba venire in judicium; et a verbis, re integra, recedere posse ratus, aucupia verborum, et litterarum tendiculas putavit. Sed minus recte. Namque Catholicorum est non res tantum, sed etiam verba Jesu Christi Vicarii Christianum populum solemniter docentis, summa veneratione prosequi. Sed ista incogitantiae macula non est tanti facienda, ut viri eruditi non egregiis afficiant laudibus Fellerum omni doctrina, acri eloquentia, vitae probitate, et religionis illustrandae ardore praeditum. Ipse Eminentissimus Oppugnator eum saepe laudat ab eruditione, et defendendae religionis incredibili studio, eumque insuper suspicatur, uti alios etiam in Germania Catholicos, et viros doctos, aliqua spe Lutheranos ad nostra castra alliciendi, nonnihil de severa Religionis Catholicae veritate remisisse; modo quo Reges contra bellantes pro pace, et amicitia instaurandis, nonnihil unusquisque de jure suo decedit. Sed individua veritas pactiones istas aeternum odit. In ritibus vero, et coeremoniis non semper hujusmodi indulgentiis aditus negatur. Ephemerides politicae Romanae (*Notizie del Mondo*) ann. 1802, num. 56 nuntiato Felleri obitu eum ajunt volumina 130 edidisse, et plura m ss. reliquisse. Nescio quis anonymus ex S. Jesu edidit in Felleri memoriam *Notice*

sur la Vie, et les ouvrages de Mons. L'Abbe de Feller Ex-Jesuite : Leodii apud Lemarié 1802. Fatetur Anonymus pag. 14 Felleri ardorem uno aut duobus locis ex finibus, quos prudentia circumscribit, egressum; quo fortasse innuit Pistoriensem, quam diximus, defensionem. Idem pag. 23 rem mirandam scribit, totam scilicet suppellectilem bibliothecae Fellerianae in sacris solummodo bibliis, Bibliorum concordantiis, Virgilii, et Horatii carminibus esse positam. Denique obsecrat Anonymus virum (Paulum Du Mont), cui moriens Fellerus m ss. legaverat, ut quam primum illa in lucem proferat; quo quidem officio et eruditis morem geret, et sibi nomen amici grati comparabit.

Ferrari Guido, nobili, ac perantiqua familia u. Novariae Kal. 6 Feb. 1717. Soc. ac. in Prov. Mediolanensi 20 Junii 1733 v. 4 n. 15 Aug. 1750. Obiit in Collegio Modoetiensi 11 Feb. 1791. Mediolani annos XI Rhetoricam docuit summa opinione Historici, Oratoris, ac Poetae clarissimi. Ad inscriptiones componendas Romanis Augusti aetate simillimas felicissime natus, innumeras plaudentibus Eruditis in vulgus edidit. Opera = *Guidonis Ferrarii operum. Volumen primum* Mediolani 1791 typis Imperialibus Monasterii S. Ambrosii Majoris in 8. Sunt omnino volumina 6; in quorum primo legitur commentarius ad Franciscum Gemellum (de quo in loco) de Guidonis vita ab eodem eleganter scripta; ubi pagina XXIV Cordaram asserit auctorem fuisse Sermonum Sectani; sed enarrationes inscio Cordara adjectas non primae, sed aliis editionibus esse cujusdam Marci Philocardii, quem hominem neque Cordara, neque Guido noverant: unde non est ita certum, ut nonnemo putat, Lagomarsinii enarrationes esse. Pagina XLIV scribit collegas sibi simul eodem tempore in Collegio Braydensi floruisse Alphonsum Casatum Mediolanensem, Philippum Bovinum Genuensem, Franciscum Benalleam Bergomatem, Joannem Antonium Lecchi Mediolanensem, Ignatium Veninum Comensem, Joannem Bap. Nogheram Tellinensem, Josephum Antonium Cantovam Verbanicum (Lago maggiore in Insubria) Hieronymum Tiraboschium Bergomatem, Carolum Vitalem Mediolanensem, Ludovicum Grangium Gallum, et Rogerium Boscovichium Ragusium. Mihi multum probatur Guidonis consilium in appellandis viris istis clarissimis, qui Braydense Collegium locupletissimam Scientiarum Academiam reddebant cum quibusve aliis florentissimis Europee doctrinarum varietate contendentem. Commentarium excipiunt carmina Cardinalis Angeli Durini, et inscriptio Sepulcralis in Guidonis laudem; commentarius alter Francisci Ricca (de quo in loco) de obitu, et moribus Guidonis: vitae, auctore Guidone Imperatorum Braunii, Daunii, Nadasti, Serbelloni, et Laudonii: Res gestae auspiciis Mariae Theresiae Augustae in scriptionibus 215 explicatae; et Caroli Emmanuelis Sardiniae Regis vitae, et Principatus forma 315 inscriptionibus proposita. Volumen secundum continet inscriptiones 945 multiplici, varioque genere; et ex illa, quae numero est 911, novimus Guidonem nomine Arcadico apellari *Larinus Abidenus*. Volumen tertium continet libros tres de Bello Pannonico, de bello Italico 4, unum de bello Germanico, et de bello Belgico 4. Volumen quartum complectitur 17 *Dissertationes pertinentes ad Insubriae antiquitates*; et epistolas 22 titulo *Lettere Lombarde appartenenti ad alcune antichità della Insubria*: in quibus tam dissertationibus quam epistolis immensa elucet Guidonis de Insubria benemerentissimi eruditio. In volumine 5 leguntur Orationes 7: Actiones 18; commentarius de Adolescentiae institutione, et minuscula quaedam ad Scholarum usum pertinentia; neque desunt in hoc volumine carmina, et inscriptiones. In volumine sexto haec scripta continentur: Vitae 5 doctrina illustrium Jesuitarum Julii Caesaris Brusati, Thomae Cevae, Joannis Antonii Lecchi, Josephi Fierard

Philippi Bovii, quem Clemens XIV, nondum Pontifex praedicabat, *sanctissimum, doctissimumque virum*: continentur etiam dissertatio genealogica de Familia *Christianorum de Rallo*; de insigni, singularique Sicario narratio: Somnium, sive Dialogus statuarum: Juvenilia, quae multa sunt pulcraque de vario argumento Carmina. Absolvitur volumen appendice 96 Inscriptionum, ex quibus notandae snnt vigesimaquinta ad Catharinam Russiarum Imperatricem, 71 de Joanne Baptista Noghera, Berbennio in Valle Tellina, qui obiit an. 1780 aetatis 65 ac denique 96 Paschali Agudio S. J. sacra, qui Mediolani ni fallor mortem obiit anno 1790, aetatis 62, quem laudat *ingenio, scriptis, virtutibus clarum*, sed de cujus scriptis nondum inveni frustrum litterarum. Agudius natus 15 Aug. 1727 Soc. ac. in Prov. mediol. 8 Maii 1743 v. 4 sus. 2 Feb. 1761 anno 1770 Rhetoricam profitebatur in Mediolanensi Collegio Braydensi. Monendus est Lector plura ex laudatis operibus iam prius fuisse edita. Libri ergo 3 de bello Pannonico editi fuerunt Hagae in Batavia titulo *De rebus gestis Eugenii Principis a Sabaudia bello Pannonico*, typis Petri de Hondt 1749, quam editionem Cornelius Val Vonck vir eruditissimus dicat Jano Rudolpho Iselio non una tantummodo Guidonis laude. Fuerunt deinceps editi Mediolani 1753 apud Josephum Marell simul cnm versione Hetrusca Jesuitae Petri Savj hac inscriptione *Fatti di armi di Eugenio in Ungheria*. Noster Jo. Bap. Noghera hanc versionem praefatione adauxit, in qua asserit Savium alia opuscula vulgavisse non ingrata Eruditis. Editi etiam fuerant antea libri 4 de bello Italico Mediolani 1752 titulo *De rebus gestis Eugenii Principis a Sabaudia bello Italico* apud Josephum Marell, qui in allocutione laudat Jesuitam Sanvitalem, auctorem operis *Memorie istoriche della guerra tra l'Imperiale Casa d'Austria e la Reale di Borbone*. Ne taedio sim Lectoribus, ab aliis editionibus sine fructu enumerandis abstineo.

Ferrusola Petrus Oloti in Catalaunia n. 1 Aug. 1705. Soc. ac. in Prov. Aragoniae 15 Oct. 1722 v. 4 n. 25 Feb. 1740. Tradita triennio Philosophia in florentissima Universitate Cervariensi a Philippo V. paucis ante annis erecta, eandem tradere continuavit triennio altero jussu Praepositi Generalis precibus permultis adducti Universitatis, quam moderabatur Narcisus Queralt ex Optimatibus de Santa Coloma, Episcopus deinceps Abulensis. In eadem Universitate creatus fuit Doctor Theologiae, quam viginti contiuenter annos docuit summa ingenii, et doctrinae opinione, et maximo cnm fructu Discipulorum, quos etiam suis monitis et exemplis ad pietatem alliciebat. Cum in ea sententia staret perfectum Theologum cognitione linguae Graecae exornatum iri, eam sibi addiscendam sumpsit, quinquagenario major, eo felici successu ut graece optime calleret. Neque illi defuit mediocris saltem linguae Hebraicae cognitio. Collegium Cervariense rexit non exigua prudentiae laude. Exul ex Hispania Ferrariae cum sociis Aragoniis constitit, ibique dum suis perpoliendis doctissimis in universam Theologiam commentariis operam dabat, sanctissime obiit 24 Maii 1771. Ut plurimorum votis satisfactum esset Ferrusolae imago expressa fuit hac inscriptione: *Pater Petrus Ferrusola Doctor Theologus Societatis J. insigni eruditione, et doctrina publico Theologiae per 20 annos magisterio, ardenti Divinae gloriae studio, et erga Immaculatam Parentem eximia animi devotione clarissimus. Obiit Ferrariae IX. Kal. Jun.* 1771, *cum vixisset an. LXV. m. IX. d. XXIII.* Opera = *Exercicios espirituales*. (Exercitia S. Ignatii explicata). Barcinone per Joseph. Giralt in 4°. quod opus adhuc Scholasticus jussu Praesidum composuit, magnoque erat in usu in Prov. Aragoniae = *El Congregante practico* (Regulae pro Juvenibus Sodalibus Deiparae). Cervariae typis Academicis in 12 = *Formulae, sive conceptiones verborum Academiae Cervariensis*. Cervariae typis Academicis in

4, et jussu Academiae, quae constanter in magistratibus, magisteriis, insignibus decernendis his formulis utitur = *Academiae Cervariensis leges* sermone hispano. Cervariae 1750. Cum primae Universitatis leges, vel emendandae vel augendae, vel explicandae essent, Doctorum Cervariensium concilia Ferrusolae commiserunt, ut eorum judicia scripto exponeret, quae expositio probata fuit Aulae Hispaniae = *Novendialia Sacra, et narratio historica Ligni Sanctae Crucis*, quod nomine *Sancti Misterii* Cervariae summa religione colitur sermone gotholaunico. Cervariae typis Academicis = *Commentarii in illud laetum eleganique canticum* Hispanum super Deipara Immaculata, quod incipit *Para dar luz immortal*. Cervariae typis Academicis. In his commentariis editis nomine Sodalitatis Deiparae Immaculatae magna eruditione, et rationum pondere piam sententiam confirmat = *Classicum ad Hispaniae gaudia*. Cervariae typis Academiae. Continet eloquentes orationes pro defendenda Deiparae immuuitate a peccato originali = *Novendialia in honorem Deiparae Immaculatae in Hispanorum Patronam electae* sermone hispano. Cervariae typis Academicis = *Oratio ad Academiam Cervariensem ob decretam magisterii vacationem RR. PP. Doctori Francisco Llobera etc.* Cervariae typis Academicis = *Oratio ad Academiam Cervariensem ob inauguratum Hispaniae Regem Ferdinandum VI.* ibidem = *Oratio ad Academiam Cervariensem in doctoratus Theologiae inauguratione Blasii Larraz*. Ibidem. Ferrusolae MSS. = *Orator in Schola Theologiae*; est veluti quaedam Rhetorica in usum Auditorum Theologiae, ut bene latine loquantur = *Dissertatio Theologica de Sancto Mysterio Cervariensi*. Sanctum hoc Misterium Cervariense nil aliud est quam veri ligni S. Crucis frustrum, ex quo cum in partes duas secaretur, sanguinis guttae defluxere, quae etiam nunc apparent, ac visuntur = *Exercitia Divi Ignatii*: part. trib. Pars prima continet exercitia ipsis D. Ignatii verbis pluribus notationibus illustrata. In secunda parte ampliores effecturus erat praecipuas Divi Ignatii meditationes. Tertia pars continet Vitam D. Ignatii et viam declarat, qua Deus Ignatium ad perfectionem provexit, eandem esse, ac illam qua Ignatius homines suis exercitationibus ad eandem perfectionem promovet. Pars prima et tertia omnino absolutae fuerunt; quarum unum exemplum possidet Baro de Perpiña, ut nos docet eruditissimus vir Josephus Vega, et Santmenat, editor vitae Ferrusolae auctore Blasio Larraz.

Fridualdszki Joannes Ungarus Posoniensis, n. 13 Dec. 1730, Soc. ac. in Prov. Austriae 18 Oct. 1746, v. 4 n. 1765, Poetica, et Rhetorica traditis Mathesin non paucos annos docuit; et munus historici domestici obibat anno 1773 in Collegio Claudiopolitano. Daciam peragravit, magna industria notabilia illius Provinciae perlustrans. Hujus eruditae peregrinationis fructus fuerunt = *Dissertatio de ferro, et de Ferrariis Ungariae, et Transylvaniae*. Claudiopoli in 12 = *Mineralogia magni Principatus Transylvaniae*. Ibid. 1767 in 4 = *Inscriptiones Romano-Dacicae*. Ibid. in fol. = *Diploma Andreae Regis Hierosolymitani quo Conjugis Gertrudis innocentia demonstratur*. Ibid. 1760 in fol. = *Dissertatio de S. Kumpia, seu Cotino planta coriaria*. Ibid. 1773 in 4 = *Reges Ungariae Mariani*. Viennae 1775. in 4 Ex Josepho Benko tomo III. *Transylvania*. Joannes erat in vivis an. 1777.

Friz Andreas Hispanus, Barcinone n. 22 Julii (perperam 28 in *Austria docta*) 1711, Soc. ac. in Provinciae Austriae 14 Oct. 1726 v. 4 n. 15 Aug. 1744. Creatus in Societate fuit Philosophiae, atque Theologiae Doctor. Peritus fuit linguarum Hispanicae, latinae, gallicae, germanicae, italicae, et graecae. Docuit Poesim, Rhetoricam, historiam, S. Scripturam, linguam graecam, et anno 1773 disciplinas Mathematicas in Collegio Goritiensi. = *Tragaediae* 4: *et duo Dramata*. Viennae 1757 in 8. Ex latino,

germanice redditae sunt ab Anonymo, editaeque Viennae 1771 = *Latinische Sprachlehere*. (Grammatica Latina). = *Einige Kritische Abhandlungen uber die h. Schrift* (Dissertatio Critica de Scriptura) = *Dissertatio de quibusdam generationibus Matthaei capite primo omissis etc.* Viennae Austriae typis Trattnerianis 1757 in 8: Huic dissertationi subjecta est *Dissertatio in illa Thamaris verba*: Quin potius loquere ad Regem et non negabit me tibi. Lib. II. Reg. cap. 13 ver. 13 = *De primis S. Matthaei Evangelistae verbis, eorumque cum subjecta genealogia consensu*. Viennae 1756. Ex Supplemento ad historiam Ecclesiasticam Natalis Alexandri. Venetiis 1793.

Fuensalida Didacus Joseph, Hispanus nobili genere natus in urbe Divi Jacobi (Santiago) in Regno Chilensi Americae Meridionalis die 12 Nov. 1744; Soc. in Prov. Chilensi ac. 20 Jun. 1759. Ex America cum reliquis Sociis in Italiam actus in foro Cornelii constitit; ubi confecto Theologiae curriculo quaestionibus moralibus apud nostros definiendis praeficitur. Collegium Ecclesiasticum Forocorneliense magnae Fuensalidae doctrinae fama excitatum, eum renuntiavit anno 1783 publicum Theologiae de moribus Magistrum. Cum Cardinalis Chiaramonti Ecclesiae Forocorneliensi praeficeretur Episcopus, Fuensalidam voluit sibi a rebus Theologicis, et Synodalem ut dicunt examinatorem, quae duo sibi injuncta munera, tanta cum Episcopi approbatione sustinuit, ut Idem propter praeclarissima sua merita ad summum Ecclesiae Romanae Pontificatum evectus Fuensalidam Romam invitaverit Theologi Pontificii amplissimo gradu exornandum, quem ille honorem modestia singulari recusavit. Obiit noster in Foro Cornelii die 1 Octobris 1803 repentina morte oppressus, dum plura adversus haereticos Jansenianos parabat, non satis esse putans, quae contra illos vulgaverat, scilicet = *Lettera d'un Ecclesiastico Torinese ad un Ecclesiastico di Bologna*: tacito nomine (Epistola Sacerdotis Taurinensis ad Sacerdotem Bononiensem subscripta Taurini 26 Julii 1781): reor editam fuisse Assissii. Vindicatur in ea nostri Iturriagae opus de ratione dies sacros obeundi contra quorumdam criminationes = *Osservazioni critico-Teologiche di Gaetano da Brescia* (hoc conficto nomine latere voluit) *sopra l'analisi del libro delle prescrizioni di Tertulliano di D. Pietro Tamburini*. Assissii 1783 apud Octavium Sgariglia in 4. Analysis operis Tertulliani de praescriptionibus parum Catholice confecta a Petro Tamburini Jansenianorum assecla confoditur vehementer his Fuensalidae observationibus critico-Theologicis, quae cum eruditis Catholicis placuissent admodum, iterum editae sunt eodem loco et typo, ann. 1784 cum multis additamentis hac inscriptione: *edizione corretta ed accresciuta dall' Autore con nuove annotazioni, e con una lettera preliminare indirizzata al medesimo Signor Professore*. (Tamburini) = *Processo teologico sopra la clausura di Monasterj delle Monache di D. Antonio Bonelli Arciprete di S. Eufrosina contro Pio Cortesi Autore del libro intitolato*: La Monaca ammaestrata. Assissj apud Octavium Sgariglia 1784 in 4. Hoc etiamscripto noster opugnans errores Pii Cortesi de claustris Sacrarum Virginum latere voluit sub nomine Antonii Bonelli = *Analisi del Concilio Diocesano di Pistoia celebrato nel mese di Settembre dell' anno 1786 dall' Illustrissimo et Reverendissimo Monsig. Scipione de Ricci Vescovo di Pistoia e Prato: ossia Saggio di molti errori contro la fede contenuti nello stesso Concilio. Opera postuma di Giuseppe Antonio Rasier divisa in due parti*: Ibid. 1790. In hac enucleata disquisitione famosae Synodi Pistoriensis a Pio VI. P. M. suis ad Ecclesiam apostolicis litteris gravissimis notis confixi Noster sumpto nomine Josephi Antonii Rasier ostendit, et oppugnat errores contra fidem in hac Synodo contentos = *Le frodi del Giansenismo usate già in Francia da Quesnelliti, e a dì nostri rinnovate in Italia da' lor Seguaci, segnatamente in Pavia, e Pistoia, ovvero risposta degli annedoti indirizzata al loro Au-*

S 2

tore, *da Mons. Francesco Lafitau Vescovo di Sisteron*, *volgarizzata da Gaetano da Brescia* etc. Assisii per Octavium Sgariglia 1788 in 8. Est versio italica a nostro latente sub nomine Caietani Brixiensis ex gallico mandato Episcopi doctissimi Sistarciensis, quo Quesnellianos invicte jugulat. Alia quoque exigue molis edidit Noster Fuensalida, qui ubique semper summum in propugnanda Ecclesia Catholica ardorem ostendit, doctrinae amplitudinem, acre ac vividum ingenium ad debellandos Jansenianos, plaudentibus bonis, atque eruditis viris Fuensalidae pietati, et eruditioni. Ipse tamen parum sibi placens, a me ex eo quaerente si quæ alia essent scripta præter recensita, enixe petiit ut hæc adjungerem quae fideliter exscribo in modestissimi viri commendationem: *Horum operum Scriptor vir est mediocris ingenii*, *in rebus ad Thologiam spectantibus sufficienter instructus*, *sed Theologi nomine haud quaquam dignus*: *in hoc dumtaxat praestans quod haereticos omnes praetertim Jansenianos*, *non modo patienter sustineat*, *verum si optio sibi daretur*, *ne uno quidem temporis momento intra Ecclesiae Dei confinia pateretur impunes*.

Fuga Vincentius Romae n. 3 Januarii 1737, Soc. ac. in Provincia Romana 19 Nov. 1756 in cujus Florentino Collegio Rhetoricam docebat an. 1772 (qui erat octavus ab initio hujusmodi Magisterii) pari laude, nec minus felici successu usus quo ejusdem Vincentii Antecessores usi sunt immortales viri Hieronymus Lagomarsini, et Josephus Parthenius Mazzolari. Extincta Societate Petrus Leopoldus Magnus Hetruriae Dux Vincentium Florentiae retinendum curavit ne Rhetorica Academia tanto lumine privaretur, honestissimis conditionibus propositis, quas noster minime acceptandas est ratus solitudinis, et vitae obscurae percupidus in tanto Societatis naufragio. Romae hoc an. 1814, et hoc mense Sep. tranquillam senectutem noster traducit pietatis officiis, et litterarum studio deditus. Edidit = *Lettera d' un divoto dell' Ordine Agostiniano al Padre Confessore delle Religiose dello stess' ordine nel monastero N. N.* Romæ 1800 ex typographia ad montem Exquilinum in 4: tacito nomine Auctoris. Non sine lepore defendit haud potius oppugnat? Canticum (*Sequentia* dicunt) quod in die Divo Augustino sacra dicitur in Sacrificio divino contra quemdam dictiCantici accusatorem. = *Risposta dell' Abate D. Vincenzo Fuga alla lettera indirizzatagli nei fogli 35 e segg. dell' Antologia 1796 dal Sig. Avvocato D. Carlo Fea sopra varj luoghi d' Orazio Flacco*. Romæ ex typogr. Pagliarini. 1796 in 8. Hoc eleganti, robustoque responso refellit noster Cl. Feae interpretationem Horatiani loci *Quot capitum vivunt*, *totidem studiorum etc.* (Satyr. prima libri secundi) et suam, quae certe mihi probabilior, perspicue declarat. Eodemque responso commentarios Francisci Dorighelli in Horatii opera eximie laudans, in nonnullis reprehendit, atque corrigit = *Sulla formazione dell' Iride Egloga Pastorale di Salcesio Acidonio*. *P. A.* (hoc est nomen Arcadicum nostri Vincentii) *colla giunta di alcuni pensieri Greci tratti dall' Antologia del Monaco Planude etc.* Romae 1806 typis Caetani ad collem Exquilinum in 8. Elegantem Ecclogam de Iride sequuntur epigrammata graeca anthologiae Monachi Planudis a Vincentio carmine latino, et italico felicissime conversa. Absolvitur venustissimum opus Callimachi Hymno de lavacro Palladis pari venustate italico versu reddito = Plura secum habet tum soluto tum ligato tum latino, tum italico sermone m ss. aeque ac typis edita politissima: in his legi summa cum voluptate *Sermonem* inter Ornitum, et Vatem; cujus est primus versus *O. Quo tendis Vespertinus? V. Graii ut meus est mos*; ultimus vero *Vespertina cadunt damnosa crepuscula cælo* = *Quæ nostro officiunt capiti Vive*, *atque valeto*: = Epistolam carmine latino ad Lucium Romae commorantem cum Fuga Ragusae in Illyrico esset, atque in Iesuitarum Collegio adolescentes ad humanita-

tis studia informaret; est primus versus *Luci*, *si Romae fastidia linquere*, *et undas*: ultimus *Æquoris Adriatici non te superasse pigebit*. Alium quoque sermonem legi cujus argumentum est hujusmodi *Salcesius* (Fuga) *a Cimante* (Aloysius Godar) *rogatus*, *ut extincti Diodori* (Xaverius Bettinelli) *laudes carminibus prosequatur*, *primo se excusat*: *exoratus deinde promittit se quandocumque ei morem gesturum*: primus versus est *Candide largitor Camporum*, *Graecia quotquot*: ultimus vero *Contigit obscuri de fece emergere vulgi*.

G

Gabardi Joachimus, n. 6 Aug. 1719, Soc. ac. in Provin. Veneta 13 Oct. 1736 v. 4 n. 2 Feb. 1754. Institutor aliquando fuit Serenissi. Principis Mutinensis Mariae, pluribus que annis socius fuit Praefecti Bibliothecae Ducalis Mutinensis, usque ad extinctionem saltem S. J. Scripsit poema italicum de *rore* laudatum a Joanne Baptis. Roberti in Notis ad poema *Le Perle*. In Historia litteraria Italiae, in Annalibus Italiae litterariis, et in Specimine critico litteraturae praesentis exterae conficiendis Francisco Antonio Zaccariae praeclaram operam Gabardius locavit; Quae Gabardii sunt, ut plurimum notantur siglis G. G. (Gioacchino Gabardi).

Garcès Gregorius, Aragonensis natus in oppido Hecho Dioecesis Jaccensis 13 Martii 1733 Soc. ac. in Prov. Aragoniae 14 Sep. 1749, v. 4 n. 2 Feb. 1767. Expeditionibus Apostolicis, quas Missiones vocant, multum operae locabat usque ad a solo Patriae expulsionem. In Italia magna animi contentione linguae hispanicae vim, proprietatem, et elegantiam perscrutatus insigne opus conscripsit, quod adeo viris doctis probatum fuit, ut Academia Hispana Regia Matritensis edendum suis impensis curaverit. Quo facto perspicue falsam reddidit eorum opinionem, qui Aragonenses hispanae linguae bonos non esse judices dicunt. Id certe Gregorius effecit, ut tantum sibi lingua hispanica debeat, quantum Buffierio Gallica, et Italica Bartolio, et Cinonio Nostris debent. Scripta = *Fundamento del vigor*, *y elegancia de la lengua Castellana etc.* tom. II°. in 4. Matriti per Viduam Ibarrae 1791. Dicat Auctor opus eidem Academiae Matritensi. In primo tomo agit de particulis: in secundo de nominibus, et verbis = *Retrato compendioso del Apostol*, *y Taumaturgo S. Antonio de Padua con la novena etc.* (Brevis est ac succosa synopsis vitae S. Antonii cum novemdialibus precibus) Caesaraugustae per Franciscum Magallon 1801 in 12 = *Introduccion filosofica a la elocuencia mediante el buen uso de las ideas*, *y signos*; tomis duobus, quorum primus de ideis erat omnino absolutus, secundum vero de signis fere ad exitum deduxerat Auctor, dum e vivis excessit in Romana J. Professorum domo 16 Julii 1805; quapropter remanet ineditum hoc utilissimum opus.

Gentilini Joan. Bapt. ex Dioecesi Brixiensi natus 26 Nov. 1745. Soc. in Prov. Veneta ac. 12. Oct. 1765. Humanitatem docebat Mutinae 1770. Restituta regno Neapolitano Societate, Neapoli Professorum domo praefuit: mense Julio 1806 degebat Marini in agro Romano, Curio Ecclesiae Principi designatus a Comestabili Colonna dicti oppidi Toparcha. Scripta = *La divozione al Sacro Cuor di Gesù dilucidata in forma di dialogo etc.* (de pietate in Cor Jesu) Neapoli ex typographeo Angeli Coda 1806 in 12: tacito Auctoris nomine. Dum esset Archipresbyter, et Vicarius foraneus oppidi Lonato conscripsit = *Sopra il dolore dell' attrizione*, *e la virtù della Carità*: *dissertazioni due*. Brixiae 1802 typis Angeli Pasini in 8. In prima sufficientiam attritionis statuit, et Nogarolam oppugnat alio modo de atritione cogitantem; in secunda Bolgenium acriter etiam oppugnat, et reprehendit = *Spiegazione di alcune parole del Concilio Romano celebrato sotto Benedetto XIII. riguardanti il dolor di attrizione*. Veronae per Dionysium Romanzini 1803. Est appendix ad duas

praecedentes dissertationes. = *Dialoghi tre tra il Cittadino Bartolommeo Conati ... e il Cittadino Gio. Batt. Gentilini*. Brixiae apud Spinelli, e Valotti 1803 in 8. Nogarolam duriter habet ab eo in constituenda atritione dissentientem. Scripsit etiam robustissime adversus Juramentum, quod a populis praestandum Galli volebant. Me latet, editum ne sit. Est in vivis hoc anno 1814 in Romana J. Professorum Domo.

Geoffroy Joannes Baptista, Quadrigellis (Charolles) n. anno juxta Fellerum 1705, sed juxta Dominum Formey in Francia litteraria, cum quo convenit Dominus Sabatier de Castries, anno 1706. Meritissimus Patrum Poree, et de la Sante Successor Rhetoricam in Collegio Parisiensi 22 continenter annos juxta Fellerium docuit. Academia Cadomensis eum sibi Socium adscivit. Obiit 1782 Semurii (Semur) Alexiensis, aut Briennensis (duae sunt in Burgundia hujus nominis urbes) Scripta = *Ex bello quod anno proxime elapso gestum est, gerendi hoc anno belli quale omen repeti possit. Oratio*. Parisiis. 1746 typis Thiboust. Ex Memor. Trevolsien. mense Majo 1746 = *De Pace. Oratio*. Ibid. 1749. Ex Mem. Trev. mense Martio 1749 = *Augustis Parentibus Delphino, et Delphinae. Gratulatio etc.* Ibid. 1751. Ex Mem. Trev. 1752 mem. Feb. et Martio = *In restitutam Serenissimo Delphino valetudinem Oratio*. Ibid. 1752. Ex Mem. Trevol. men. Nov. 1752 = *Quo loco inter Cives vir litteratus habendus sit. Oratio*. Ibid. 1756. Ex Mem. Trev. men. Apr. 1756 = In collectione carminum lingua latina, et gallica quibus Collegium Parisiense celebrat ortum Ducis Biturigum (Berry), edita Parisiis 1754 dicitur Geoffroyus cum Faure, et Querbeuf Auctorem illius fuisse. Ex Mem. Triv. 1754. Nov. = *Gallis ob Regem ex morbo restitutum Oratio* = *Ludovico Belgico.. Oratio* = *In Augustissimi Delphini nuptias. Oratio*. Has tres orationes memorat opus inscriptum *La France Litteraire* = *Recueil de Plaidoyers et de discours Oratoires pour servir de modele aux jeunes gens a l' eloquence en generale a celle de Barreau en particulier* (Actiones, et orationes in exemplum Adolescentibus eloquentiae, etiam Causidicae studiosis). Tomus primus Parisiis apud Nyon 1783. Pollicetur Editor duas alios tomos, qui complectentur etiam actiones ineditas Patrum Poree, et la Sante: Ex opere *Journal des Savans*. mense Mart. 1784. in quo haud exigue laudantur Professores S. J. = *Sermons etc.* Parisiis 1788: vol. 4 in 12. Volumen vero quartum continet tantum Orationes funebres auctore Illmo Poncet de la Riviere Episcopo Trecensit. Ex Fr. Xaver. Feller in *Journal etc.* men. Dec. 1788 edito Trajecti ad Mosam = *Laudatio funebris Delphini*, quam Sabatier de Castries asserit elegantiorem fuisse caeteris, quas de eodem argumento Oratores Parisienses perorarunt. In catalogo Provinciae Franciae exeunte anno 1751 lego Joannem Baptistam Geoffroyum Rhetoricam in Collegio Parisiensi tradere. In Catalogo Provinciae Gallo-Belgicae mense Octobri 1756 scribitur Joannem Baptistam Geoffroy concionatorem agere in Collegio Duacensi et natum fuisse 11 Aug. 1711, Societati accessisse 28 Sep. 1730. Quin duos eodem tempore homines eodem nomine, et cognomine apellari concedam? Collector Gallicus Joanni Bap. Geoffroy tribuit *Oraison funebre de Gabrielle Marie de Bourbon Abbesse de Juvigny*. Virduni per Desiderium Fanart 1705. Dummodo non sit error in annorum designatione, tertius est iste Joannes Baptista.

Ghesquier Josephus ex Provincia Flandro-belgica, cujus aridissimi et plusquam jejuniores catalogi anni scilicet 1765, et 1770 quos in manu habeo dicunt solummodo de Josepho tertiam probationem subiisse in Collegio Lirano, et in Domo Professorum Antuerpiensi Hagiographum fuisse. Extincta Societate creatus fuit Socius Academiae Bruxellensis. Irruentibus in Belgium copiis Gallicanis se in Germaniam recepit, ubi obiit.

Opera. Cum Sociis Antuerpianis Hagiographis edidit primos quatuor tomos vitarum SS. mensis Octob. Antuerpiae apud Plassche 1765 etc. sed tomus IV. non Antuerpiae sed Bruxellis typis Regiis 1780 = *Acta SS. Belgii Selecta etc.* Tomus primus Bruxellis typis Matthaei Lemaire 1783 in 4. Tomus secundus. Ibidem 1784 ed dicatur Joanni Henrico Cardinali a Franekenberg. Tomus tertius. Ibidem 1785 operam conferente Cornelio Smetio Jesuita, et dicatur Episcopo Tornacensi. Tomus quartus ibidem 1787 simul cum eodem Cornelio Smetio. Tomus quintus simul Cornelio item socio ex typograp. Viduae Francisci Pion 1789 In prefatione ait Auctor hoc opus usque ad tomum octavum perducendum. Cl. Serna, et Santander in litteris ad me scriptis recenset tom. sextum editum in Abbatia Tongerloana. = *Memoire sur trois points interessans de l'histoire monetaire des Pays-bas avec les figures de plusieurs monnoies belgiques tant d'or que d'argent frappees avant l'an* 1450 (De tribus rebus ad historiam Belgii nummariam maxime pertinentibus) Bruxellis apud Lemaire 1786. 8 Ex Fell. Julio 1786. Vide Wastelain Carolus = *Notion succincte de l'ancienne constitution des Provinces Belgique, tiree des auteurs, et documens anciens suivie de quelque observations etc.* (Brevis notitia de veteri constitutione Belgii) Bruxellis apud Lemaire 1790 in 8 = In memoriis Academiae Bruxellensis, extant ejusdem nonulla scripta = *La vraie notion des dixmes retablie sur les principes de la jurisprudence canonique etc.* in 8 (Vera de decimis notio secundum principia juris Canonici restituta) quem tractatum duobus opusculis defendit contra nescio quos impugnatores = *Dissertation sur les differents genres de medailles antiques* (De variis numorum veterum generibus) Nivellis 1779 in 4 = *Catalogus numismatum nummorumque Caroli Alexandri Ducis Lotharingiae.* 8 = *Commentarius in psalmos* 8; puto sermone gallico = Egregia *Dissertatio* de vero Auctore aurei libelli de imitatione Christi, et contemptu mundi. Ex Fel. *Journal* etc. tomo 149 = *Reflexions sur deux pieces relatives a l'histoire de la imprimerie.* Editio secunda. Nivellis apud Pion. 1780. Ex Feller *journal.* tom. 156 Contendit Ghesquierus quemdam Joannem Brito civem Brugensem typographiae fuisse auctorem = *Prospectus operis quod inscribetur: Analecta belgica ad 17 Provinciarum Belgii ac ditionum interjacentium historiam dilucidandam pertinentia.* Antuerpiae. typis J. Grangè. Ex Feller *journal.* tomo 153. *Vide Bollandiana.*

Gilii Philippus Salvator in oppido Legogne dioecesis Spoletinae n. 27 Julii 1721 Soc. ac. in Prov. Rom. 28 Aug. 1740 V. 4 n. 28 Martii 1756 (alibi lego natum fuisse 26 Julii, Soc. accessisse 26 Aug.) Ex Prov. Romana in Provinciam Novi Regni se transtulit Americanorum ad Religionem Cristianam conversionis studiosus, quam sibi susceptam Provinciam diligenter plures annos obivit. Americanis Orinocensibus convertendis, atque in fide confirmandis annos plusquam 18 strenue inserviens, Ecclesiae et Regis Catholico imperio eorum perplurimos adjecit. Oppidum (*Reductio* Missionariorum phrasi dicitur) *Encaramada* appellatum fundavit, aliaque jam pridem fundata novis incolis auxit, quos e sylvis, saltibusque incredibili patientia, aerumnis, et labore extrahebat, splendidis Religionis Catholicae, et ditionis Hispanicae incrementis. Post exilium Provinciac Romanae se restituit, et praeerat Collegio Urbevetano anno 1773, administrato antea Collegio Montis Sancti. Romae obiit 10 Martii 1789. Praeter grammaticas, et dictionnaria linguarum Maipurensis, et Tamanacanae, quae m ss. reliquit, edidit = *Saggio di Storia Americana o sia storia naturale, civile, e sacra de regni e delle provincie Spagnuole di terra ferma etc.* (Neogranatensi Regni historia naturalis, civilis et sacra) tomi 4 in 8 quos dicat Pio VI. P. M. Romae per Aloysium Perego Salvioni; tomus primus 1780: secundus.

Ibid. 1781: tertius. Ibid. 1782: quartus 1784. Haec historia plurimi habetur a veritatis studiosis, cujus Gillius summum cultorem se ostendit = Novendialia in obsequium D. Fr. Xaverii hispanice conscripta a Nostro Francisco Garcia italice convertit et Romae edidit tacito suo nomine.

Giorgi Joannes Vincentins, natus 12 Jul. 1738, Soc. ac. in Prov. Rom. 4 Nov. 1751, v. 4 n. 15 Aug. 1771. Rhetorica Perusiae cum opinione tradita nulla fere mora interposita in excursionibus Apostolicis obeundis se totum occupavit, et anno 1772 degebat in Residensia Tusculana Missionarii secundi nomine. Extincta Societate in ditionem Venetam se contulit, in qua Concionatorem egit per annos plusquam 20, ab anno nempe 1779 ad annum 1800. Ex ditione Veneta Romam advenit splendido Theologiae Poenitentiariae munere a Pio VII, qui hominem noverat egregie doctum, ac Religiosum, honestatus. Neque novum istud munus, etsi negotiis plurimis impeditum, Giorgium a concionibus jugiter ad populum habendis abstraxit. Saepe enim audivi perorantem in templo domus Professorum J. incredibili populi frequentia. Orabat tamquam potestatem habens, et neminem, certo cum plures praestantes Oratores audierim, Giorgio feliciorem, ad animos commovendos cognovi. In medio horum laborum cursu obiit Romae 30 Januarii 1803. Scripta = *Triduo di meditazioni ad onore di S. Stanislao Koska* (in honorem D. Koskae meditationes triduanae) Romae per Salomoni 1756 = Aliae in honorem D. Peregrini Confessoris, qui colitur in Montanis Mutinensibus. Perusiae 1760 per Garelli = *Epoche principali della Religion rivelata del vero Dio* (insigniores epochae de religione revelata Veri Dei) Pars prima quae continet tomos V. Tomus primus de necessitate divinae revelationis. Venetiis 1791 in 8, per Antonium Curti. Q. Giacomo; et dicatur Marco Zaguri Episcopo Vicentiae: secundus de 6 diebus Creationis Mundi: ibidem, et dicatur Joanni Andreae Avogadro, Episcopo Veronensi; huic tomo II°. subjicitur discussio de mente S. Augustini circa creationem. Tomus III. et IV. ibidem sed anno 1794, et dicantur Dominico Manciforte Episcopo Faventino; et agitur de natura, et cultu Angelorum. Tomus V. ibidem, sed 1795; et sermo fit de Homine, et de peccato originali. De secunda parte hujus operis profunde Theologici, et eruditi videtur Auctor non admodum cogitasse = *Opere morali predicabili, e Teologiche* tomi IX. saltem. Venetiis apud Zanardi, et Molinari 1800 in 8. Tomus I. dicatur Cardinali Herculi Consalvi Pii Septimo a Secretis Status, et tomus IX. Felici Zondadari Archiepiscopo Senensi = Giorgius edendum curavit nostri *Josephi Mariani Parthenii de vita, et studiis Hieronymi Lagomarsini commentarium posthumum*. Venetiis 1802 per Antonium Rosa cum adnotationibus ipsius Giorgi, et Francisci Carrara. Giorgius quoque adjunxit diatribam in qua vindicatur Didacus Lainez ab accusationibus Thuani, et aliorum = *Trattato teologico ossia annalisi della Religione rivelata* (tractatus, sive analysis religionis rivelatae). Venetiis per Jacobum Zanardi = *Trattato polemico in difesa del Primato Apostolico di S. Pietro* (Defensio Primatus D. Petri) Venetiis per Antonium Curti 1800. = *Discorso morale con una pratica istruzione per la buona morte* (Institutio pro beata morte impetranda). Venetiis per Zerletti 1802 = *Osservazioni teologico-critiche sulla sublime spiegazione delle sei giornate della Creazione proposte da S. Agostino*. Romae in 8. Feliciter, et ingeniose interpretatur Giorgius D. Augustinum asserentem ad speciem mundi Creationem uno fuisse momento perfectam = Editor quoque fuit Giorgius libelli optimae frugis conscripti a pio quodam Equite Italo titulo *Divote aspirazioni, ed affetti corrispondenti alle meditazioni principali degli esercizii spirituali di S. Ignazio di Loyola* (suspiria, et affectus consenta-

nel insigniòribus D. Ignatii meditationibus) Venetiis ex typ. Coleti 1794 in 12. Praeit Giorgii allocutio ad lectorem ubi nonnulla de hujus Equitis virtutibus affert. = *Clariss. viri Sacerdotis Vincentii Giorgi Tribunalis Poenitentiariae Aplicae olim Theologi judicium pro veritate de cultu, et festo Sacratissimi Cordis Deiparae Virginis Mariae*. Extat in opere *Sacra Rituum congregatione Emin. et Rmo Dño Card. Saluzzo Relatore ... in honorem Sacratissimi Cordis Deiparae Virginis Mariae. Supplex libellus cum Summario*. Romae apud Lazarinum R. C. A. typographum 1804. Parnassum quoque Hetruscum noster excoluit sequentibus Dramatibus = *Il Davide* (David) = *Il regno di Pallade, e di Astrea in Toscana* (Palladis et Astreae imperium Hetruscum) = *Il trionfo della Clemenza in Firenze per la venuta di Leopoldo Granduca di Toscana* (Clementia Florentiae triumphans adventante in Hetruriam Leopoldo (*Elogio al Cavaliere Procuratore Giovanni Pesaro in Venezia*. = *Delizie dello stato Religioso. Poemetto in ottava Rima* (Poema carmine octono de Status Religiosi deliciis). Joannes Jacobus de Marchionibus Dionisi Dissertationem de Dantis Poetae Sepulcro dicavit Giorgio magna cum laude ejusdem Apostolici ardoris, et eruditionis Theologicae; in qua reor Giorgium non tot aliis occupationibus distractum paucis, ne dicam ullo, inferiorem futurum.

Giuli Joan. Dominicus, Pedemontanus in fano S. Georgii in Provincia, sive tractu Canapitii n. Soc. accessit in Prov. Mediolanensi an. 1772, cum jam esset insignibus Doctoris in utroque jure decoratus. Extincta Societate, sacerdotio inauguratus, Theologiam docuit in Seminario S. Benigni, cujus insignis Abbatiae uni Romanae Sedi subjectae Vicarius fuit Generalis, deinceps etiam Dioecesis Segusianae (Susa). Ab Academia Alexandrina, in quam fuit cooptatus, nomen habuit *il Tenace*. Hoc anno 1814 Sacellanum agit Romae Sardiniae Regis Victorii Amedei. Opera: = *La Pietà forte, ossia il Carattere de' primi tre secoli della Chiesa*. tom. III. (De solida pietate, seu de notis duorum priorum Ecclesiae Saeculorum) Lausanae = *Le Notti di Santa Maria Maddalena penitente* (Divae Magdalenae poenitentis Noctes) Hoc vere aureum opusculum in quo inducitur Magdalena suae juventutis errata deflens, sese ad Jesum ardenter amandum excitari, adeo elegantiam cum pietate conjunctam amantibus placuit, ut praeter editionem Taurinensem omnium primam, vulgatum quoque fuerit typis Vercellensibus, Neapolitanis, Venetis, Genuensibus, Placentinis, Ariminensibus, Tergestinis, Bassanensibus, Fulginiensibus, Romanis per Antonium Fulgoni 1804, et iterum per Linum Contedini 1814 cum additionibus, et correctionibus, adjuncto etiam Dramate inscripto *S. Maria Madalena al Sepolcro*, jam prius edito Taurini 1784. Neque Italis tantum, sed Gallis etiam Madalenae noctes summopere arriserunt, ut confirmant tres earum interpretationes gallicanae, quarum una edita fuit Viennae ad Danubium 1802 apud Mathiam Andream Schmidt titulo: *Les nuits de S. Mariae Magdelaine, ouvrage traduit del' Italien*. Me latet an vulgata fuerit interpretatio germanica iampridem suscepta a viro quodam sane erudito. = *Le Veglie di S. Agostino* (Vigiliae, seu Lucubrationes D. Augustini de rebus moralibus ac Divinis loquentis). Romae per Antonium Fulgoni 1804: uno tomo. Praecesserat editio Taurinensis tomis duobus; aliaeque multae, etiam cum interpretatione Gallicana = *Il Pater noster ridotto in quattro colloquj con Dio per ogni petizione*. (Oratio Dominica cum 4 ad Deum colloquiis) Taurini per Xaverium Fontana. = *Meditazioni per ciascun giorno dell' anno, ricavate da un Versetto de' salmi, e disposte coll' ordine degli Esercizi di S. Ignazio, tutte in forma di soliloquj, o di colloquj con Dio* (Meditationes pro singulis anni diebus juxta ordinem exercitiorum D. Ignatii): tomi IV. Taurini per Fea. = *La Filo-*

sofia alla moda, *ossia la filosofia del decimottavo secolo*. (Philosophia more novo, seu Philosophia saeculi XVIII.) Taurini per Prato. = *Cantata per la festa di S. Luigi Gonzaga* (Carmen Musicum in D. Gonzaghae laudem) Vercellis. = *Versi sciolti sopra il Tremuoto di Calabria*, *e di Sicilia* (Carmina dispari casu de Calabriae terraemotu). Taurini per Abbondo = *Traduzione della conversione del Cavaliere di Ramsay* (Interpretatio ex gallico conversionis Equitis Ramsay) Lausanae cum approbatione Episcopi. = *Traduzione del Solitario Cristiano Cattolico del nostro Padre Nicolao De Diesbach*. (Solitarius Christianus Catholicus ex gallico Nostri Diesbach) Lausanae. = *Avvertimenti Salutari d' un filosofo Cristiano*. (Colloqnia salubria Philosophi Christiani) Lausanae. = Interpretatio discursuum de Religione ex gallico nostri Para = *La passione di N. S. Gesù Cristo*. *Componimento dramatico*. Taurini 1796 typis Jacobi Fea. in 8; praecessit aliae editio = *Cantata per Musica etc.* (exiguum drama ad modos musicos accommodatum in honorem Principis Regiae Mariae Felicitatis de Sabandia). Vercellis apud Josephum Panialis. 1784 in 8. = *Parafrasi*, *ossia esposizione poetica delle litanie della SS. Vergine Maria*, *Madre di Dio*. 1796. typis Jacobi Fea in 8. Non unam tantam, sed 4 interpretationes litaniarum hoc opusculum complectitur, quod miram in pangendo Etrusce Auctoris facilitatem ostendit. Praecessit alia editio = *Breve notizia della Chiesa della SS. Vergine di Misobolo ... con un ragionamento etc.* (Cum solemniter coronaretur haec Deiparae imago, hunc discursum noster edidit) Taurini typis Avondo 1791 in 8.

Goldhagen Hermannus ex Provincia ad Rhenum Superiorem, in cujus Academia Moguntina publicus fuit S. Scripturae Professor; et anno 1766 Procuratorem Provinciae Generalem agebat. Magnam ingenii vim, et mirabilem doctrinae copiam ad unam fere Religionem tuendam impiger adhibuit. Edidit = *Lexidion graeco-latinum*. Moguntiae 1753 in 8 = Η καινη Διαθηκη *Novum Testamentum Graecum variantibus lectionibus*, *quae demonstrant vulgatam latinam ipsis e graecis codicibus hodie nunc extantibus authenticam*, Moguntiae 1753 in 8. Ornatur hoc opus egregium spicilegio apologetico, et lexico graeco-latino = *Institutiones styli soluti*, *et ligati pro classe humanitatis*. Ibidem per Nicolanm Pierron 1752 = *Institutiones compendiariae*, *ad linguam Graecam ... per quemdam S. J. Sacerdotem*. Ibidem per haeredes Haefner 1755 in 8 = *Institutiones Oratoriae*, *et Poeticae pro classe Rhetoricae*: *Ubi extat utilissima Rhetorica explicata*, *et applicata ad eloquentiam civilem*, *et Ecclesiasticam*. Ibidem = *Hodegus biblicus*, *sive nova Methodus Sacra Biblia intra annum cum fructu legendi etc*: ibid. typis Elector 1763 in 8 = *Introductio in S. Scripturam ... maxime contra Theistas*, *et varii nominis Incredulos*. Tribus tomis, sive partibus: ibid. ex typog. Haeffneriana 1765 tomus primus: et secundus 1766: tertius 1768. Opus undequaque praestans, et summopere dignum quod diurna versentur, nocturna que manu Tyrones Theologi, (qui non excitem etiam Veteranos?) ut facile, solide, et erudite Incredulos confutent. = *Nothiger Unterrich in dem Religions grunden etc.* (Utilis Instructio de Religionis fundamentis). Manhemii typis Academic. 1769 in 8. Incredulos fortiter exagitat = *Exegesis Catholica in praecipuas sententias Sacrae Scripturae ab Etherodoxis alieno sensu male explicatas*. Moguntiae ex typog. Elector 1757. = *Trost*, *Wahrheiten unt gebett aus gottlicher heiliger Schrifft etc.* Ibid. apud Haeredes Haeffner 1759 in 12. Continet preces consolatorias tempore afflictionis = *Meletema biblico-philologicum de Religione Hebraeorum sub lege naturali*. Ibid. 1759 per haeredes Haefner: extat etiam in tomo VIII. *Thesauri Theologici*, quem edi curavit Franciscus Anton. Zaccaria tomis XIII. Venetiis 1762, et

63, qui in *Apparatu ... ad Theologiam* Romae edito 1773 Lectores monet his verbis: *Auctores qui ab Indice tomi XIII absunt, me non invito solum, sed etiam inconsulto fuisse in hunc Thesaurum aliena manu illatos* = *Religions Journal tamt Beylagen* (Religionis Diarium cum additamento): pluribus tomis. Moguntiae 1776, quo anno ni fallor principium habuit Diarium istud singulis tribus mensibus edendum, et magnam a viris eruditis Religionis studiosis sibi laudem peperit. Xaverius Feller ejusdem meminis in tomo 145 suae Ephemeridis *Journal etc.* = *Psalmenbuch in einer Kurzen Erklarung aus den Grundsprachen*. Moguntiae 1780 in 8: Fellerio admodum probatur (*Journal etc.* tom. 157) haec Psalmorum interpretatio ex Gallica Nostri Lallemant cum nonnullis accessionibus Goldhageni = *Vindiciae harmonico-Criticae, et exegeticae in S. Scripturam V. ac N. Testamenti cum introductione ad finem legis veteris Jesum C. in ea agnoscendum*. Moguntiae apud J. T. Alef. Haeredes Haeffner 1774, et 75. Volum. II. Ex Fellerio *Journal* tomo 151.

Gravina Josephus Maria, illustribus Natalibus Panormi n. 9 Martii 1702. Soc. ac. in Prov. Sicula. 31 Oct. 1716 v. 4 n. 15 Aug. 1735. Post varia munera praefuit Studiis generalibus Panormitani Collegii Maximi an. 1766. Romae obiit post extinctam Societatem: alicubi lego Mutinae obiisse versus an. 1780. Opera. = *Jesuita rite instructus piis exercitationibus SS. Patris Ignatii de Loyola*: duabus partibus, sive tomis. Panormi 1746. 8: typis Angeli Felicella. Opus Hominibus nostris spiritu renovandis apprime utile. = *Ratio tradendae philosophiae in Scholis Provinciae Siculae S. J.* Panormi 1754 in 4 tacito nomine = *Istruzioni pe' Signori Convittori de PP. Gesuiti etc.* Ibid. per Stephanum Amato 1735 suppresso nomine; idem fere, ac nostri Croissetl opus, sed nonnullis mutatis, adjectisque cum adjuncta eleganti narratione *Academiae Argonauticae in nostro Collegio Panormitano institutae* = *Conclusiones Theologicae Critico-Etichae de usu, et abusu Opinionis probabilis* Panormi 1752. = *Trattenimenti apologetici sul probabilismo*. Panormi 1755 per Bentivenga. Volum. III. in 4 quae dicat Cardinal. Joanni Francisco Albani = *De electorum hominum numero respectu hominum reproborum*. Panormi 1764 In omnibus his operibus ostendit acre ingenium, doctrinae abundantiam exquisitam, et invictum animi robur. Nollem tantam in nonnullo Gravinae opere acerbitatem. = *Conclusiones Theologicae de usu et abusu opinionis probabilis*. Extat in 4 tom. *Thesauri Theologici* edit. Venetae 1762 = *Conclusiones polemicae de 5 Jansenianorum erroribus in haereses vergentibus*. Extant in tomo V. Thesauri Theologici edit. Venetae 1762. Praecesserat editio Panormitana an. 1751 = *Vita V. Francisci de Franciscis*: m ss. tribus tomis; quorum tertius epistolas continet ejusd. Vener. Viri. Ex hac diffusa vita compendiariam fecit Noster Massa, hispanice conversam a nostro Busquets.

Grosier Joannes Bap. Gabriel Alexius: natus 17 Martii 17 Martii 1747, Soc. ac. in Provincia Campaniae 7 Julii 1761 in cujus Mussipontano Collegio Physices erat Auditor anno 1765. Haud semel pro *Grosier* scriptum lego *Grostier*, et *Grozier*, sed utrumque male. Locum occupavit Dñi Freròn in vulganda hemeride inscripta *Journal de Litterature des Sciences, et des Arts*. Edidit = *Description generale de la Chine*, tom. duo in 8. Parisiis 1787, apud Moutard. Se dicit Canonicum D. Ludovici in Palatio Regio Luparae (Louvre) = *Memoires d'une Societè celebre consideree, comme corps litteraire, et academique depuis le commencement de ce siecle; ou memoires des Jesuites sur les sciences, les belles lettres, et les arts etc.* Parisiis apud Defer Démaisonneuve. 1790 in 8: tomi III. Egregio usus consilio iterum Grosierus typis dedit plurimas Jesuitarum dissertationes jam editas in memoriis Trevoltiensibus ob raritatem difficulter habendis. Elegans, eruditusque prologus quo Gro-

sierus lectores alloquitur, tres dictos tomos exornat, quos erant tres alii secuturi, nisi Galliarum turbae intercessissent. De hoc opere meminerunt cum laude Ephemerides Ecclesiasticae Romanae (*Giornale Ecclesiastico di Roma*): tomo VIII. dignissimo, qui legatur. Magnam quoque partem Grosierus habuit in edenda historia generali Sinarum, seu magnis Annalibus Sinensibus gallice conversis a Nostro Josepho Anna Maria de Moyriac de Mailla. Summopere cavendum est a subjectis annotatiunculis, quibus non illustrare, sed faedare dictos annales instituit Dominus Le Roux des Hautesrayes, quia veritati sunt, ac sinceritati parum consentaneae. In tomo X. operis inscripti *Memoires pour servir a l'histoire Ancienne du globe terrestre*. Parisiis apud Xhrovet typographum an. 1809 quatuor extant Grosieri censurae de peregrinatione Domini de Guignes in Sinas: ibique meminit operis inscripti *Magasin encyclopedique*, in quo scribendo partem quoque suam Grosierus habuit

Guarini Joan. Bapt. Lascaris ex Marchionibus de Cimarra Panormi n. 9 Sep. 1719, Soc. ac. in Prov. Sicula 7 Dec. 1733 v. 4 n. 2 Feb. 1753 Philosophiam, ac Theologiam docuit minime exigua ingenii, et eruditionis laude. Mortem obiit Romae post extinctam Societatem. Opera = *La ragione da soggettarsi alla fede*, *discorso* (De ratione Fidei subjicienda cum annotationibus) Panormi 1758 in 4: ex opere inscripto *Opuscoli di Autori Siciliani*. = *Juris naturae*, *et gentium principia*, *et officia ad Christianae doctrinae regulam exacta et explicata a Doctore Eximio Francisco Suarez S. J. digessit*, *notisque perpetuis illustravit Joan. Bap. Guarini Panormitanus Ethices Professor*. in 12. Panormi per Franciscum Ferrer 1758 et Romae 1769 = *Dissertazione sopra la patria*, *e martirio de' SS. Vito*, *Modesto*, *e Crescenzio etc.* extat in dissertationibus Ecclesiasticis, quas Cl. Franciscus Antonius Zaccharia noster colligebat. In nonnullis Nostri operibus omittitur cognomen *Lascaris*; quod omittunt etiam Catalogi Prov. Siculae = *Ragionamenti filosofici*: Tomi IV. 8. Romae apud Joan. Puccinelli 1785, et 1786. Omnes Philosophiae partes dilucide, atque erudite explicat = *Panegirico di S. Agrippina Vergine*, *e Martire*: Extat in opere *Raccolta di varj discorsi Italiani composti di alcuni Oratori Siciliani della C. di Gesù*. II. Decas. Panormi per Petrum Bentivenga 1752. Primam Decadem nondum vidi. = *Dissertazione Critica intorno al luogo della morte del Martire Santo Vito*. Panormi per Bentivenga, 1762. 4. Ex *Opuscoli di Autori Siciliani* = *Juris naturae*, *et Gentium Principia et Officia ad Xañae doctrinae regulam exacta*, *et explicata*: duobus tomis in 4 Romae apud Paulum Junchi 1778, et 1779: quorum primum dicat Josepho Albano, Praesuli Romano nunc e Purpuratorum Collegio: dicat alterum Cardinali Joan. Bap. Rezzonico Clementis XIII. P. M. Fratris Germani Filio. In utroque eleganter, ac robuste oppugnat Puffendorfium, et alios Protestantes qui de his doctrinis erudite quidem, sed multiplici lapsu scripserunt.

Guenard Antonius in oppido Damblain n. 16. Dec. (nonnemo scribit minus recte 15) an. 1726, Soc. ac. in Prov. Campaniae 15 Oct. 1744, in cujus Mussipontano convictu munus Praefecti obibat anno 1755 exeunte nondum Sacerdos. Opera = *Discours sur l'esprit philosophique*. Nobilis profecto elucubratio ad fraenandam Philosophorum in sacris dijudicandis licentiam, quam praemio affecit Academia Parisiensis an. 1755, quo typis fuit edita. Iterum edita fuit in opere iscripto *Antilogies*, *et fragmens philosophiques*. Amstaelodami, et vaenit Parisiis 1774, teste nostro Fellero in suo opere *Journal* an. 1775. Tertio denique fuit edita in opere *Porte feville d'un jeune Philosophe Chretien*. Parisiis 1808. Anonymus Auctor perperam scribit *Guinard* pro *Guenard*, ut animadvertit Clarissimus Scriptor operis *Melanges de Philosophie*, *d'histoire etc.* tomo V. additque Guenardum anno 29

suae vitae laudatam elucubrationem perfecisse, quam ipsi etiam Dalambert, et Harpe laudibus cumularunt. Ex eodem Cl. Scriptore novimus Guenardum insignem refutationem scripsisse *Encyclopediae* Parisiensis, quam anno 1793 magno Eruditorum, ac Religionis etiam detrimento flammis addixit timore perduellionis Gallicae correptus. Multa valuit Guenardus priscarum linguarum cognitione, multa quoque fuit tum sacra, tum prophana eruditione excultus. Modestus, et vere pius, opumque contemptor eximius obiit Guenardus ineunte anno 1806 in castro ni fallor Fleville prope Nancejum.

Guerin du Rocher ex Provincia ni fallor Franciae, in cujus aridissimo catalogo anni 1751 ad 1752 tres Jesuitas lego, cognomine *Guerin*, Patrem Josephum Andream unum in Seminario Nivernensi Ministrum; Patrem Thomam alterum in Collegio Molinensi Procuratorem; Petrum Mariam Stanislaum tertium in Collegio Bituricensi Professorem non Sacerdotem tertiae classis: quem fere certus sum esse Nostrum Scriptorem; sed ex tanta catalogi jejunitate incassum sperabis aliquid expiscari de patria, aetate, ingressu in Societatem etc. Verumtamen accepisse me memini ex quodam Auctore, cujus oblivio me cepit, Scriptorem Guerin de Rocher vocari Petrum, et natum fuisse anno 1731 prope Falaesam (Falaise) Normanniae urbem. Opera = *Histoire veritable des tems fabuleux etc.* tri.tom. in 8. Parisiis apud Carolum Petrum Berton 1776 ad 77. Antiquitates Aegyptiacas explicat erudite, verum a falso seponendo, et gravibus insuper argumentis confirmando illas ex veteri Testamento desumptas faede fuisse deformatas. In operis dispositione (*Plan de l'Ouvrage*) auctor ait pag. 16 se Gallia abfuisse ab anno 1762; et per Germaniam, uti suspicor, et Poloniam peregrinasse: et pag. 33 pollicetur integrum opus decem, aut 12 tomos esse complexurum, quos aeternum dolebunt quicumque Eruditi editos non fuisse. Summa enim elucet in his tribus tomis linguarum Orientalium cognitio, atque sagax, et profundum ingenium in perquirendis et illustrandis populorum, gentiumque antiquitatibus, et in Sacrorum bibliorum veritate vindicanda. Neque praemium egregio hujus operis auctori defuit; namque donatus fuit censu annuo a Galliae Rege; et multa habuit a multis Eruditis elogia, in his est Auctor operis *Bibliotheque du Nord* tom. VI. mense Junio 1778: et Flexier de Reval (Fran. Xaverius Feller de quo in loco) Meminerunt etiam Guerini non modica laude Auctor operis *Melanges et Fragmens poetiques* et annalium politicorum Scriptor quem Domin. Linguetum esse puto. Tot inter Eruditorum laudes reprehensus tamen fuit Noster a Cl. Viris Guignes, et Voisin; sed eorum objectiones inutiles, secum pugnantes, et sophisticas esse evidenter demonstrat Abbas Ch. quo mutilo nomine latet Dominus Chappelle, ut asserit Noster Fellerus *Journal* tom.156. Guerinum etiam praeclarissime tuetur contra Pseudophilosophum Voltaire, et Dominum Harpe ad officium hominis Christiani deinceps revocatum Anonymus Auctor egregiae epistolae *Lettre a Mon. de la Harpe Folliculaire des Philosophes etc.* (Epistola Domino Harpe a plagulis scribendis Sophistarum meritorio). In discessione Gallicana Guerinus una cum ejus germano fratre Jesuita et eruditione, et linguarum Orientalium studio commendando, et tribus cum Episcopis Galliae, et 100 saltem Sacerdotibus trucidatus fuit atrociter in Coenobio Carmelitanorum Parisiensi die 2 Sep. 1792 ab immanibus illis Deo, et hominibus execrandis qui *Jacobini* dicebantur. Non incommode videntur nominandi Jesuitae reliqui qui eodem loco et die mactati fuerunt, quia ex illis plures aliquid mea sententia typis vulgarunt. Fuerunt isti N. Bonneau V. G. de Lyon (quod interpretor Vicarius Generalis Archiepiscopi Lugdunensis) Auctor operis *Memoire a lire au Conseil du Roi* en 1787: Gaguerès des Granges insignis Philosophus,

Mathematicus, Historicus, et in omni doctrina eruditissimus, qui narrationem contexuit de administratione Regni Galliae Christiana super Religione obita ac Summis Administris N. Brienne, atque Necker etc. quae inserenda erat in Ephemeridem *Journal Ecclesiastique*: Concionatores nobiles l'Enfant: Le Gue: Friteyre: Durve: Millou: Second. His comites fuerunt Vourlat, et Grasset de quorum muneribus nihil certum habeo. Ad supplicium quoque raptus fuerat Noster Saurin sed a Massiliensi quodam lictore cognitus, liber evasit, et illum ego Romae novi. Nonnemo tamen mecum aliquantulum in his narrandis discrepat, scribens Guerinum cum Germano fratre trucidatum fuisse in Seminario S. Firmini die 3 Septembris. Praestitit Noster gratissima morum comitate, summa animi modestia, et cathechismi explicandi exercitatione fere quotidiana.

Gussmann seu Guesmann, Gysmann etiam a nonnullo appellatur, Franciscus Austriacus Wolkerstorffensis, n. 30 Sep. 1741 Soc. ac. in Provincia Austriae 18 Oct. 1756. Degebat in Collegio Viennensi an. 1773. Scripsit = *Sugli antichi Zodiaci dell' Egitto ... traduzione dal Tede co*. Venetiis apud Franciscum Andreola 1802. Est versio Italica ex Germanica lingua, interprete, ut audio nostro Laurentio Thiulen, qui adjecit ex suo Supplementum dignum quod legatur. In magno pretio habetur haec egregia dissertatio instar epistolae ad Nobilem Adolescentem in qua invictis rationibus refellit Noster antiquitatem quorumdam, uti volebant, Zodiacorum Ægyptiorum quam sustinere nitebantur Galli Fourrier, Caraboeuf, Dupuis, et alii Divinae Scripturae osores; quorum inscitiam, ac malam fidem clarissime ostendit, et Chronologiam Mosaicam mirifice confirmat = *Beytraege zur Bestimmung des alter unserer Erde* (Supplementum ad definiendam aetatem nostri globi): quod opus laudatur a Gussmanno in sequenti = *Litophylacium Mitisianum dissertatione praevia, et observationibus perpetuis physico-mineralogicis explicatum*. Viennae Austriae typis Josephi Nobilis de Kurzbeck 1785 in 8. Illustris Mitisius a Caesaris consiliis Dominus erat hujus Litophylacii = *Ephemerides Astronomicae pro anno 1776*; quas Gussmannus simul cum Exjesuita Ignatio L. B. (Libero Barone) de Rain confecit dirigente Maximiliano Hell. = *De lapidibus atmosphaericis, sive de lapidibus de coelo cadentibus*: sermone uti reor germanico. Laudatur ab Auctore operis *Annales litteraires, et morales. Tome II*. Parisiis apud Adrianum le Clerc. 1804. Eruditissimus Dominicus Testa Pontifici Pio VII. a litteris latinis in egregia dissertatione de duobus Zodiacis sermone Hetrusco vulgata Romae 1802, et dicata Academiae Romanae Religionis Catholicae, ita de Gussmanno judicat pag. 31 in subjecta nota: *Franciscus Gussmann jam Reipublicae litterariae notus ab aliis suis doctissimis elucubrationibus, scripsit etiam nuper de vetustis Ægypti Zodiacis. Eorum antiquitatem omnino elevat robustis argumentis ex Astronomia petitis, et ex vicissitudinibus physicis, quas antea, et etiam nunc passa est Ægyptus*.

Gustà Franciscus, Barcinone n. 9 Jan. 1744. Soc. ac. in Prov. Aragoniae 2 Oct. 1759. Theologiae addiscendae operam dabat in annum secundum in Collegio Maximo Valentino D. Pauli anno 1766. Societatem in Regnum Neapolitanum invectam amplexus, Panormum transmisit, ubi hoc anno 1814 Theologiam docet. Plurima scripsit mira facilitate, et eruditione. Opera quae novi sunt = *Su i catechismi moderni Saggio Critico teologico*. Fulginiae typis Joan. Tomasini 1793. 8: est editio secunda magis correcta, et aucta quam illa Ferrariensis per Rinaldi 1788 in 8. Dicat illam Marco Zaguri Episcopo Vincentiae, vigilantissimo, et doctissimo, uti fit palam ex suis operibus editis. Haec etiam editio exornatur litteris Brevibus Pii VI. ad Auctorem datis. Opus admodum eruditum, et ad avocandos Catholicos a legendis catechismis Jan-

seniauorum, quorum fraudes manifestat, summopere opportunum = *Memorie istoriche sulla venuta a Ferrara del Papa Pio VI, e ritorno da Vienna* (tacito nomine) Ferrariae per Pomatelli 1782 (De adventu Pii VI. in Ferrariam) = *Stato felice, ed infelice della Calabria, e di Messina in occasione del terremoto di Febrajo del* 1783. (De terraemotu an. 1783, quo Calabria, et Messana acerbe concussae sunt) Florentiae per Pagani 1783 in 8 = *Dubbii critico-teologici sul supposto battesimo dell' Ebreo Bianchini* (sine nomine) Bononiae (pro Florentiae) 1786 in 4 (Dubitatio de baptismo Hebraei) = *Riforma dell' Alcorano de Seich Mansur* (sine nomine). Florentiae (etsi taceatur) 1787 in 12 (De emendatione Alcorani) = *Regole dei Frati della Penitenza*: Est versio ex latino. Ferrariae per Pomatelli 1785 in 12 = *Breve confutazione del paralello del libro* Jesu C. sotto l' anatema. Ferrariae per Rinaldi 1787. 8 (Confutatio comparationis libri Jesu C. sub anathemate) *De Suecici Imperii sub Gustavo III. mutatione commentarius*. Dum edebatur magnificis typis Parmensibus, ipsi Gustavo offerendus, editio politicis causis fuit abrupta = *Il testamento politico di Voltaire*. Florentiae (etsi taceatur): est versio ex gallico: annotationes vero, atque additamenta sunt nostri = *De vita, et scriptis Joan. Andreae Barotti commentarius*. Maceratae 1779. 8 = *La Vita del Marchese di Pombal etc.* Iverdon (pro Senis) 1782 tomis IV. in 8; et est editio quarta correctior, et amplior: reddita fuit germanice per Abbatem Jagemans et edita Graecii 1782: sed nonnullis mutatis. Conversa fuit etiam gallice per anonymum inscriptione *Memoire etc.* tacentem esse versionem ex italico = *Breve istruzione ad un Teologo, se sia, o no condannato il probabilismo* (sine nomine). Florentiae in 8 = *Viaggi dei Papi* (sine nomine) Florentiae per Tafani 1782. 8; et iterum ibidem addita peregrinatione Pii VI. in Germaniam. = *Vita di Costantino il Grande etc.* Fulginiae per Tomassini 1786. tom. II. item magis aucta, et correcta Venetiis apud Jacobum Storti 1790 tom. II. quam dicat Cardinali Francisco Xaverio de Zelada. = *Saggio critico sulle Crociate ... e se sieno addattabili alle circostanze presenti* (De bellis Sacris, et an sint suscipienda adversus Rempublicam Gallicanam) in 4 sine nomine auctoris, loci, nec anni. = *Gli errori di Pietro Tamburini nelle prelezioni di Etica Cristiana* (Reprehendit errores Ethicae Christianae vulgatae a Tamburino). Fulginiae apud Tomassini 1791: tom. II. in 8, quos dicat Adeodato Turchi ex Capuccinorum Ordine, Parmensium Episcopo = *Memorie della rivoluzione Francese tanto politica, che Ecclesiastica, e della gran parte, che vi anno avuto i Giansenisti*. (Monumenta historica rebellionis Gallicae politicae, et Ecclesiasticae, cujus maguam partem Jansenistae fuerunt Auctores) Assisii 1793 per Octavium Sgariglia in 8 = *Dell' influenza dei Giansenisti nella rivoluzione di Francia*. Est idem opus ac prius laudatum, sed cum correctionibus, et additamentis. Ferrariae = *Difesa del Catechismo del V. Cardinale Bellarmino etc.* Ferrariae per haeredes Rinaldi 1787: Ibid. 1789 = *Della condotta della Chiesa Cattolica nell' elezione del suo Capo Visibile il Romano Pontefice*. (Pontificis eligendi ratio) Venetiis apud Francis. Andreola 1799 in 8 = *Lo Spirito del Secolo* 18, *ritoccato con aggiunte note* (Ingenium saeculi 18 cum notis). Ferrariae 1792 = *Risposta al quesito, qual giudizio debba formarsi delle persone che in Paesi Cattolici vogliono sostenere il giuramento prescritto dall' Assemblea Nazionale di Francia etc.* (Illos condamuat volentes posse fieri ab Ecclesiasticis Juramentum a Comittiis Gallicanis jussum: secundum quoque juramentum de libertate, et de aequalitate similiter condamnat). Ferrariae per haeredes Rinaldi 1793 = *L' antico progetto di Borgo Fontana dai Moderni Giansenisti continuato, e compito. Nuova edizione ricorretta, ed accresciuta*. (Consi-

lium Burgofontanum a Jansenistis recentioribus continuatum, et omnino perfectum) Venetiis per Franciscum Andreola 1800. In opere *Giornale Ecclesiastico di Roma*, tomo II. Supplementi extat erudita Gustae epistola, qua cujusdam Petri Tamburini Discipuli errores Jansenianos invicte repellit. Plura etiam nostec habet m ss. omnino perfecta in his = *Vita Jacobi II. Angliae Regis libri 5* = *Vita Patris Petri Ferrasola S. J.* = *L' evenement de Joseph II. au trone d' Ungherie*, sermone italico.

H

Haiden Joannes Hradistiae in Moravia natus 23 Dec. 1716, Soc. accesit in Provincia Bohemiae 1736 vota 4 n. 1751 Philosophiae, ac Theologiae Doctor, et Historiae Ecclesiasticae Professoc, quo munere cum bibliothecae praefectura fungebatuc anno 1763 in Collegio Pragensi ad S. Clementem, ut constat ex Catalogo Provin. Bohemiae; et ex catalologo 1773 commorabatur in Collegio Reginae-Hradecensi Assessoc Concistorialis. Directoc erat anno 1777 Studiorum in Seminario Reginae-Hradecensi, Episcopali. Optime noverat linguas gallicam, bohemicam, germanicam, italicam, graecam, et hebraicam. Opera = *De Therapeutis*. Dissertatio Pcagae 1756 in 4 typis Fran. Ignatii Kirchnec. = *De instituto Ecclesiae infantibus mox cum baptismo conferendi sacramenta confirmationis, et Eucharistiae*. Dissertatio habita Pragae 1758 in 4.: extat etiam in tomo X. *Thesauri Theologici* edito Venetiis 1762. = ΟΜΟΤΣΙΟΝ. *An ex sententia Prudentii Marani recte negetur in Concilio Antiocheno an.* 270 *habito a Patribus proscriptum?* Dissertatio. Pragae typis Academicis 1760 in 4.. Convenit cum Marano = *Decretum Eugenii IV. pro Armenis num tamquam pars synodi oecumenicae Florentinae sit omnino respiciendum*. Dissertatio. Pragae typis Academicis per Joannem Georgium Schneider factorem 1759 in 4 = *Exercitationes chronologicae de tribus praecipuis annis Christi nati, baptizati, emorientis ad calculum Keppleri ... accommodatae*. Pragae 1761 in 8 typis Viduae Kirchnec = *Appendix ad exercitationes chronologicas de itinere Petri Romano, et commoratione*. Pragae 1761 in 8.

Hell Maximilianus, Hungarus Schemnitzii n. 15 Maii 1720 (alibi lego 13 Maii 1721; sed est erroc iu utroque). Soc. ac. in Provin. Austriae 18 Oct. 1738 v. 4 n. 2 Feb. 1756. Obiit Viennae 14 Ap. 1792, ni fallitur Franciscus Carrara in interpretatione Italica Dictionarii Virorum Illustrium. Linguas calluit Hellius latinam, germanicam, Slavonicam, gallicam, et Italicam. Poetica, et Rhetorica traditis mirificam posuit operam in profundo, pertinacique studio Astronomiae, eo felici successu, ut consensu omnium hujus nobilissimae disciplinae Doctorum inter primos nostrae aetatis Astronomos Hellius jure habeatuc. Plurima egit, observavit, et invenit, quibus incrementa magna Astronomiae accessere. Tanti viri fama Caesar pecmotus Hellium anno 1755 Praefectum constituit Speculae astronomicae Viennensi, imposito munere illam instrumentis astronomicis instcuendi, obsecvationes cujuscumque generis instituendi, ephemerides astronomicas annuas supputandi, quae singulis annis in lucem proferrentur. Huic splendidissimo muneri Hellius satis cumulatissime fecit sequentibus ingenii sui subtilissimi, et exquisiti judicii monumentis = *Ephemerides Astronomicae anni* 1757 *ad Meridianum Vindobonensem jussu Augustorum calculis definitae a Maximiliano Hell Astronomo Caesareo Regio Universitatis Vindobonensis*. Viennae typis Joan. Thomae Trattner 1756. Similes Ephemerides et eadem inscriptione prodierunt sequentibus annis usque ad ineuntem annum 1780 simpliciter, ab Hellio, vel ab aliis eodem dirigente confectae. Hujusmodi sunt illae pro annis 1769: 1770, et 1771 digestae ab Antonio Pilgram, de quo in loco. Anno 1771 redux Hellius ex sua

peregrinatione litteraria ad Ephemerides continuandas manum iterum admovit. Ephemerides vero pro anno 1776 compositae sunt Hellii ductu ab Ignatio L. B. de Rain, et Francisco Guesmann Astronomis Universitatis Vindobonensis, de quibus in loco. In unaquaque Ephemeride talia insunt additamenta, ut novum opus conficiant observationibus, novis problematibus et inventis locupletatum. = *Elementa Arithmeticae numeralis, et litteralis*. Viennae typ. Joa. Thomae Trattner 1761: et est editio tertia, in cujus praefatione nos docet Auctor discipulum se fuisse in Mathematicis celeberrimi viri Erasmi Froelich. Elementis adjiciuntur Appendix, et exercitationes arithmeticae. = *Observationes transitus Veneris ante discum Solis die 3 Jun. 1769 Wardoehusii*. Hafuiae typ. Gerardi Giese Saligath 1770 in 4; quas dicat Hellius Christiano VII. Daniae Regi qui Hellium invitarat ad observandum hunc Veneris transitum et sumptus pro hac expedienda peregrinatione magnifice suppeditaverat Hellio, et ejus Socio Patri Sajnovics, Astronomo doctissimo, de quo in loco: pag. 2 pollicetur Hellius amplum se editurum librum de hac expeditione Astronomica = *Appendix ad Ephemerides anni 1773 de paralaxi Solis, et observationibus transitus Veneris anni 1769*. Vindobonae typis Jo. Thomae Trattner 1772 in 8 = *Elogium rustici Tyrolensis Petri Anich*. Vindobonae 1766: et Oenipónti 1768 in 8 typis Jo. Thomae Trattner; extat etiam in Ephemeride anni 1767. Ex narratione Ignatii Weinhart (de quo in loco) hoc elogium Hellius contexuit, et adnotationibus illustravit = *Elementa Mathematica Philosophiae ancillantia*. Claudiopoli 1755. 8, quae Cl. Josephus Benko tomo II. suae *Transilvaniae* ait acceptissima esse Juventuti Transilvanae = *Adjumentum memoriae manuale, chronologicum etc.* Viennae 1774. Ex nostro Holl (de quo in loco) in *Statistica*, pag. 315 = *Kurzer Unterricht der Osterfeyer furden ungelehrten gemeinem Mannsammt der grundlichen Widerlegung etc.* (Brevior instructio Paschatis pro indoctis vulgi hominibus cum robusta refutatione operis quod ... Schumacherus ... titulo Examen de Paschate ab anno 1700 ad 2500 conscripsit, et typis commisit anno 1760). Viennae 1760. 4: ex Vogelio *Specimen Bibliothecae* = *Observationes astronomicae ab anno 1717 ad annum 1752 a Patribus Soc. J. Pekini Sinarum factae ... curante R. P. Maximil. Hell. e S. J. Astronomo Caesareo Regiae Universitatis Vindobonensis*. Vindobonae per Trattner 1768. 4 maj: continet duas partes. Observatores fuere nostri Pereyra; Ignatius Koegler Pekinensis Tribunalis Mathematici Praeses et Mandarinus: Augustinus Hallerstein, qui e Provincia Austriae in Sinas transmisit, e Koeglero demortuo in his muneribus Successor; et Carolus Slaviczeck, qui etiam Urbis Pekinensis ichnographiam confecit. Describunt has Observationes haud exigua cum laude S. J. Acta Lipsiensia Eruditorum mensis Aprilis an. 1772 = *Observationes transitus Veneris ante discum Solis* insertae quoque fuerunt in Acta Lipsiensia anni 1770; quae Hellium vocant *astronomum Summum*; et de ejus observatione adjungunt quod *Observatori ejusque Collegae cumulatissimae laudi cedit* = *De Satellite Veneris etc.* extat in Actis Lipsiensibus an. 1768 a pag. 49 ad pag. 127 et in Ephemeride ipsius Hellii pro an. 1766 = *Expeditio litteraria ad Polum Arcticum in 3 divisa tomos, quorum primus historicus, secundus Physicus, tertius Mathematicus, et Astronomicus. Auspiciis Christiani Septimi Daniae, et Norvegiae Regis a Maximiliano Hell e S. J.* Hic est prospectus operis ab Hellio edendi, ut afferunt Acta Lipsiensia ann. 1770. Editio conficienda erat Vindobonae typis Ghelelianis. Tomus primus vulgandus erat ann. 1772; et praeter peregrinationis narrationem continebat Lapponiae Finmarchicae descriptionem cum Lapponum origine, moribus, lingua etc.: secundus tomus edendus ann. 1773 tra-

etat de animalibus, herbis, conchiliis, piscibus, insectis lucidis, Auroris borealibus, meteoris, phaenomenis etc. Tomus tertius vulgandus 1774 quae ad Mathesim, et Astronomiam pertinebant, complectitur. Omnes in fol. pluribus iconibus,et chart.geographicis instruci. Opus insigniter praestans, cujus editionem urgeri eruditis omnibus gratissimum esset. Elegantem dissertationem edidit Hellius Viennae *de compositione, et usu magnetum artificialium*. Ita Horvath noster pag.480 *Physicae particularis* editionis Augustanae 1780 et Leopoldus Biwald in parte altera *Institutionum physicarum*. = *Maximiliani Hell Astronomi Caesareo-Regii in Universitate Vindobonensi observatio transitus Veneris ante discum Solis die 5 Junii anno* 1761, *una cum observationibus satellitum Jovis in Observatorio Caesareo-Regio Universitatis habitis : adjectis observationibus ejusdem transitus Veneris factis a variis per Europam viris in observando exercitatis cum appendice aliarum nonnullarum observationum*. Viennae 1762 in 8; extat etiam inserta in ephemerides pro an. 1762 = *Tabulae Solares ad Meridianum Parisinum, quas ex novissimis suis observatio nibus deduxit vir celeberrimus Nicolaus Ludovicus de la Caille ... cum supplemento reliquarum tabularum solarium, quas supputavit Maximilianus Hell Astronomus Caesareo-Regius*. Viennae 1763 in 8: extat etiam in ephemeride pro an. 1764 = *De singulari Phaenomeno, transitus Veneris per discum Solis die astronomica 5 Junii* 1761 : *in* 8. Viennae eodem anno; extat quoque in ephemeride pro an. 1761 = *Tabulae Lunares ad Meridianum Parisinum, quas supputavit Vir Cl. Tobias Mayer ... cum supplemento reliquarum Tabularum Lunarium D. Cassini, de la Lande, et Patris Hell*. Viennae 1763 in 8: extat etiam in Ephemeride pro ann. 1764 = *Tabulae Planetarum Saturni, Jovis, Martis, Veneris, et Mercurii ad Meridianum Parisinum, quas supputavit vir celeberrimus D. Jacobus Cassini ... correctis typi erroribus, et adjectis tabulis perturbationum aberrationum, et mutationum ... Domini de la Lande, D. Euleri, D. Mayer cum earundem praeceptis concinnatis a Patre Maximiliano Hell etc.* Viennae extat etiam in ephemeride pro an. 1766. = *Epistolae 7 de rebus Mathematicis* : extant in opere *Litterarum commercium Josephi Steplingii*, de quo suo loco = *Kalendaria lingua Germanica unum Kalendarium Viennense : alterum Ordinis Equestris : tertium Kalendarium Physicum: quartum Chronicum: quint.Kalendar.Puerorum: sextum Senatorum*. Debetur Hellio inventum tecti versatilis pro Observatoriis seu speculis astronomicis accommodatissimi, et omnibus ab aliis Astronomis aedificatis longe praestantioris; cujus constructionis formam Poloniae Rex ab Hellio petiit, ut speculae Regiae Varsaviensi inserviret: adeumque anno 1780 epistolam humanitatis, et amoris plenam mandavit, in qua Hellium dicit *prae litteratis omnibus Reipublicae benemerentissimum, et astronomorum decus esse praesentis saeculi, celeberrimosque Astronomiae Magistros Hellii discipulos fuisse*. Dono etiam una cum litteris Rex misit ad Hellium aureum numisma magni ponderis in Regiae benevolentiae pignus. Universitas quoque Vindobonensis Hellio debet collectionem diplomatum, bullarum, privilegiorum etc. adipsam pertinentium, quae edita fuit Vindobonae 1791. Astronomiae incrementorum studiosus speculas plures pluribus in Academiis extructas delineavit ipse, sed quae omnes antecellit Specula illa est Agriae erecta, et aedificii splendore, et instrumentorum praestantia, quae curante Hellio sunt ex Anglia importata. Franciscus Huberti (de quo suo loco) in suis litteris nos docet simultatem quandam Astronomum Gallum Lalande cum Hellio suscepisse, eo quod iste, ut conqueritur Gallus, observationem Wardhusianam a Gallo impense desideratam, diutius silentio premeret. Iccirco Hellius male habet a Lalandio in opere *Journal des Sçavans* men. Sep. 1770; et pejus ha-

bebit ab eodem in opere *Connoissance des temps, et memoires de l' Academie*, ut minitabatur Gallus, caelestium corporum motuum investigator profecto eximius, ast de rebus caelestibus, quod Christianum Astronomum dedecet, parum sollicitus. Longius irem si virorum doctorum magnifica de nostro Hellio elogia colligerem, his itaque supersedeo. Videantur tamen Vogelius in *Specimine bibliothecae*, et Leopoldus Gruber praeclarus Vogellii illustrator, et Anonymus Auctor *Austriae doctae*.

Hervas Panduro Laurentius nobili genere natus in oppido Horcajo Provinciae, quam Mancha dicimus 1 Maii 1735 Soc. ac. in Prov. Toletana 29. Sep. 1749 v. 4 nunc. Forolivii in Aemilia 1769. Docuerat Philosophiam in Regio Nobilium Seminario Matritensi, et deinceps in Collegio Murciano. In Italiam cum reliquis Sociis ex Hispania depulsus, magna animi contentione in Physicis, et Mathematicis disciplinis excolendis, quas in Hispania plusquam delibarat, perseveravit haud poenitendo fructu; qui amplissimus jure expectandus esset, nisi alia, multaque studia ardorem pro Mathesi aliquantulum restiuxissent. Polymathiae ergo inhians, infinita paene, ac varia Auctorum lectione se obruit tanta sylva rerum comparata, ut quam se cumque partem daret, redderetur idoneus scribendis cujuscumque generis libris: quod ex eorum Catalogo mox exhibendo ostenditur. In Hispaniam redux, cunctis concessa Jesuitis redeundi facultate, nullibi, nunquamque se passus cessatione torpere, tabularia Urbis Barcinonensis, et Caenobii Regii Uclesensis Equitum Jacobaeorum diligenter perscrutatus, latentes utrobique thesauros in lucem protulit. Iterum cum reliquis ex Hispania deportatus, a Pio VII. Pontifice M. Bibliothecae in Palatio Quirinali ab eodem institutae praeficitur; eidem Pio VII. ob animi candorem, castitatem morum, et insignem probitatem carissimus, et ejus quotidianis colloquiis familiaribus largiter dignatus. Ob suae eruditionis famam Academiae Dublinensis, et Hetrusca Cortonensis Laurentium sibi Socium adoptarunt: sed his, et aliis bene partis honoribus perparum frui licuit; nam temporum asperitate nimium perterritus, animo plane concidit, et morbis gravissimis diuturnisque conflictatus, tandem diem supremum obiit Romae 24 Augusti 1809 acerbissimis doloribus christiana patientia toleratis, quos purgantis vita abeunte ignis vicem supplevisse haud dubito; qui perpetuo non sine lacrymis coram affui magno animi corporisque cruciatu vitam agenti amico optimo, cujus beneficio haec mea, quaecunque sint, publicam lucem vident. Haec sunt eruditi atque invicti a labore Laurentii lucubrationes = *Idea dell' universo, che contiene la Storia della Vita dell' uomo, viaggio estatico al mondo planetario, e storia della terra, e delle lingue* (Idea orbis universi, complectens historiam Vitae hominis, mente peregrinationem in mundum planetarium, historiam telluris, et linguarum). Cesenae 1778, et consequentibus annis per Gregorium Biasini: tomi XXI in 4; quorum tomum V. dicat Supremo Castellae Senatui; XVI, et XX. Romualdo Cardinali Braschi; XXI. Pio VI. Pontifici M. Opus ergo istud amplum omnia fere quae sunt in hominum vita tractat, in eisque versatur tamquam propria subjecta materia, quae nullis fere finibus se circumscribi sinit. In illa mentis peregrinatione in Planetas plurima de rebus astronomicis ita plane explicantur ut quamvis natura abstrusa, quivis non admodum doctus, facile percipiat; in qua ego Auctoris perspicuitate non exiguam pono laudem. Linguarum historia incredibilem Auctoris laborem confirmat, in cujus tomo XVII. pollicetur se vulgaturum grammaticas compendiarias 18 linguarum Americanarum, quas ut ex ipso Auctore accepi, tradidit Clar. et Eruditissimo Viro Baroni Humboltd craturo, ut doctissimus Vater Professor Halae Magdeburgicae typis ederet in suo *Mitridates* = *Analisi filosofico-teologica della natura della Carità* (Analysis Philo-

sophica-Theologica caritatis in *Deum*) Fulginiae 1792 per Joannem Tomassini in 4. Joannis Vincentii Bolgeni amici librum de charitate in Deum, quam semper amorem esse concupiscentiae statuit, aliquomodo defendit = *De vantaggi, e svantaggi dello stato temporale di Cesena* (De incommodis, et emolumentis territorii Cesaenae); Cesaenae per Gregorium Biasini 1776 = *Historia de la vida del hombre* (Historia vitae hominis) Matriti per Aznar : tom. VII. in 8. In paucis convenit cum opere italico laudato primo loco : tot et tanta sunt additamenta, variusque in rebus disponendis ordo = *Viage estatico al mundo planetario* (Ecstasi peregrinatio in mundum Planetarium). Ibidem tomi IV. in 4. Peregrinatio haec Hispana differt quam plurimum ab Italica primo loco laudata, ob addimenta quam plurima = *Escuela Española de sordos, y mudos* (Schola Hispana mutis et surdis artem loquendi docendis) Matriti per Firminum Villalpando 1795 tomi II. in 4 = *El hombre fisico* (homo secundum naturam circumspectus) ibid. 1801 ; tomi duo in 4 = *Catalogo de las lenguas de las Naciones conocidas etc.* (Catalogus linguarum Nationum nobis cognitarum): tomi VI. in 4. Matriti 1800 ad 1805 ex typographia quam vocant *del Real arbitrio de beneficentia*: manebant sub praelo 4 alii tomi ejusdem argumenti, linguarum catalogum omnino complentes = *Preminencias, y dignidad de la Casa Matriz Convento de Santiago de Ucles etc.* (Praestantia, et amplitudo Caenobii Matricis S. Jacobi Uclesensis) : Cartagine per Emmanuelem Muñiz 1801 = *Descripcion del Archivo de la Corona de Aragon en Barcelona, y del Archivo de la Militar Orden de Santiago en Uclès* (Descriptio Tabularii Barchinonensis Regni Aragonici, et Tabularii Uclesensis Ordinis equestris D. Jacobi) : ibidem 1801 = *Revolucion religionaria Francesa* (Discessio Gallica) Matriti, duobus tomis, anno ni fallor 1800, invito Auctore, qui illam etiam italice converterat, et m ss. manet = *Catecismo para sordos, y mudos* (Doctrina Christiana in usum surdorum mutorum). Matriti 1795 = *Lettera sul Calendario Messicano* (Epistola de Calendario Mexicano) extat in II. tomo *Storia antica del Messico* auctore Cl. Francisco Xaverio Clavigero. Quae adhuc recensui opera perspicue confirmant immensam Hervasii eruditionem et incredibilem ejusdem laborem ; quibus, ut mireris magis, adjiciam opera m ss. quae ut ab eo accepi, misit ad Eliam Ranz nobilem bibliopolam Matritensem, ut typo edenda curaret sermone hispano, quae aptius latine indicabo = *Historia artis scribendi* = *Palaeographia universalis cum formis incisis omnium Alpubetorum cognitorum* tomi IV. = *Confucci Ethica-Politica* = *Homo ad religionem circumspectus* tomi III. = *De primigeniis Americae Coloniis* : tomi IV. = *Psalmi Davidici* = *Doctrina, et usus Ecclesiae in opinionibus dogmaticis, et moralibus* : tomi II. = *Grammatica et Vocabularium Italicum Hispanum* = *Bibliotheca Jesuitica* : tomi II. Complectitur illa Auctores Jesuitas, Hispanos, uti reor, qui sive typo, sive secus aliquid scripserunt ab anno nisi fallor 1760 ad 1790. Recensentur etiam in hac Bibliotheca m ss. omnia Auctorum Hispanorum quae asservantur in publicis Bibliothecis Romanis = *Apologia historiae Vitae hominis*, et tractatus etiam *de humana Societate* dicatus Duci de Montemar = *Historia Ecclesiastica Canonici Novioduneusis Berault Bercastel ex gallico Hispanice conversa, et usque ad haec postrema tempora perducta*. Haec adjecta continuatio aliquot tomos complectitur = *De primaeva temporis divisione apud Vascones*. De nostro Hervasio meminere cum laude Dominus Peignet in tomo II. *Dictionnaire raisonne de bibliologie*. Paris 1802 : Fischer in tomo II. suae peregrinationis in Hispaniam ; ubi monet Hervasii libros de *linguis* anglice fuisse conversos : Nicolaus de la Cruz, y Bahamonde in tomo IV. suae peregrinationis per Hispaniam, Galliam, Italiam etc. Matriti 1807 : Aloisius Lanzi, Philippus Salvator Gillii, Franciscus

Cabrera, Andreas Spagni in opere *de Ideis*, edit. altera: eruditissimus Rossiacus Pallas in opere de linguis. Nemimem fore putem adeo asperioribus facetiis inservientem, ut doctissimum, et ad miraculum laboriosum Hervasium irridere audeat ob incredibiles vigilias consumptas in tot linguis disquirendis, quibus uti nec scribendo, nec loqnendo haud ille valehat. Quó suas vigilias Hervasius retulit non id erat, ut Mexicane si velis loqueretur, aut scriberet, sed ut cognitis llinguarum constructione, atque vocabulis rerum magis usitatarum, aliam cum alia conferret, et originem, si fas esset, alius ex alia deduceret, quod satis feliciter explevit, licet loqui Mexicane nesciret, quod supervacaneum profecto fuisset suo proposito exequendo. Prorsus me fateor Cantabrice nec loqui, nec scribere, neque intelligere; sed cum noverim apud Cantabros nomina praeire suis articulis, adjectiva semper post substantiva collocari, eandem esse terminationem et numeris singulari, et plurali, genere nullo, nullaque praepositione uti, verborum regularium conjugationes carere temporibus simplicibus; et e contrario conjugationem omnium irregularium tempora simplicia esse omnia: et utrasque conjugationes temporibus praeteritis orbas esse; ac denique conjugationes regularium activorum esse numero 23; illico statuo nobilissimam linguam Cantabricam nullam affinitatem habere cum linguis, quas saltem adolescens aliquantulum novi, latina, ac ejusd filiabus Hispana, Italica, Gallica, neque cum Anglica, ac Germanica, Graeca, Hebraica, et Arabica: itaque mihi super sedenda est major disquisitio de origine harum linguarum a Cantabrica, et gentium, quae illis utuntur, a Cartabrica gente: longe secus facerem si constructiones inter se consentirent praeter plurima vocabula eisdem communia. Eruditorum benignitatis erit mihi condonare hanc summi amici qualemcumque defensionem.

Holl Fran. Xaverius in oppido Schwandorf superioris Palatinatus, natus 23 Nov. 1720. Societati acces. in Prov. Germaniae Superioris 20 Sep. 1739 v. 4 n. 2 Feb. 1755. Renuntiatus fuit Theologiae et SS. Canonum Doctor, quos 26 continenter annos in celebrioribus Germaniae Academiis docuit tanta eruditorum laude, ut illum ii tamquam Oraculum consulerent: neque minus virtutibus Christianis eluxit, praecipue eximio erga pauperes sublevandos studio. Obiit Heidelbergae 6 Martii 1784. Opera. *Harmonia juris naturae, Canonici, civilis et publici Germaniae circa educationem liberorum in casu, quo uxor Hebraea, reluctante marito, ad Christiana Sacra transiit*. Heildelbergae 1782 typis Wiesen quam dissertationem *eruditissimam* vocat Cl. noster Zallinger. in libro 3 Decretalinm; neque minori laude illam afficit Fellerus in opere *Journal* tom. 165 = *Statistica Ecclesiae Germanicae* in 8 tom. prim. Heilderbergae litteris Ioh. Bap. Wiesen 1779. Dicatur opus eruditione Ecclesiastica confertum Eminent. et Serenis. Principi Clementi Wenceslao Archiepiscopo Trevirensi ec. Tomum alterum *Statisticae* typis praeparatum mors praepropera nobis invide avertit.

Holtzklau (ita scribunt duo Catalogi Provinciae: in opere vero illico laudando scribitur Holzclau) Thomas ex Prov. ad Rhenum Superiorem, in cujus Herbipolensi Collegio Theologiam Scholasticam profitebatur an 1766. Libros sacros fuerat antea interpretatus in Collegio Molsheimensi. Opera = *Theologia Dogmatico-Polemica Scholastica praelectionibus Academicis. Accommodata auctore P. Thoma Holzclav*: Tractatus secundus de *Justitia, et jure*. Wirceburgi typis Joan. Jacobi Stahel 1768 in 8: tractatus iste secundus continet duas partes primam de Jure, alteram de Justitia. Sub initium secundae partis monitum extat in quo dicitur Theologiam Patrum Soc. J. Universitatis Wirceburgensis post primam editionem nunc denuo vulgari plurimis adnotationibus locupletatam et in meliorem ordinem redactam, et jam fuisse in lucem editos tractatum de Angelis,

de Actibus humanis, peccatis, et Legibus ann. 1766, et 1768: tractatum de Virtutibus Theologicis 1767: partem posteriorem tractatus de *Sacramentis de Poenitemtia*, *Extrema Unctione*, *Ordine*, *et Matrimonio* 1767: tractatum de *Deo Uno*, *et Trino* 1768: Tractatum *de Jure*, *et Justitia* 1768. Adjicitur, quod recens prodibunt tractatus de *Incarnatione* pars prior; tractatus *de Sacramentis* ac *Principiis Theologicis*: *et de Gratia*, *Justificatione*, *et merito*. Verba illa *Theologia Patrum S. J.* nonnullam mihi suspicionem movent non unum Thomam fuisse horum Tractatuum Auctorem, sed alios etiam Theologos nostros his componendis operam coutulisse; haud sine exemplo, ut in cursu philosophico Collegii Conimbricensis ec. = *Tractatus de Verbo incarnato* laudatur tamquam tertius tractatuum theologicorum ejusdem Thomae a Cl. Laurentio Veith in eximio opere *Scriptura Sacra contra Incredulos propugnata*, dum libros Esdrae defendit. = *Succinta diatriba de resurrectione Christi aevi nostri incredulis opposita*. Wirzeburgi 1780: ex eodem Veith. = *Diatribe scripturistica Chronologiam libri*, *et historiam Iudith sistens*: ibid. 1772 in 8: ex catalogo bibliothecae Cardinalis Garampi = *Institutiones scripturisticae*. *Tomus primus complectens prolegomena*: ex laudato Catalogo.

Horvath Joan. Bap. Hungarus Strigonii n. 13 (alibi lego 20 quod verum habeo) Julii 1732 Soc. ac. in Prov. Austriae 17 Oct. 1751, v. 4 n. 2 Feb. 1766 Rhetorica, ac Poetica traditis Physicam experimentalem docebat Tyrnaviae anno 1773. Post extinctam Societatem, ab Aula Caesarea Viennensi designatus fuit, ut in Regia Scientiarum Academia Budensi recens erecta Physicae sublimioris, et experimentalis et Mechanicae disciplinas Professor publicus Ordinarius traderet, quod maximo cum plausu, et Auditorum magno progressu executus, universam Philosophiam, ut alios etiam non Auditores juvaret, vulgavit summa perspicuitate, elegantia atque optima methodo; quibus ergo titulis haud semel recusa fuit et a pluribus Gymnasiis publicis in usum Discipulorum adoptata. Praemanibus habeo *Institutiones physicae generalis* uno tomo. Augustae Vindelicorum suptibus Matthaei Rieger 1780 in 8; et est qnarta editio ab Auctore recognita, et aucta: Subjectae notae, et appendix de *causa physicae aequilibrii*, Georg. Kraz S. J. fere Auctorem habent = *Institutiones physicae particularis*; uno tomo. Ibidem omnino. Est etiam quarta recognita et aucta. = *Institutiones Matheseos* uno tomo ibid. 1782 nescio an istae *Institutiones* sint idem opus atque *Matheseos Elementa* edita Tyrnaviae 1773 et iterum eodem anno Augustae Vindel. sumptibus Matthaei Rieger qnae fortasse carebant elementis Sectionum Conicarum quibus hae nostrae *Institutiones* an. 1782 instructae sunt = *Institutiones logicae*, *et metaphisicae*: uno tomo Augusta Vind. 1788, et dicitur esse editio sexta Augustana recognita, et aucta; ita exprimitur in libri fronte, sed in Editoris prefatione dicitur esse quintam Augustanam post sex editiones Tyrnavienses. = *Elementa Matheseos*; Pars prima Venetiis 1781 in 8 apud Antonium Zatta: Pars secunda ibidem sed anno 1782: et fuit prima editio Veneta, quam a Tyrnaviensi anno 1773 laudata reor non parum diferre ob nova additamenta. Idem Antonius Zatta, cum ab Auctore petivisset, ut si quid fnisset adjiciendum suis institutionibus physicis, mathematicis, logicis, et metaphysicis, ad eundem mitteret, novam editionem horum omnium tractatuum confecit magis accuratam, et auctam, tribus tomis in 4 constantem, Venetiis 1782. Diguissimus profecto Anctor, quod nomen ejusdem celeberrimum fieret tot editionibus ipsovivo, qnot Auctores perpauci se jactant, egregiae suae Philosophiae ab stylo, ordine. et quod plnrimi aestimandum est, aptatissimae philosopho adolescenti mysteriis Theologicis initiando, quamquam contra longe faciunt Scriptores alii, quorum Philosophica scripta

aditu ad Theologiam Discipulos fere prohibent. Agriensem aliam suorum operum editionem laudat Auctor ipse in allocutione ad Auditores Philosophiae praeeunte institutionibus Physicae generalis. Edit. Aug. Vindel. 1780 = *De methodo investigandi firmitatem pontis lignei unico arcu*. Budae 1780 in 8: Ita habet Catalogus Bibliothecae Cardinalis Garampii. Vivebat eximius noster Auctor anno 1784 teste Stephano Katona, de quo in loco, part. secunda *Historiae pragmaticae*.

Huberti Franciscus. Soc. acc. in Prov. ad Rhenum Superiorem, in cujus Wirceburgensi, seu Herbipolensi Collegio Professor erat Mathematicae an. 1766, quam etiam antea docuerat in Collegio Fuldensi. Ab Episcopo, et Principe Wirceburgensi missus fuit Parisios ut perquam diligenter observaret quaecumque profutura essent pro specula Astronomica Wirceburgi erigenda, et ornanda. Opera. = *Rudimenta Algebrae in usum Tyronum* Wirceburgi typ. Marci Antonii Engman 1762. 12°. In monito ad Tyronem dicit Auctor se Arithmeticam, et Geometriam edidisse an. 1753, et 1754. Moguntiae, et Francufurti ad Maenum typis Warrentrappianis = *Institutionum Matematicarum opusculum tertium Mecanica*. Francofurti ad Maenum, et Moguntiae sumptu Francisci Warrentrapp. 1756. 8. In *litterarum Commercio* Iosephi Stepling de quo in loco, extant 20 Huberti litterae ad eundem de rebus Mathematicis. Epistola data Fuldae 23 Julii 1752 nos docet Arithmeticam Huberti sub praelo esse, libellum prima Mechanices elementa continentem fuisse vulgatum, sicuti etiam *Epitomen Geometriae*, quasi prodromum Geometriae diffussioris quam parabat. Ex epistola data Wirceburghi 28 Dec. 1755 novimus jam editum fuisse opusculum tertium rerum Mathematicarum (reor esse Mechanicam antelaudatam) ac prope diem praelo subsiciendum opusculum quartum de Hydrodynamica, Hydrostatica, Aerometria, et Hydraulica. Litteris datis 1765 ait Hubertus *Novam se Machinam Planetariam* invenisse. Ex litteris 7 Ap. 1770 liquet eum edidisse *nonnulla Miscellenea, et observationes metereologicas annorum* 1765, et 1766. Denique litteris 31 Julii 1770 haec scribit Hubertus; *Ego ni vehementer fallor primus in Germania novum Cometem nuper detexi: a 26 Junii usque ad 4 Julii ejus semitam observavi*.

I

Iaszlinszki Andreas Hungarus Szinensis, n. 1 Sept. 1715 (non 3 Januarii, ut scribit *Austria docta*) Soc. ac. in Prov. Austriae 14 Octob. 1733 v. 4 n. 2 Feb. 1751. Rhetorica, Philosophia, Historia Ecclesiastica, et Scriptura Sacra traditis in Universitate Tyrnaviensi, Professor fuit Theologiae Ordinarius. Rector quoque fuit et Magister Novitiorum in Collegio Trenchiniensi; et anno 1773 vigilanter, ac sapienter regebat Collegium Tyrnaviense. Opera = *Institutiones physicae: Pars prima seu Physicaa generalis: Pars altera, seu Physiea particularis*. Tyrnaviae typ. Academicis S. J. 1761. 4. Opus scholarum usui egregie accomodatum = *Traetatus Theologicus de Angelis, beatitudine, et actibus humanis*. Tyrnaviae typis Academicis Collegii S. J. 1762. 4. Scribit Auctor in praefatione septenos alios tractatus Theologicos jam vulgatos fuisse. Quatuor scilicet a nostro Nicolao Schmitthio; et tres reliquos a Nostro Joanne Bap. Prilesky. Aliam reor praecesisse editionem anno 1759, si Scriptori *Austriae doctae* fidem adhibemus.

Idiaquez Franciscus Xaverius natus est Pompejopoli 24 Februaris 1711, Societati in Provincia Castellana acc. mense Februario 1732 spreto amplissimo Principatu, cujus erat haeres, Granatae de Ega inter Hispaniae Proceres, quos *Grandes* apellant, conspicuo. Litteris latinis graecis, Philosophia, et Theologia egregie excultus, easdem cum plausu variis in Collegiis tradidit non sine laude etiam

amoenissimi, et cultissimi Poetae Latini. Sed cum singularem tantis cum litteris adjungeret in gubernando prudentiam, plura rexit Provinciae Castellanae Collegia, in his amplissimum illud Salmanticense, ac Tyrocinium Villagarsiense, universam denique Provinciam. Ad Congregationem generalem decimam octavam missus, Augustae Taurinorum vi morbi oppresus Congregationi haud interfuit; quae tamen universa eum Assistentem pro Hispania renuntiavit; sed vir animi christiana demissione insignis tanta molitus est, tantoque fletu deprecatus est Patres Congregationis ut iidem ne noster summa afflictione tabesceret illum injuncto honorificentissimo munere levarent. In Collegio Burgensi typographiam, sed multo ampliorem in Villagarsiensi instituit typis etiam graecis instructam, ex quo veluti fonte magnus per universam Hispaniam ardor addiscendae linguae graecae manavit. Cum Societatis Jesu res malis politicorum artibus in exitium ruerent, Matritum jubente Praeposito Generali advenit, ut Regem Carolum III. de innocentis Societatis periculo moneret. Nemo erat fortasse in universa Societate vir, cui tantae molis negotium aequius committeretur. Notissimus ille et acceptissimus Regi ob suas virtute, Optimates fere omnes propinquos habebat, et amicissimos, quorum studio facilis credebatur Idiaquezii ad Regem aditus. Sed quis rem istiusmodi speraret? Tot impendimenta, tot morae, tot postcrastinationes interpositae fuerunt ab Adversariis de colloquio cum Rege metuentibus, ut nullomodo posset Regem convenire. Id temporis ego in Collegio Imperiali Matritensi Rhetoricam profitebar, et saepe Idiaquezium invisi in Tyrocinio degentem. Fatali ergo expulsionis Hispanicae decreto pronuntiato die prima Aprilis 1767 promptissimo animo paruit, melius sibi factum cogitans cum innocentibus Sociis exulatum abire, quam inglorium in Hispania remanere. Cartagine simul cum Sociis Toletanis Idiaquezius solvit, Corsicae Adiacium urbem post 6 peregrinationis maritimae menses appulit; qua ex urbe in Calvium suis Castellanis consociandus transiit ibidemque exequias ducendas curavit Galliae Delphino non tam ornamentorum apparatu, quem summa Sociorum inopia negabat, quam sacrificiorum numero: neque desiderata fuerunt emblemata, carmina in demortui laudem plurihus linguis, in quibus non exiguam Idiaquezius partem habuit, non sine approbatione, immo admiratione Militiae Galliae, ex qua quidam Ductor litteras in Galliam misit cum Exequiarum descriptione. Cum iisdem Sociis ibi anno integro transacto ad Provincias Pontificias translatus, Bononiae constitit; ubi Societatis extinctionem qua nihil sibi pejus nihil acerbius in vita contigit, patientissime toleravit. Hac in urbe simul cum Castellanis commorantibus etiam plurimis Sociis Provinciarum Americanarum, egregium cepit Idiaquezius consilium eorumdem opera conscribendi grammaticas, et dictionaria linguarum omnium illarum Regionum, haud exceptis Philippinis Insulis; cujus praeclari propositi, ut aliquod specimen Bononiensium oculis daret, curavit reddendam laudatis linguis primam Stropham Hymni *Pange lingua gloriosi*, et istis interpretationibus, tamquam pretiosissimis aulaeis domus suae frontem decorare scita cum peregrinitate meditabatur, dum pompa Eucharistica per integros Octo dies maxima celebritate fertur. Sed non defuere, qui tam pio, et erudito proposito valde repugnarent: Sed quod Idiaquezio minime licuit, liberrime deinceps executus est noster Petrus Ganuza, dum iam Bononia (quod certe mirandum fuit) neutiquam inter Pontificias urbes recenseretur. Denique in Bertagliam Bononiensis agri pagum valetudinis confirmandae causa secessit; ibique eum sanctissima mors occupavit 1 Septemb. 1790. Cadaver Bononiam delatum in Templo S. Ignatii de Loyola tumulatum fuit, hac non minus vera, quam eleganti inscriptione a nostro Guidone Ferrari (de quo in loco) sepulcro su-

perposita quam hic exscribo, quippe quae virtutibus Idiaquezii commemorandis me solvit. *Hic requietem habet pietatis, humilitatis, charitatis omnigenae imago virtutis, Franciscus Xaverius Idiaquez Granatae Ducis, magnatis Hispaniae natu major, qui domestica amplitudine abdicata Societati se Jesu devovit adolescens, vergente aetate Jesuitis Hispanis nullius sibi quidem noxae consciis, at supero nutu inopinanter subito jussis solum vertere, solamini, subsidio, exemplo futurus, totius autem sanctimoniae vitae, beataeque mortis clausula decus additurus, et lumen stirpi avitae, in quam familia utraque SS. Ignatii, et Fr. Xaverii confluxit, ac resedit. Obiit octogenarius* 1790. Idiaquezio vita functo Joseph Emmanuel Peramas (de quo in loco) dicavit *Vitas, et mores sex Sacerdotum Paraguayorum* eleganti stylo latino conscriptas; in qua dicatione nonnulla attingit de vita, et gestis sui infoecundi Mecaenatis. Hae sunt Idiaquezii lucubrationes = *Cornelius Nepos cum notis*. Villagarsiae typis Seminarii 1764; et est secunda editio emendatior = *Practicas espirituales para el uso de los Herm. Novicios* (exercitationes asceticae in usum Tyronum) ibidem 1760 = *Exercitationes pro addiscenda latinitate*, hispanice. Ibidem = *Fabulas de Phedro*. Burgis 1755 sine nomine = *Interpretationes* carmine latino elegiaco cogitationum Christianarum quas gallice vulgaverat Noster Bohours (de quo in loco). Idiaquezius hanc interpretationes confecerat, nondum Societati devotus = *De Causa Palafoxiana* dissertatio, quam Praesul Sampieri, Fidei Promotor in suas Animadversiones inseruit = *Disertacion historica sobre la Sociedades, Colegios, y Academias de la Europa, y en particular de España antes de la invasion de los Moros* (Dissertatio historica de Sodalitatibus, Collegiis, et Academiis Europae, et singillatim Hispaniae ante Maurorum incursionem). Matriti ex typographia Viduae Ibarrae 1788 4. Auctor latere voluit his siglis D. F. X. I. (D. Francisco Xavier Idiaqnez). Oppugnatur hoc opere Eruditissimus Joannes Andres (de quo dixi) qui Idiaquezii Judicio Saracenis nimis favebat in Collegiis pro Juventute erudienda instituendis = Haec m ss. reliquit, quae asservantur in Tabulariis Ducis Granatae = *De charitate Confessarii* = *Responsum ad Litteras Pastorales Archiepiscopi Burgensis*: Est egregia pro Societate Apologia adversus Archiepiscopum Burgensem Rodriguez de Arellano Adversariorum contra Societatem consiliis nimis inservientem = *Newtonus Theologiae, seu Apologia pro Theologia* = *De religione in Cor Jesu* = *Vita Patris Petri Calatajud* = *De usu Rhetorices in pulpitis* = *De veritate Professionis S. Francisci Xaverii* = *Defensio exercitiorum S. Ignatii*; quam suspicor idem opus esse, atque *Responsum* nuper laudatum *ad Litteras Pastorales etc.* Reor omnia esse hispanice scripta.

John Carolus, Bohemus natus in oppido Brux 29 Januarii 1736, Soc. ac. in Provincia Bohemiae 1753 Poeticam docuit, ac Philosophiam, in qua renuntiatus fuit Doctor. Edidit = *Institutiones Philosophiae*. Pragae 1772. Ex Austria docta. Ethicam profitebatur in Collegio Pragensi ad S. Clementem anno 1772, ut liquet ex catalogo Provinciae Bohemiae.

Isla Franciscus Josephus, nobilibus genitoribus n. 24 Martii (nonnemo scribit, sed male mense Aprili) 1703 in oppidulo Vidanes Regni Legionensis prope oppidum Valderas, quod sibi Noster patriam adoptavit. Anno aetatis undecim latinitate, Rhetorica, et Philosophia plene cognitis, prima etiam Laurea (Baccalaureatum vocant) inter legis peritos publice donatus, Soc. ac. in Prov. Castellana 29 Apr. 1719. Philosophiam, et Theologiam non sine plausu docuit, Concionatorem etiam egit magna auscultantium approbatione. Caesaraugustani Islae opinione excitati cum sibi voluerunt in quadragesima Concionatorem, qui singularis honor nonnisi Concionatoribus probatissimis contigit. Maria

Barbara Lusitana Hispaniae Regina eum sibi a confessionibus expetivit sed frustra, totis viribus hoc munus Islae modestia recusante. Exilio vertere solum coactus, Bononiae constitit; ibique religiose obiit 2 Nov. 1801 hac laudatione sepulcrali exornatus. D. O. M. Josepho Francisco Islae = Viro = Ingenii = lepidi, foecundi, perpoliti = eleganti varietate amoenissimi = Mentis = amplae, sublimis, apertae = ad omnes scientias natura comparatae = in omnibus fere excultae = judicii = ad critices regulas plane compositi = Rhetori urbanissimo = Sacrae eloquentiae vindici festivissimo = miris ubique laudibus celebrato = quem = nunquam morosus fastidivit Auditor = numquam fastidiet Lecto- = In Patria Oratoria Tullium = in Historia Livium = in liriciss, ec ludricis Horatium = dixeris = qui = natus Villavidianae in Legionensi Regno = die 24 Martii 1703 = eximia pectoris ingenuitate = ac inculpatâ morum probitate = intimis charus = Exteris probatis simus = Exsul Exjesuita = Rerum humanarum fluctibus dire vexatus = Sed infractus animo = inter Exjesuitas exules = pie obiit = Bononiae die 2 Novembris = anno Domini 1781 = Amici moerentes = Pos. Islae opera = *El Heroe Español Historia del Emperador Theodosio* (Heros Hispanus. Historia de Theodosio Imperatore). Matriti tomi duo in 12 an. 1731. Est versio ex gallica elegantissimi Spiritus Flechier; quae interpretatio ob sermonis elegantiam Islae juveni admodum magnam gloriam peperit = *La juventud triunfante*: soluta, et ligata oratione opus lepidissime conscriptum in Apotheosi SS. Aloysii Gonzaga, et Stanislai Kostka. Magnam etiam partem habuit noster Losada, de quo in loco, in laudato opere conscribendo = *La Historia de España*: tomi duo Matriti typis Petri Marin 1779: et dicitur emendata fuisse a Regio Senatu; sed ego nullam aliam correctionem video, quam omissionem reprehensionis, quam Isla protulit, cujusdam vectigalis *Alcabala* dicti in annotatione subjecta vitae Alphonsi Undecimi. Praecesserunt plures aliae editiones hujus historiae a Nostro Duchesne (de quo in loco) gallice primum conscriptae, et ab Isla hispanice redditae = *Dia grande de Navarra, o proclamacion de Fernando el VI. Rey de España*. Lepidissime describit publicos solemnesque apparatus, quos Navarrae Regnum consecravit Ferdinando VI. ad Solium Hispanicum evecto; quod opusculum Islae magnas turbas excitavit, sussurrantibus nonnullis atrocem in illo latere satyram adversus Navarros; quam criminationem, utpote falsam Navarri ipsi refellerunt epistola missa ad Islam, qua ejusdem libello supplici tanto se crimine purgantis respondent; quae duo adjecta sunt ad editionem secundam dicti opusculi = *Historia del famoso Predicador Fray Gerundio de Campazas, alias Zote*. Tomus primus Matriti typis Gabrielis Ramirez 1758. 4. Isla latere voluit sumpto nomine *Francisci Lobon de Salazar*. Fabula est historica de vita et gestis Fratris Gerundii ab Isla feliciter inventa, qua pessimos irridet Oratores, qui Sacrae Scripturae locis ridicule, et nonnumquam impie explicatis ad populum Sermonem habent. Opus in suo genere princeps approbatum fuit a Clar. viris Alphonso Cano, nobili Sanctissimae Trinitatis ordinis Theologo, Episcopo deinceps Segobricensi, a Josepho de Rada, et Aguirre, Concionatore, et Sacro Curione Aulico, ab Augustino Montiano, et Luyando Senatore Regio, a Joanne Emmanuele de Santander, et Zorrilla Summo Bibliothecae Regiae Praefecto, et a Michaele de Medina, Consiliario Regio, publicis judiciis ex more, typis editis. Nulli haec fabula cedit nisi unam excipias omni genere mirabilem de vita, et gestis Domini Quisciotti de la Mancha a felicissimo ingenio Michaelis Cervantes Saavedra excogitatam. Tanto ergo plausu omnium ordinum fuit exceptus tomus iste primus, ut prima ab ejus vulgatione hebdomade exemplaria omnia venumdata fuerint: et memini,

unicum, quod remaneret, 15 scutis hispanis emptori stetisse. Complexurum erat hoc opus tomos IV., sed cum tomus I. decreto Tribunalis Inquisitionis pravorum Concionatorum lamenta, et querelas sedaturi prohiberetur, reliqui editi non fuerunt praeter secundum qui subreptus fuit Auctori, et clandestino typis vulgatus permultis maculatus erroribus. Neque prohibitio Inquisitionis eam deterruit a facultate opus legendi quibuscumque petentibus concedenda; quo facto invaluit omnes Concionatores scurras *Gerundios* vocari, et Oratoriam Ecclesiasticam maximo cum fructu utilem, et vere Sacram reddi. Historia ista Gerundiana reddita fuit Auglice a Francisco Barretti, qui ait (habenda est homini fides?) se tomum II. fuisse nactum a nobili Anglo, cui Isla illum dono dederat: et edita fuit titulo *The History of the famous Preacher Friar Gerunde de Campazas*. Tom.II. typis T. Davies 1772. Conversa quoque fuit Germanice, ac vulgata Lipsiae 1774 apud Schwickert. = *Año Christiano, o Exercicios devotos para todos los dias del año* (Annus Christianus, seu piae exercitationes pro singulis anni diebus). Matriti per Andream Ortega 1775 in 4 tacito nomine. Est interpretatio ex Gallico nostri Joannis Croiset de quo in loco: et saltem est secunda editio, tomis XII. contenta, praeter sex alios tomos de Dominicis, festis mobilibus, et de vitis Domini N. J. Christi, et Deiparae. Sed notandum est Islam interpretatum fuisse tantum tomos undecim principio sumpto a Januario usque ad Decembrem praecise, quibus aliorum etiam Sanctorum vitas a Croiseto non scriptas, puta SS. Ferdinandi, Juliani Conchensis etc. ex suo adjecit. December vero mensis, Isla in exilium acto, Dominicae, et reliqui tomi redditi fuerunt hispanice a Clar. et pio viro Joachimo Castellot Sacellano, Doctorali Regio in Sacello Incarnationis = *Arte de encomendarse a Dios, o sea virtudes de la Oracion*. (Ars Deum orandi, seu de Orationis vi). Matriti 1788 typis Gonzalez in 12: editio tertia. Est interpretatio opusculi italici vere aurei nostri Antonii Francisci Bellati (de quo in loco) quam Isla absolvendam suscepit anno aetatis 79 et dicavit germanae Sorori Mariae Franciscae de Isla, et Losada = *Cartas familiares escritas a su Hermana D. Maria Francisca de Isla* (litterae familiares Germanae Sorori etc.) Matriti ex typographia Consilii Indici 1785 in 8 tomi IV. = *Carta de Juan de la Encina etc.* Matriti per Pantaleonem Aznar: est secunda editio harum litterarum, quibus irridetur facetissime grandiloquus de medendis pernionibus Scriptor. = *Reflexiones Christianas sobre las grandes verdades de la Fè* (meditationes Christianae de minacibus Religionis monitis) Matriti typis Ibarrae 1785 = *Sumario de la Historia Ecclesiastica en verso heroico*: (Compendium historiae Ecclesiasticae carmine) Editio secunda laudata ab Ephemeride politica (Gazeta) Matritensi an. 1804 num. 91. = Epistola ad Eruditissimum Virum Murr, ubi se purgat a quibusdam criminationibus Antonii Capdevila, qui se civem Chinchillae nominat; extat in eruditissima Ephemeride dicti Murr, parte decima (Zehnter theil) an. 1781 = *Gil Blas de Santillana* (Fabula historica Aegidii Blasii de Santillana): tomi VII: Est interpretatio ex gallico Dñi Sage, quem Isla evidenter demonstrat, furatum fuisse primos saltem quatuor tomos ex m ss. quod deperditum fuit, auctoris Hispani, illosque gallice conversos sibi mendaciter tribuisse; neque multum mirandum est hoc plagium litterarium; hujusmodi etiam convictus fuit Dñus Frankenau dum Themin Hispanicam, et Heraldicam suo nomine vulgavit. Vide Gerar. Meeman: tom. V. Novi Th s. Jur. etc. pag. 21 anno 1752. = *Epistolae ad Nicolaum de Ayala* hispanice. Matriti 1786 tomi duo = *Conciones* hispanice. Matriti typis Viduae Ibarrae 1792: tomi VI. Nonnulla vel typographorum, vel ipsorum Auctorum fraude edita fuerunt nomine Islae quae minime sunt ejusdem.

Nomen quippe Islae aliorum operibus appositum de pecuniarum copia securos illos reddebat: hujusmodi conficta sunt *Sueño en verso ... quando la exaltacion al trono de España del Rey Nuestro Señor*, *Cartas atrasadas del Parnaso*. Matriti typis Aznar 1785; item *Rebusco*: item *Mercurio*. Quae vero sequuntur conscripta sunt ab Isla; sed ignarus sum, an fuerint typis edita = Egregia Apologia Ordinum Servorum Mariae, et Joannis de Deo adversum quendam Advocatum Romanum, quem Zanobettium reor = Epistolae quatuor hispanice ad Marquinam Historiae Gerundianae oppugnatorem = Apologia Historiae Gerundianae adversus interpretem Hispanum *Methodi studendi propositae a Barbadihno* = Notae in consilia Burgofontana = *El Espiritu de los Magistrados exterminadores (los que fueron Parlamentarios Franceses) analizado en la demanda del Sig. Goullon presentada al Parlamento de Metz* = Sectanus nostri Cordarae (de quo in loco) hispanice redditus = *Vita Ciceronis*, tomus primus hispanice redditus ex lepidissimo Poeta Italo Passeroni = Adnotationes in libros Ciceronianos de Amicitia, et Senectute = *Anatomia de la Carta Pastoral (que obedeciendo al Rey) escribio el Illmo y Rmo Señor Don Joseph Xavier Rodriguez de Arellano Arzo. de Burgos del Consejo de S. M.* Praeclarae sunt epistolae Apologeticae pro Societate J. adversus litteram pastoralem Burgensis Jesuitis infensissimam. Confingit Isla has Anatomiae litteras conscriptas fuisse ab Abb. Romano Arcadiae Pastore ad Abbatem Florentinum Academicum Cruscum, et ex italico hispanice conversas fuisse: sunt tomi IV. in 4: tomus primus continet epistolas undecim: secundus sex: totidem tertius: et novem quartus. Quod insigne opus certo scio nondum fuisse editum = Eruditissimae Epistolae Advocati Constantini ex italico sermone in Hispanicum conversae. Tom. VIII. Mihi quoque apertum est in illa tristissima exilii denuntiatione plura m ss. erepta fuisse Islae, quae ille ex Italia repetiit a Comite de Aranda, sed de eorum casibus quis divinabit? Deperdita quoque sunt plurima poematia hispanica in quibus condendis excellebat imprimis. Ipse quoque ante obitum non paucas lucubrationes flammis addixit nimis fortasse religiosus. Neque quisquam putet in tanta ingenii festivitate tot lucubrationibus et scriptis semper elucente Islam mediocrem duntaxat operam pietati, ac Religioni dedisse. Fuit ille profecto castissimis moribus, et sermonibus, nullius obtrectator, in colendis Divis religiosissimus, regularum Societatis cultor eximius, in juvandis proximis assiduus, inimicorum non dicam lenis ultor, sed benefactor singularis. Hac ergo laude ille summopere praestitit, cujus cum plura possem, unum tantummodo exemplum profero pro illa magnifice astruenda. Morabatur ergo Isla Bononiae omnibus praecipue Principibus viris acceptissimus ob suam eruditionem summa cum lepiditate in colloquendo conjunctam, 70 annorum senex aegritudinibus, et laboribus pene confectus, cum nescio quid suo indulgens ingenio festivum dixit de Causa Palafoxiana quae summo id temporis agebatur ardore. Ex auscultantibus quidam Islanum leporem detulit. Illico Senem Islam, et generis, nobilitate, et tot aliis insignibus exornatum a Satellitum manu comprehendi jubetur, et in tetrum carcerem cum reliquis scelestis, et vilissimis hominibus detrudi. Ex carcere deinceps relegatus Isla fuit in oppidum Budrio, ubi exul constitit usque ad annum 1775, in quo Bononiam revertitur universorum plausu, eumque in domum suam receperunt Cl. Comites Tedeschi, qui usque ad obitum summis beneficiis Islam liberaliter sunt prosecuti. Certior ille factus filiam nubilem accusatoris, cujus delatione carcerem, et exilium fuerat passus, ob inopiam genitoris nentiquam collocandam sive in matrimonium, sive in Claustra Religiosa iri, omni nisu nulli parcens labori, habuit, immo extorsit, necessariam qua opus erat dotem filiae accu-

satoris in Sacrarum Virginum collegium adscribendae, ut ipsi filiae erat in votis. Memorandum etiam est hoc Islae singulare factum. Dum in Collegio Pontevedrensi degeret, denuntiatum fuit Sociis exilium Hispanicum: Isla jure ratus denuntiatores magnam facturos suorum scriptorum disquisitionem, omnes epistolas collegit, in quibus Provinciae Praesules in eo aliquos errores acriter reprehendebant; et illas ante eorum oculos propalam posuit, hac inscriptione litteris majusculis super imposita: *Noverint omnes, Islam, si non ut par erat, fuerit Religiosus, fuisse semper a Superioribus castigatum*. Vitam Islae conscripsit eleganti Sermone hispanico noster Tolrà (de quo in loco) latens sub nomine Josephi Ignatii de: Salas Matriti typis Viduae Ibarrae 1803, illamque dicavit Islae germanae Sorori Mariae Franciscae faeminae lectissimae, neque minus, quam Frater, elegantia ingenio, et lepiditate praeditae.

Iturriaga Emmanuel Marianus de: Hispanus Mexicanus nobili genere n. Angelopoli 24 Dec. 1728, Societati ac. in Prov. Mexicana 7 Martii 1744 v. 4 n. 15 Aug. 1763, Philosophiam, Rhetoricam, et Theologicam cum laude docuit in America ex qua in Italiam expulsus, aliquot Episcopis a rebus Theologicis utpote in iisdem versatissimus, fuit. Hoc anno 1814 degit Pisauri, sed lumine orbatus, quam homo litteratissimus miserandam infelicitatem aequo fert animo. Scripsit Noster = *Dolor Regius etc.* Goatemalae typis Joachimi Arevalo 1760. Continet descriptionem apparatus funebris, quem Civitas Goatemalensis decreverat Mariae Barbarae Lusitanae Hispaniarum Reginae demortuae: continet etiam plurima poematia, Hispanica, et latina, et orationem funebrem ab eodem Iturriaga dictam = *Dominus Lazerinus vindicatus ab injuria quam sibi irrogavit, qui sub tanto Doctoris mentito nomine dissertationem quandam m ss. vulgavit super attritione venialium ex metu Purgatorii conceptae*. Dissertationes tres: prima de Confessione venialium agit: secunda Doctoris Eximii mentem explicat: tertia Attritionem ex metu Purgatorii commendat. Cesaenae per Gregorium Biasini 1778. 8 = *Esame critico, teologico che servirà per fare un' errata corrige ad un certo libro stampato in Bologna per Lelio dalla Volpe l' anno 1777 intitolato Raccolta di varii esercizj di pietà, ed istruzioni nelle quali si insegna etc.* Disquisitio critica theologica, et correctio operis inscripti *Raccolta* (*Collectio*) aliquot Exercitationum piarum etc.) Venetiis per Joan. Bap. Novelli 1779, et iterum 1781 = *Dissertatione intorno al dolore necessario per il valore, e per il frutto del Sacramento della Penitenza* (De dolore necessario pro valore, et fructu Sacramenti Poenitentiae) Assisii per Octavium Sgariglia 1780. 8 = *Dissertazione Istorico morale intorno alla Santificazione delle feste* (De festorum sanctificatione). Mutinae 1783 apud Societatem typographicam in 8: et est Editio secunda inscriptione tantulum immutata, operis ni fallor, quo respondet Adelfo Mariodulo. De hoc opere scire oportet Archiepiscopum Bononiensem misisse illud tanquam erroribus refertum ad Illustris. Joachimum de Osma, et Electa Hispaniae Regi a confessionibus, quem Jesuitis parum amicum putabat. Sed iste pro sua prudentia ad celebrem Academiam Complutensem illud discutiendum mandavit. Complutenses Theologi doctissimi praevia accurata disquisitione facta opus Iturriagae approbarunt, quippe nil aliud continens, quam ipsasmet doctrinas traditas a Catechismis Hispanis probatissimis. Quo responso a Confessario misso iracundiam Bononiensis sedavit = *Saggio di risposta all' Autore degli Annali Ecclesiastici in difesa della dissertazione intorno al dolore necessario per il valore, et per il frutto del Sacramento della Penitenza da lui presa a confutare nei fogli di Marzo 1781* (Respondet auctori annalium Ecclesiasticorum oppugnanti dissertationem Iturriagae de valore, et fructu Atritionis). Assisii per Octavium Sga-

riglia 1782. 8 = *Saggio di risposta alla lettera di Adelfo Mariodulo all'amico suo Aristo Evongo sul precetto divino della santificazione delle feste* (Respondet Epistolae Adelphi volentis, plusquam exigit Ecclesia, pro festis religiose colendis). Venetiis per Gasparnm Storti 1782 = *Sull'esenzioni de' regolari dalla giurisdizione de' Vescovi e sulle cause Matrimoniali, lettera indirizzata a Mons. Gian Battista di Pergen Vescovo di Mantova da Monsig. Vescovo di ...* (exemptionem Regularium defendit etc.) Assisii per Octavinm Sgariglia 1784. 8 = *Sul sistema della tolleranza lettera di Monsig. Vescovo di ... indirizzata a Monsig. Leopoldo Ab-Hai Vescovo di Konigsgratz* (Oppugnat tolerantiam assertam ab Episcopo Rheginae-Hradecensi) Assisii per Octavium Sgariglia 1783. 8. Est secunda editio: primam non vidi: edita fuit etiam in Germania germanice = *Sul sistema della toleranza. Giudizio apologetico, ossia risposta di D. Emmanuele Mariano Iturriaga Angelopolitano all' esame critico contro di esso dato dal Sig. Ab. D. Isaaco Vanspeuspeg* (Respondet nostro Josepho Casanova (de quo in loco) latenti sub nomine Isaaci Vauspeuspeg, et oppugnanti praecedentem Epistolam de tolerantia. Romae per Generosum Salomoni 1785. 8. Per hoc responsum meruit Iturriaga a Pio VI. P. M. breves litteras gratulatorias datas apud S. Mariam Majorem 14 Kal. Dec. 1785 = *L'Avvocato Pistoiese, citato al Tribunale dell' autorità della buona Critica, e della ragione sulla podestà della Chiesa intorno a' Matrimonj etc.* (Synagogam Pistoriensem Riccianam autoritatem plurimam circa Matrimonia Ecclesiae detrahentem oppugnat). Ferrariae per Bernardinum Pomatelli 1787. 8. Dicat Auctor opus Andreae Gioannetti Cardinali Archiepiscopo Bononiensi ad mitiorem erga Jesuitas mentem deducto. Decoratus fuit etiam Noster propter hoc opus Litteris Brevibus Pii VI. datis apud S. Mariam Majorem 11 Kal. Sep. 1787 = *Operette del M. R. Sacerdote D. Emmanuele Mariano d'Iturriaga etc.* Volumen primum Genuae typis Gensinianis 1790 = Volumen secundum pars prima ibid. 1790; in hac secundi voluminis parte prima extat tractatus a me non antea visus, scilicet *Saggio di risposta al Valentissimo Fiorentino chiarissimo Annalista Ecclesiastico in difesa della dissertazione sulla santificazione delle feste etc.* (Contra Scriptorem Florentinum Annalium Ecclesiasticorum defendit Iturriaga suam de diebus festis celebrandis dissertationem) = Volumen secundum pars secunda ibidem omnino = Volumen tertium ibidem omnino = Volumen quartum ibidem ex typog. Joan. Bap. Caffarelli 1789: in 8 tomi omnes. Optimo consilio in unum redacta sunt corpus omnia Iturriagae opuscula; hac enim via majorem diuturnitatem sibi obtinebunt: praeterea haec ipsa collectio et magis emendata, et aucta ab Auctore prodiit. Idem Iturriaga existimatur Auctor operis *il peccato in Religione, e in Logica degli atti, e decreti del Concilio Diocesano di Pistoja*. Assisii 1791. Nondum sunt editae sequentes lucubrationes = *Litterae 7 ad Philippum Tosellium*; continent resolutiones ut dicunt Morales = *Saggio di riflessioni sul biglietto del Padre Maestro Schiara al Emo Sig. Cardinal. Alessandro Albani sopra un libro intitolato De Clarorum virorum retractationibus* = *Varia* Metastasii dramata hispanice reddita; in his *Clementia Titi. Themistocles: Zenobia etc.* item ex Gallico nostri Bougeant (de quo in loco) *Foemina Doctor*, et alia.

Iung Joannes ex Prov. ad Rhenum Superiorem in cujus Heidelbergensi Collegio Logicam, et Metaphysicam tradebat 1766. Opera = *Isagoge in Historiam Ecclesiasticam Novi Testamenti*. Heidelbergae 1776. Ex nostro Holl in *Statistica* pag. 623 = *Dissertatio de immortalitate animae*. Heidelbergae 1766, quam laudat noster Antonius Schmidt in *meditationibus philosophicis*. = *Responsum Theologorum Heidelbergensium de sensu Canonis 3. Synodi Nicaenae primae vin-*

dicatum. Heidelbergae 1779: ex eodem Holl in *Statistica* pag. 289.

Izzo Joan. Bap. Hungarus, Kaschaviae genitoribus Italis nat. 29 Aug. 1721, Soc. ac. in Prov. Austiae 2 Nov. 1736 v. 4 n. Callebat latine, gallice, italice, et germanice. In Collegio Theresiano Viennensi Architecturam Civilem, et Militarem docuit nobiles illos Convictores. In eodem Collegio anno 1773 munere Ministri fungebatur. Scripta = *Elementa architecturae civilis*. Vindobonae typ. Trattner 1764. 8; quae dicat Cardinali Migazzi = *Elementa architecturae militaris, tomus I. De arte muniendi* ibid. 1765. 8 = *Tractatus de Pyrotechnia, et Ballistica*. Viennae 1766: Hoc opus Izzoni tribuit *Austria docta*, et reor esse tomulum alterum *Elementorum Architecturae Militaris = Elemens del' Architecture Militaire a l' usage des Cavaliers du College Royal Theresien*. Viennae apud Josephum Kurzbock 1772. 8: Est interpretatio operis praecedentis cum additamentis, et correctionibus ejusdem Izzonis,qui in praefatione spem lectoribus facit edendi alia duo volumina: de defensione, et oppugnatione arcium unum, et de tactica alterum; lingua gallica mea sententia; quippe lingua latina jam erant edita. = *Elementa Geographiae*. Viennae 1773; quae etiam Izzoni tribuit *Austria docta*. Sciendum est Izzonem germanice reddidisse suam Architecturam civilem.

K

Katona Stephanus, Ungarus Bolykiensis in Provincia Neogradiensi natus 13 Dec. 1732. Soc. ac. in Prov. Austriae 30 Oct. 1750 v. 4 n. 2 Feb. 1768. Post traditam Rhetoricam ac Poeticam, profitebatur anno 1773 Eloquentiam, et Historiam profanam in Collegio Tyrnavensi. Post Societatis extinctionem creatus fuit publicus Historiae Professor in Universitate Regia Budensi. Obiit Budae 17 Aug. 1811, si habenda est fides Ephemeridi Romanae *Giornale del Campidoglio* nuncupatae, quae perperam asserit Katonam natum fuisse an. 1730. Scripta = *Synopsis Chronologica Historiarum ad sublevandam memoriam Historiophilorum*. Pars prima Tyrnaviae typis Academ. Soc. Jesu 1771 = *Pars secunda Sectio prima*: ibidem 1773 in 8. Nondum vidi hujus partis secundae sectionem alteram: fortasse edita non fuit superveniente Societatis extinctione = *Historia Critica Regum Hungariae stirpis Arpadianae etc.* tomis VI. in 8: tomus primus Pestini sumptibus Joannis Michaelis Weingand 1779: quem dicat Adamo Patachic Archiepiscopo Colocensi, qui Romae nostri Seminarii Germanici Alumnus fuerat: II. tomus ibidem quem dicat Christophoro Migazzi Archiepiscopo Viennensi, Cardinali, qui fuerat olim Romae alumnus ejusdem Seminarii Germanici: III. ibidem sed anno 1780, quem dicat Josepho Garampi, Episcopo Montis Falisci, Nuntio Apostolico apud Imperatorem Austriacum, deinceps Cardinali: tomus IV. ibid. 1781 quem dicat Carolo Eszterhazy, Episcopo Agriensi: tomus V. Possonii et Cassoviae 1783 quem dicat Ignatio de Bathyam Episcopo Transilvaniensi, qui simul cum Auctore Theologiam didicerat in nostra universitate Tyrnaviensi: tomus VI. Budae 1782 typis Universitatis, quem dicat Antonio Andrassy Episcopo Rosnaviensi. Hi VI. tomi Historiam comprehendunt ab anno 1000 ad 1301 = *Historia pragmatica Hungariae*: tomis duobus, sive partibus in 8: prima Budae typis Universit. 1782; complectiturque 28 eruditissimas dissertationes, quibus *Historia Critica* jam laudata illustratur: secunda pars ibid. 1784, complectiturque dissertationes 26, quibus etiam illustratur *Hungaria* usque ad Josephum II. Imperatorem Austriacum: in ejusdem fine spem aliquam facit se hanc historiam pragmaticam pluribus tomis amplificaturum, si spes certa affulgeret emptores accessuros. Vivebat anno 1784. Ex dissertatione 22 ejusdem partis secundae *Historia pragm.* pag. 745 videtur

noster historiam edidisse Imperatorum Germanicorum. Sed vide *Ladislaus Turotzi*.

Khell Josephus Austriacus Lintii natus 15 Augusti 1714. Soc. ac. in Prov. Austriae 15 Octob. 1729 v. 4 n. 15 Aug. 1747 traditis variis in locis lingua Hebraica, Philosophia, Historia et Scriptura Sacra, Numophylacio Viennensi praefuit. Obiit in Collegio Theresiano Viennensi die 4 Nov. 1772 = *Auctoritas utriusque libri Machabeorum Canonico-historica adserta, et Froelichiani Antrales defensi*: tacito nomine Vindobonae 1749 typ. Joan. Thomae Trattner. *Physica ex recentiorum observationibus accomodata usibus Academicis*. Tomi duo Vindobonae per Trattner 1752 et 1753 quam laudant Acta Lipsiae 1753. Affert in I. tomo experimentum Nostri Franz de *vitri poris*. Anno 1756 observationes suas oppido eruditas in novum testamentum edidit Viennae typis Joannes Thomae Trattner in 8 hac inscriptione *Ecloge observationum in novi Testamenti libros*. Continet duas observationum decadas = *De Epocha Historiae Ruth*, *Dissertatio*. Ibid. omnino in 12 = *Thesauri Britanici Pars secunda seu Musaeum numarium complexum numos graecos, et latinos omnis metalli, et formae nec dum editos, depictos, et descriptos a Nicolao Francisco Haym, Romano interprete Jos. Khell e Soc. J.* Vindobonae per Joh. Thom. Trattnern 1765. Khellius ergo hunc thesaurum correxit, illustravit observationibus doctissimis, illique adjecit ex integro suam *appendiculam alteram ad numismata graeca populorum et urbium a Jacobo Gesnero tabulis aeneis repraesentata*. Vindobonae 1764. De hoc Khellii opere legitur insigne elogium in Actis Lipsiensibus 1767; quae Khellium *doctissimum elegantissimum eruditissimum* pleno vocant ore: hisque verbis de hoc opere judicium absolvunt: *Sed vero et nos doctissimo vero salutem, et incolumitatem diuturnam apprecamur, ut a virtute doctrinae ejus diu, satisque cognitae, et hujus libri monumentis denuo stabilitae, literae humaniores, totaque respublica eruditorum, tanta, et in posterum capiat incrementa, quanta ejus hucusque perfecta doctrina, rei litterariae multis modis proficua, et jam procuravit, et in reliquum tempus pollicetur*. = *Ad numismata Imperatorum Romanorum aurea, et argentea a Vaillantio edita, a Cl. Baldinio aucta ... Supplementum*. Vindobonae typ. Joa. Thomae Trattner 1767 in 8. = *Duae Khellii* epistolae laudantur a Cl. Viro Joan. Josepho Nobili de Havern in sua dissertatione apologetica contra Khellium ingenuitati numi aenei Vespasiae Pollae refragantem = *De numismate Augusti aureo formae maximae ex ruderibus Herculani eruto etc.* Viennae per Joa. Thomam Trattnern: Ex Actis Lipsiensibus ad an. 1763.

Klaus Michael Hungarus Posoniensis n. 16 Januarii 1719. Soc. ac. in Prov. Austriae 18 Oct. 1775 v. 4 n. 2 Feb. 1753. Philosophiam duodecim annos tradidit, professor fuit etiam Mathesis, Juris Canonici, et Theologiae: et an. 1773 degebat in Collegio Posoniensi. Scripsit = *Brevis introductio in Philosophiam, comprehendens tum doctrinam ... tum Historiam Philosophiae*. Viennae, Pragae, Tergesti typ. Joa. Thomae Trattner 1757 in 8 = *Prima, ac generalis Philosophia*. Viennae 1755 = *Philosophia naturalis, seu Physica*: ibid. 1756.

Kleiner Josephus ex Provincia ad Rhenum Superiorem in cujus Heildelbergensi Collegio anne 1765 Professor erat Theologiae Scholasticae. Jus etiam Canonicum tradidit. Edidit. = *Orthodoxa de necessitate baptismi parvulorum doctrina*. Heidelbergae 1765. Optima est dissertatio, quam laudat Holl (de quo in loco) in *Statistica* pag. 354 = *Exegesis, quibus de causis Patres Nicaeni Pascha Christianorum eodem cum Judeis die celebrari vetuerint*. Heildebergae 1777: ex eodem Holl pag. 434 = *Aphorismi incredulorum nostri aevi*. Ibidem 1778: ex eodem Holl pag. 32 = In famo su mFe bronii opus opuscula duo edidit teste Zaccaria (de quo in loco) in *Antife-*

bronio vindicato part. prima; quibus se Febronius magnopere commotum fuisse satis in suis vindiciis ostendit = *De origine, et antiquitate Eminent. S. R. E. Cardinalium*. Ex eodem Zaccaria in interpretatione Italica sermonum polemicorum de Divo Petro auctore Francisco Antonio Denneville = *De muniis, et praerogativis Eminent. S. R. E. Cardinalium*: ibid. 1768.

L

Lagomarsini Hieronymus Patre Genuensi, et Matre Hispana in Portu S. Mariae prope Gades n. 30 Sep. 1698. Juvenis in Italiam advectus Soc. ac. in Prov. Romana 29 Nov. 1713 v. 4 n. 2 Feb. 1732. Florentiae annos 20 Rhetorica plausu singulari tradita, Romam instante Emmanuele Azevedo eidem amicissimo vocatur linguam Graecam in Collegio Romano professurus, quod egregie praestitit usque ad obitum, qui contigit 18 Maii 1773, tribus nempe mensibus ante Societatis extinctionem, quam cum omnes jam metuerent ingruentem, Lagomarsinius moriens summo perfusus gaudio dictitabat secum praeclare agi, quod e vita migraret veste sibi chara Societatis indutus quam saepe tenerrime deosculatus, haec suavia verba iterabat *Gaudium meum nemo tollet a me*. Cum Lagomarsinii eruditionis opinio, latinissimi praesertim in scribendo styli Europam omnem pervaderet, fere fidem superat, quanti ille ab Eruditis non solum Italis, sed etiam Exteris haberetur. Benedictus XIV. saepe cum illo colloqui amabat ab ejusdem facundia, et animi candore illectus. Scripta = Disquisitio critica in quendam confictum Ludi magistrum urbis Clusiadepoli; sermone italico. Tarvisii (Arretii revera) 1723; et sumpto nomine Golmario Pepugies Marsigliano (Girolamo Giuseppe Lagomarsini): ex Joan. Vincen. Giorgi in adnotatione 13 vitae Lagomarsini auctore Josepho Mariano Parthenio (Mazzolari) = *Vita di S. Fermano Abbate dell'Ordine di S. Benedetto* (sumpto nomine anagrammatico *Golmario Marsigliano*). Tarvisii (Arretii) 1726 in 8, quam dicat Cl. Leandro Porzia Abbati S. Pauli in Urbe. Firmi quoque edita fuit cum additamentis Michaelis Catalani = *Ad Jacobum Facciolatum Epistola, qua quid in M. Tullii Ciceronis contra L. Pisonem oratione intercciderit demonstratur*; Extat in tomo X. operis inscripti *Raccolta d'Opuscoli scientifici, e Filologici*, Collectore Angelo Calogierà, Monaco Cisterciensi eruditissimo, et de Litteratis benemerentissimo. Venetiis apud Christophorum Zane 1734 = *Aleae Januensis Romam traductae ratio. Elegiacon*. Sortitionem *Lotto* dictam eleganter describit sumpto nomine Golmarii Marsigliani. Extat in XII. tomo Collectionis Calogieranae = *Orationes 7. Editio sexta retractatior, et auctior*. Romae 1753 in 8, typis Generosi Salomoni, quam dicat Cardinali Clementi Argenvilliers. Adjungitur huic editioni epistola superius laudata ad Facciolatum; et in quadam subjecta nota Lagomarsinius ait se in animo habere omnia Ciceronis opera vulgare cum ducentis veteribus Codicibus collata = *Epistolae ad Amicum Exemplum etc.* Bononiae apud Lelium a Vulpe 1753 in 8. Lepidissime vapulat Auctor operis *Noctium Sarmaticarum Vigiliae*. Praecesserant editiones Polonica, et Germanica. = *R. P. Hieronymi Lagomarsini S. J. litterarum ad Joannem Vincentium Lucensem exemplum, quibus judicium fertur de aliquot locis libelli Romae mense Septembri an. 1753 vulgati hoc titulo F. Vinc. Mariae Dinelli ... ad Carolum Nocetum S. J. Theologum ... Epistolae*. Tridenti 1754 in 8. Libelli latinitatem subtiliter expendit = *De Scriptis invita Minerva*. Tom. II. in 4. Florentiae ex typographeo ad insigne Apollinis 1755, et 1756. Dicat tomum primum Ludovico Antonio Muratori, alterum Scipioni Maffei Scriptoribus Clarissimis. Antonius Maria Gratiani, Episcopus Amerinus auctor est laudati operis, quod Lagomarsinius summo Reipublicae litterariae nitoris, atque

elegantiae studiosae bono primus edidit, notisque eruditis illustravit = *Julii Poggiani Sunensis Epistolae*, *et Orationes olim collectae ab Antonio Maria Gratiano*, *nunc a Hieronymo Lagomarsinio e S. J. annotationibus illustratae ac primum editae*. Volumen primum Romae 1762 in 4, typis Generosi Salomoni. Volumen secundum ibid. 1756; et dicatur Academiae Cervariensi. Huic volumini extat adjuncta Lagomarsinii *Actio in Jacobum Augustum Thuanum posteritatis nomine*, *ad quam ille quodam suo carmine provocavit*. Ciceronem Lector audies contra Verrem tonantem. Volumen tertium, ibid. 1757; et eidem Academiae Cervariensi dicatur. Volumen quartum ibid. 1758; et dicatur Provinciae Minoris Poloniae Soc. J. = *Giudizio degli Autori della Storia Letteraria d' Italia intorno l' ultimo libro de' Teatri del P. Daniele Concina etc.* Venetiis 1756 typ. Remondini in 8, tacito Auctoris nomine = *Epistola* ad Cardinalem Quirinum, qui Lagomarsinium arbitrum elegerat litterariae controversiae dirimendae, Marchionis Maffeii, cum Hermanno Reimario de emendationibus a Reimario factis in Dionem Cassium. Extat in volum. decimoquarto operis *Storia letteraria d' Italia* = *Lettera al Sig. Marchese Maffei intorno alla sua Merope*. Extat in laudato volumine decimoquarto = *Specimen editionis*, *quam parabat*, *operum Ciceronis*. Floreutiae 1741 = *De origine fontium*. Poema sed nondum perfectum italice reddidit Cl. Joannes Petrus Bergantini, et simul cum versione italica *Botanicorum* nostri Francisci Eulalii Savastani edidit Venetiis 1749. Ex *Storia Letteraria d' Italia* = *M. Philocardii enarrationes*. Prodierunt adjectae, non primae, sed aliis editionibus Sermonum Sectani, quos scripsit Cordara. Ex his, quae dixi verbo *Ferrari Guido* fere mihi certum est Philocardium neutiquam esse Lagomarsinium. Lagomarsini M SS. = *Annotationes in tres veteres Scriptores de re rustica*, *multis m ss. collatis*. Ex Josepho Mariano Parthenio (Mazzolari) in vita Lagomarsinii = *Dissertatio*; qua defendit egregie Nostrum Silvestrum Petrasancta, quem obtrectatores quidam volebant B. Josepho Calasanzio fuisse inimicum: Ex nostro Joanne Vincentio Giorgi in nota subjecta vitae Lagomarsini supra laudatae = *Epistola nomine*, *ac stylo Hieronymi Savanarolae* ad Patrem Orsi nostri Cattanei impugnatorem = *Testimonia virorum illustrium de Soc. J. inde usque ab initio ejusdem repetita ordine chronologico ad nostram hanc aetatem perpetua*, *nec unquam interrupta annorum serie digesta* = Volumen haud exiguum, quo demonstratur D. Theresiam nec verbum fecisse de Societate J. inquadam Epistola recens vulgata a Fiderico a S. Antonio Carmelitano Excalceato editore vitae, et operum S. Theresiae trib. volum. typis Venetis 1755; et Societatem a Diva nominatam a Societate J. longe esse diversam argumentis ostenditur evidentibus = Aliquot volumina sui commercii litterarii = Plurimi tomi de collationibus codicum operum Ciceronis, emendationibus, annotationibus, conjecturis etc. ad absolutissimam Oratoris Romani editionem conficiendam. Laudatus Parthenius conqueritur plurimas Lagomarsinii lucubrationes fuisse deperditas gravissima cum jactura Eruditorum. Ex eodem novimus Lagomarsinium saepe a Facciolato fuisse consultum pro suo Dictionario parando, et edendo, et cum ab eo unum exemplum editum dono habuisset, *multa* (verba sunt Parthenii) *manu sua margini adscripsit*, *multa suffecit*, *nonnulla praecidit*, *atque emendavit*, *non pauca correxit*. *Vocabulorum significationes aliquas hactenus ignoratas*, *et ab te repertas addidit*: *vocabula quaedam tamquam nummos veteres detecta nota exargenteis fecit aurea*. Praeter modum longus essem in conscribendis hoc loco amplissimis laudibus, quibus Eruditi viri Lagomarsinium nobilitarunt. Omissis itaque Oliveto Gallo, Maffeio, Gorio etc. unum affero non ita Societati facilem Philippum Bonamici libro de *Claris* ...

Scriptoribus dicentem : *Sed Gratiani* , *et Poggiani eloquentiae monumenta ad nostris hominibus insolenti quodam rerum domesticarum fastidio neglecta* , *in lucem revocat Hieronymus Lagomarsinius latini sermonis et amantissimus* , *et peritissimus* , *ejusque homo Societatis* , *quae latinarum fugientem iam gloriam omni Scriptorum genere retinere quodammodo conatur* . Ephemerides quoq. per Europam litterariae in laudando Lagomarsinio mirifice inter se consensere . Si aliquando tamen Florentinae ann. scilicet 1741. num. 41 colum. 641 in commendando, uti fecerunt , *Specimine* Editiónis amplissimae Ciceronis a Lagomarsinio vulgato , eloginm inhonesto exitu foedarunt ; difformis illa conclusio tota fuit Joannis Lamii , qui a Clarissimo Gorio conscriptum elogium in Ephemeride vulgandum dolose mutavit . Nimis publicae fuerunt Lamii cum Lagomarsinio , immo cum Societate inimicitiae . Hominem eruditum commoverunt Sectani satyrae , quibus se putabat digito designari . Sed bono Reipublicae litterariae , cui acerbae inter viros doctos simultates ingratissimae sunt , Lamius jussu Regii Consili Gubernationis (Real Consiglio di Regenza) Epistolium datum 26 Martii 1743 ad Lagomarsinium misit , quo et ejusdem amicitiam exoptat , et libellos contra Societatem esse suos inficiatur . Florentiae incisa fuit aere Lagomarsinii imago his duobus versibus : *Hic est Lagomarsinius* ; *sed pingere vocem* = *Si liceat* , *quivis dixerit* , *est Cicero* . Extat etiam in Collegio Romano ejusdem imago cum hac inscriptione : *Hieronymus Lagomarsinus Genuensis amore in Societatem* , *indulgentia in egentes*, *comitate in omnes singulari* . *Obiit anno Christi MDCCLXXIII* , *aetatis LXXIV* . *Men. VII* . *Huic latinae litterae multum debent* . Eruditissimus quoque Antonius Morcelli , de quo in loco , perpulcram eidem nomine Parthenii inscriptionem dicavit , et extat in Inscriptionibus Morcellianis editis Romae . Vide Mazzolari .

Landivar Raphael Hispanus . Americanus nobili loco natus Goatemalae praeclara in Nova Hispania urbe 27 oct. 1731 Soc. ac. in Provin. Mexicana 17 Feb. 1750 , v. 4 n. 2 Feb. 1765 . Obiit Bononiae 27 Sep. 1793 . Philosophiam , in Nova Hispania docuerat . Laude floruit poetica , cujus egreginm specimen dedit 15 libris cum appendice versu heroico latino editis hac inscriptione = *Rusticatio Mexicana* , Bononiae 1782 ex typograp. S. Thomae Aquinatis in 8. Et est editio altera auctior , et emendatior . Primam non vidi . Ingentem sibi laudem promeruit noster insignis Poetae a splendido , simulqne fluenti carmine in re parum , aut nullomodo tractata a Poetis , nt de Lacu Mexicano , de Cataractis Goatemalensibus , Cocco , Purpura , Indico , Fodinis , Argenti atque Anri opificio etc. Quae quidem argumenta non sunt ita flexibilia , ut facile sequantur quocumque Poeta ducere velit .

Lanzi Aloysius Montecchii , quod nunc oppidum Treja vocatur Marchiae Anconitanae natus 14 (non 13 ut ait Moro in *Bibliotheca Picena*) Junii 1732 : Societati accessit in Provincia Romana 23 Octobris , (non vero Novembris , nt ait dictus Moro) an.1749 . Vota 4 nuncupavit 15 Augusti 1765 . Romae Tyrones nostros Rhetorices arte fructuose , ac diligenter plures annos excoluit ; in his Auditorem habuit Nicolaum illum Celestini , quem Tyronem Societatis J. Divus Aloysius Gonzaga iam iam moriturum stupendo miraculo a morte liberavit . Extincta summo sui animi dolore Societate , Lanzius a magno Hetruriae Duce praefectus fuit Musaeo Ducali Antiquitatum , in quibus explicandis ut erat exercitatissimus , et linguarum Graecae, Hebraicae , et aliarum egregie peritus , a viris eruditis crebro consulebatur earum obscuritatem illustraturus . Lanzium qnoqne Senatus Eugubinus diplomate honestavit honorificentissimo , quo eum in Decurionum Eugubinorum numerum cooptat . Societatem in Regnum Neapo-

litanum restitutam vehementer expetiit; sed Josephus Pignatelli magni consilii vir Præfectus Provinciae Italicae, fervidi Candidati senectuti, ac valetudini consulens eum ab itinere instituendo deterruit; Florentiae que manere jussit, ibi plus Societatis nomen amplificaturum quam si Neapolim tot infirmitatibus fractus adiret - Vir fuit candidissimis moribus, insigni comitate, ac modestia, et spectatissima in Deum, Divosque religione. Qua pietate vitam egerat, obiit Florentiae 31 Martii 1810 haud exiguo Musarum, earumque cultorum luctu. Eruditissimus atque elegantissimus vir Joa. Bap. Zannoni Bibliothecae Magliabechianae Subpræfectus eximium de Lanzio elogium adornavit, typisq. uno folio plura ejusdem edidit exempla, quorum unum plubeo tubô inclusum ad tumulum Lanzii in aede S. Crucis conditum est: ex quo elegantissimo elogio, haec tantum studens brevitati exscribo = *Societate Jesu cum caeteris exsolutus Subpraefectus* = *Musaeo Florentino a Petro Leopoldo M. E. Duce Datus* = *Est: Hinc gloriae suae cursum ortus est sempiternum ... In Etruscorum, aliorumque antiquae Italiae* = *Incolarum linguas curam omnem intendit. Alphabetum* = *A Gorio traditum emendavit, Grammaticam primus* = *Instituit graeca, latinaq. lingua certissimis ducibus* = *Omnia ferme explicavit: Ob quod opus cunctis retro* = *Desperatum, ab eoque ingenti ausu coeptum, et prospero* = *exitu absolutum in maximam Italorum, Exterorumque* = *admirationem venit* ... = *Ave senex optime incomparabilis* = *Quod rei antiquariae terminos quam latissime* = *Propagasti, aequales te suspexerant. Posteritas* = *Commendabit; quodque ita vixisti, ut si esses quotidie* = *Moriturus, e mundo tamquam ex hospitio migrasti; et* = *Semel beato animorum concilio receptus sede piorum* = *Æternum fueris*. En eruditos Lanzii labores. = *Aloysii Lanzii inscriptionum, et Carminum libri tres* Florentiae 1787 in 4 typis Carli, et Sociorum, quos dicat Auctor Antonio Felici Zondadario Cardinali, et Archiepiscopo Senensi. Major harum Inscriptionum et carminum pars non ex aliis scriptoribus est collecta; sed Aloysium habet Auctorem: in his valde notanda est inscriptio illa jocularis in virum Cl. Angelum Fabroni quae est 7 libri secundi = *Saggio di lingua Etrusca, e di altre antichità d'Italia* (Specimen linguae Etruscae, et aliarum antiquitatum Italiae): tomi III. in 8. Romae apud Pagliarini: 1785, quos dicat Petro Leopoldo Austriaco Magno Etruriae Duci. Opus est immensi laboris, et eruditionis. Nemo nec amplius nec probabilius, acutiori neque ingenio, uti Noster, de Etruscarum lingua conjectatus fuit: Sub exitum tomi III. extat egregia dissertatio inscripta *Notizie praeliminari circa la Scoltura degli Antichi* (Notitiae proludentes de veterum Scalptura); quam reor jam antea fuisse seorsum editam = *Ragguaglio della Reale Galleria di Firenze* (Descriptio Regii Musaei Florentini); extat in tomo XLVII. operis inscripti *Giornale Pisano*: edita seorsum fuerat anno scilicet 1782 titulo *La R. Galleria di Firenze accresciuta, e riordinata per comando di S. A. R. Pietro Leopoldo etc.* Dictum Musaeum ornatum fuit hac Lanzii inscriptione = *Petrus Leopoldus. Francisci. A. F. Austriacus. M. D. E.* = *Ad. Vrbis. suae. decus; et. ad. incrementum. Artium. Optimatum* = *Musaeum. Mediceum* = *Operibus. ampliatis. Copjsque. auctis* = *Ordinandum. et. splendidiore. cultu. exornandum. curavit* = *Anno MD.C.C.LXXXIX.* = *De Vasi antichi dipinti volgarmente chiamati Etruschi Dissertazioni* 3. Florentiae 1807 in 4. = *Dissertazione sopra una Vrnetta Tosconica etc.* (De quadam urnula Etrusca dissertatio) Venetiis 1799 in 4: Extat etiam in opere inscripto *Memorie per servire alla Storia letteraria, e civile. Semestre 2 part. prima* = *I lavori, e le giornate di Esiodo Ascreo. Opera con li codici riscontrata, emendata la versione Italiana in terze rime con annotazioni*. Florentiae 1808. In Hesiodo

a mendis repugnando usus est Lanzius 50 codicibus m ss. Hoc opus multum laudatur ab Auctore mensis litterarii Romani (*Mese letterario di Roma. Anno primo Num.* 8 1 *Jul.* 1809) = *Storia pittorica della Italia*: tomi VI. in 8 Bassani apud Josephum Remondini et filios 1809. Praecesserant duae aliae editiones, sed non ita auctae, et correctae. In tomo hujus historiae 2.° meminit Lanzius epistolae quam scripsit, de rebus egregii Pictoris Joa. Bap. Salvi a patria appellati *Saxoferrato*; et edita extat in tomo V. pag. 257 operis inscripti *Lettere pittoriche* = *Ragionamento sulla divozione al S. Cuor di Maria secondo lo spirito della Chiesa con l' aggiunta di* 10 *Considerazioni per la Novena, e Festa del medesimo SS. Cuor di Maria* (Sermo de religione in Deiparae cor ad mentem Ecclesiae etc.) Romae 1807 apud Salomoni in 12 tacito auctoris nomine, quod plurimorum sententia non erat silentio praetereundum, cum libellus ob styli elegantiam, et pietatem suo sit dignissimus auctore = *Il divoto del SS. Sacramento istrutto nelle pratiche di tale divozione* (Pius Eucharistiae cultor etc.): tomis, sive partibus duabus, in 8. Romae apud Mordachini 1807. Exiguae molis, sed uberrimorum fructuum libellus, quo Fideles sancte Divinis interesse, diviuis epulis frequenter refici, et supplicationes publicas Eucharisticas peragere pie ac docte moneutur, et edocentur. Praecessit alia editio, uno ni fallor, tomulo, sine additamentis, quae hanc secundam editionem praestantiorem reddunt. In utraque auctoris nomen tacetur = *Versio italica Odes epithalamicae Catulli in nuptiis Manlii* Carmine etrusco, et incipit *O tu che 'l poggio ombroso etc.* Extat in *Poesie degli Academici occulti* in nuptiis Caeritum Ducis. Romae 1777 typis Joannis Zempel in 4. = *Della condizione, e sito di Pausula* (epistola ad Sebastianum Ranghiaschi de statu, et situ Pausulae): extat in XV. tomo antiquitatum Picenarum Cl. Josephi Colucci. Praeter tres illos libros Inscriptionum, quos primo loco laudavimus, plures alias Lanzius conscripsit, quae hac, illac sparsae leguntur. Elegans est illa valde quam Cl. Angelus Fabroni affert in vita Andreae Hostilii Lanzio amicissimi. Neque silendum est Clar. Fabronium Lanzio dicavisse vitam Joannis Justini Ciampini, quae extat in tomo VI. *Vitae Italorum etc.* = *Theocriti idillia* italice reddita. M SS. = *Catulli carmina*, italice reddita. M SS. = *Novendialia in honorem D. Josephi* italice: nondum vidi = *Spiegazione di un vetro antico*: nondum vidi. His a me dictis laudatus Moro haec addit. = *Le lodi della Teologia estratte dalla Comedia di Dante*. 1761: sunt epigrammata italica (Sonetti) quinque cum amplis annotationibus: et extant cum epigrammatibus Academiae Umbriae = *Trasporto dell' Arca in Sion*; carmen italicum ad modulos concinnatum. Romae 1763: sumpto nomine Arcadico *Argilio Cererio*.

Larraz Blasius Celtiber nobilis Caesaraugustae natus 3 Februar. 1721. Soc. in Prov. Aragoniae ac. 19 Jun. 1735. V. 4 nun. 15 Aug. 1754. Insignis Cervariensis Academiae Philippi V. Borbonii munificentia erectae Doctor inauguratus, in eadem Rhetoricam, Philosophiam, ac Theologiam tradidit magna cum opinione ingenii, judicii, atque eruditionis singularis. Tantae, tamque praeclare constitutae Academiae deerat non exiguum ornamentum; desiderabatur siquidem Cathedra publica humaniorum litterarum. Inter omnes magis idoneus habitus noster Larrazius in Professorem publicum electus est, quo munere ab anno 1750 ad 1767 expulsionis hispanicae fuit egregie perfunctus. Virum latine, graece, et hebraice peritum, rebus philosophicis, ac theologicis exercitatum, elegantia praeterea atque eloquentia politissimum non dedignabantur adire, dum e Cathedra humaniores litteras explicabat, ipsi etiam severiorum studiorum Professores. Praefuit Collegio Cervariensi: et in exilio Italico extremus fuit summus Provinciae Aragoniae gubernator.

En inscriptionem ejusdem sepulcro super positam. *Hic situs est = Blasius Larraz Sac. Caesaraugustanus = Ultimus = Provinciae Aragoniae Societatis Jesu = Praepositus Provincialis = In Acad. Cervariensi apud Lacetanos = Philosoph., et Eloq. Publ. Prof. = Vir linguarum peritia, ac doctr. Cl. = Singulari comitate prud. piet. Praed. = Patriae. Societatisque amantis = Quarum desiderium aequo animo tulit = Ob. Ferrariae post. Cal. Sep. an. Sal.* 1796 = *Vixit annos* 75 *menses* 7 = *Hispani. Socii. Patri. Bene. mer. = Mon. poni. curarunt.* Scripta = *Laudatio funebris in regalium exequiarum justis factis ab Academia Cervariensi Conditori suo Philippo V. Regi Catholico*. Cervariae typis Academicis 1746. 4: latine et cum interpretatione hispanica = *Astraea: fabula acta in Academia Cervariensi inter gratulationes et plausus ob evectum ad Solium, et Hispaniae Regem acclamatum Ferdinandum VI.* ibid. 1746. 4: latinae, et hispanice = *Oratio ad Academiam Cervar. super locum psalmi* 138 mirabilis facta est scientia tua ex me, *habita quum auctor Theologiae laurea donaretur* ibid. 1747. 4 = *Oratio ad Academiam Cervar. ob novas ipsi conditas leges, et ampliora concessa jura a Ferd. VI. Rege Cat.* ibid. 1749. 4 = *Laudatio funebris perillustris. DD. Emmanuelis de Alos, et de Rius, Academiae Cerv. Cancellarii*. ibid. 1751 4 = *Arenis: ecloga recitata in Academia Cervar. quum Philosophiae Doctor crearetur egregius adolescens D. Ignatius de Areny, cujus Patronum agebat auctor*. ibid. = *Gratulatio dicta ad Academiam Cervariensem* 12 *Kal. Mart. ann.* 1753 *ob decretum Magisterii sui vacationem D. Emmanueli Jover, et Trigo*. Cervariae typis Academicis 1753. 4 = *Oracion en las exequias ... de D. Fernando el VI. etc.* Extat in collectione inscripta *Oraciones funebres, inscripciones, y poesias de la Universidad de Cervera etc.* Cervariae 1759 in 4. Poematia graeca, hebraica, latina, et hispanica in hac collectione contenta omnia, vel fere omnia Blasium habuerunt Auctorem = *Poema Epico latino, y su traduccion Española, conque la Real Universidad de Cervera aplaudia el alegre arribo etc.* (Cervariensi Academia jubente cecinit Larrazius carmine latino eodemque hispanice reddito feliciter adventum Caroli III. ex Neapoli in Hispaniam) Cervariae typis Antoniae Ibarrae Viduae 1759 in 4. = *Oracion funebre de su Magestad Catolica la Reina N. S. D. Maria Amalia de Saxonia*: latine, et hispanice. Cervariae. Per Antoniam Ibarrae Viduam 1760. 4 = *Gratulatio ad Hispanos ob Sanctissimam Dei Matrem Mariam in mysterio purissimae Conceptionis, praecipuam Hispaniarum acclamatam Patronam* ibid. 1764 in 4 cum adnotationibus subjectis = *Laudatio funebris perillustriss. DD. Blasii de Quintana, et de Aguilar Cervar. Academiae Cancellarii*. ibid. = *Epistola Academiae Cervar. ad Clar. Virum Hieronymum Lagomarsinum e Soc. J. quum is ex urbe Romae eidem Academiae dedicavisset unum ex voluminibus litterarum Poggiani, quas adnotationibus illustratas in lucem edebat*. ibid. = *De magnificentia Regalium Aedium Academiae Cervarien. Oratio habita in prima studiorum instauratione post exaedificatum maximum Academiae theatrum etc.* ibid. = *Relacion de la exemplar vida, virtudes, y letras del P. Pedro Ferrusola de la C. de J. etc.* Cervariae typis Universitatis Regiae, et Pontificiae 1809 in 4. Opus posthumum, quod edendum curavit Nobilissimus, religiosissimus eruditissimusque vir Josephus Vega et Sentmenat qui erudita oppido praefatione vitam illustriorem reddit summis cum laudibus Societatis Jesu, amorem aemulatus suorum Clarissim. Majorum inter quos eminet Heros ille Joannes de Vega Siciliae Prorex S. Ignatii, et ejusdem Societatis studiosissimus, de quo saepe Historia Societatis meminit. In eadem vita extant 3 elegantes Nostri Blasii inscriptiones. = *De rebus Sociorum Provinciae Aragoniae S. J. ab indicto ex Hispania exilio ad extinctam Societatem commentarii tres*: fol. cum 200,

et amplius paginis; qui multum laudantur ob caesariani styli nitorem, eventuum, gestorum que singularitatem, et in scribendo modestiam. Laudatus Eruditiss.,nobilissimus que vir Josephus Vega et Sentmenat exemplum possidet dictorum Commentariorum, ut ipse asserit in praefatione Vitae Patris Ferrusola. Habebat etiam Blasius 20 fere alias orationes publice etiam dictas coram Academia quas casu flamma comburens propositum Auctoris illas typis edendi, perquam incommode evertit.

Lassala Emmanuel splendidis genitoribus Valentiae n. 25 Dec. 1738, Soc. ac. in Prov. Aragoniae 2 Oct. 1754 v. 4 n. 1771, in cujus multam familiaritatem veni, dum Bononiae per integrum annum diversarer, suavi modestissimi hominis consuetudine potissimum captus. Nihil illo dulcius, nihil umquam comius novi. Ante susceptam Societat. Juvenis admodum admirandum suae venae poeticae specimen dedit in publico certamine poetico Valentiae facto, tribus scribentibus extemplo eodem tempore carmina dictans graeca, latina, et hispanica ea continenter affluentia, ut ipsos Scriptores sua velocitate pangendi superaret. Hanc laudem Societati nomine dato mirifice auxit optime cognitis linguis italica, gallica, et arabica, magnaque eruditione philosophica, Mathematica, ac Theologica. In Seminario Regio Nobilium Valentino Rhetoricam profitebatur, dum cum reliquis sociis solum exilio vertere fuit coactus. Scholares nostros exules Ferrariae Philosophiam cum plausu docuit. Aditu in Hispaniam benignitate Caroli IV. exulibus aperto Lassala Valentiae se restituit; ibique pie, sanctaeque obiit 22 Martii 1806. Opera = *Oratio de syllogismo in pristinam dignitatem restituto* = *Altera de summo bono morali assequendo*. Hae duae orationes jussu, et impensis Academiae Valentinae editae fuerunt typis Benedicti de Monfort ante exilium Hispanicum = Tragaediae carmine hispanico una inscripta *Joseph*; altera *Don Sancho de Abarca*, eodem loco typis, et tempore quae in publico Theatro fuit acta. = *Ad Eminentissimum Principem Ignatium Boncompagnium Ludovisium ... dum Bononiensem Legationem adiret. Carmina*. Bononiae 1778 ex typographeo S. Thomae Aquinatis in 4 = *Ad Cl. Virum Eustachium Zannottum Bononiensis Scientiarum Instituti Praesidem perpetuum Carmina*: ibidem = *Ifigenia in Aulide*: ibidem 1779 quam Eques Valentinus Palavisino hispanice reddidit, ac sumpto nomine Juliani Cano, et Pau edidit Valentiae 1781 typis Josephi, et Thomae de Orga = *Fabulae Lokmani Sapientis ex Arabico sermone latinis versibus interpretatae*. Bononiae 1780, quas hispanice convertit Michael Garcia Asensio, et edidit Matriti 1784 typis Placidi Barca Lopez = *Rhenus. Poema*. Bononiae 1781 in 8 = *De serificio Coorum Bononiensium ad Pium VI. P. O. M. libellus singularis*: ibid. per Laelium a Volpe 1782. fol. = *Ormisinda. Tragedia con alcune scene liriche*: ibid. 1783; quam Hispanicam fecit Eusebius de Cañas, de quo suo loco = *Lucia Miranda. Tragedia*: ibid. 1784 = *Vincentio Ranutio Cardinali amplissimo, Anconae Episcopo exacta Legatione apud Lusitaniae Reginam in Italiam redeunti Carmen*: ibid. ex typ. S. Thomae Aquinatis 1786 = *C. Secrani L. Filii Sermones*: ibid. 1787; quos ab eodem Lassala italice redditos simul cum latinis ibidem edidit an. 1890: Totus est contra ineptos nostrae aetatis Philosophos = *Giovanni Blancas Tragedia*: ibid. 1793 = *Sancio Garcia*: ibid. 1793 = *Parabolae Sacrae latinis versibus illustratae*. Valentiae typis Josephi Estevan 1800: quibus adjunctum est *Raphael: Carmen desumptum ex libro Tobiae latinis versibus illustratur*, quod dicat Matri suae Agneti S. Germaniae Lassalae, foeminae piissimae quae 90 aetatis annos superabat = *Margarita. Carmen*, quo egregie canit mirabilem D. Margaritae Cortonensis ad sanctiorem frugem conversionem. Valentiae typ. Thomae de Orga 1800 in 4 = *La Llegada a Valen-*

cia de la prodigiosa imagen del SS. Cristo de S. Salvador: ibidem per Viduam Augustini Laborda 1803 in 4. Poemation est pium et elegans, quo celebrat adventum in Valentiam simulacri Crucifixi mirandis operibus maxime celebrati; In ejus fine extat nomen Auctoris siglis M. L. (Manuel Lassala) expressum. Aliquot Lassalae poematia leguntur in Actis Academiae Romanae Aborigenum et in opere inscripto *Raccolta Ferrarese d'opuscoli scientifici etc.* et aliis collectionibus. Manuscripta. = *Jephte Tragedia* sermone hispano. = *Roberto Tragedia*, italico = *Il Filosofo moderno Comedia*, italico = *Minerva placata*; poemation dramaticum, ital. = *Perlina*: poemation ital. 4 canticis constans de incisa vena cujusdam venustissimae canis = *Duello* poetico per la morte d'un Canario = *Narratio* peregrinationis in Ferrariam: ital. = *Cavagnola*: poemation de ludo ita appellato, ital. = *Canzioniere di Emilia* = *Agostino*, scena lirica = *Oratio de studio Matheseos*, latine = *Oratio de studio linguarum Orientalium*, *latine* = *Oratio in laudem Ludovici Vives*, latine. Plura etiam reliquit poematia italica, hispanica, latina, graeca etc. Lassalae meminerunt cum laude Ephemerides Romanae litterariae: Memoriae Encyclopedicae Bononienses: Memoriale litterarium Matritense mens. Apr. an. 1788, et Joannes Sampere in sua Bibliotheca.

Lazeri (non Lazzeri, neque Lazzari, ut scribunt aliquot Catalogi Prov. Romanae) Petrus prope Senarum Urbem n. 16 Oct. 1710, Soc. ac. in Prov. Romana 31 Oct. 1727 v. 4 n. 2 Feb. 1745 Vir fuit Lazerius litteris latinis, graecis, et hebraicis mirifice excultus, et Matheseos haud mediocriter peritus teste, et judice perquam idoneo Cl. Rogerio Josepho Boscovichio qui in dissertatione de *Cometis*, illum praedicat, *cum in caeteris Mathematicis disciplinis, tum in Astronomia quoque versatissimum*. Sed major Lazerii laus ponenda est in antiquitate praesertim sacra penitus cognoscenda; eoque nomine carissimus fuit Benedicto XIV, qui eum creavit Examinatorem Episcoporum, Consultorem Indicis, Correctorem librorum Orientalium, et Theologum constitutum emendationibus Indicis librorum prohibitorum. Acceptissimus quoque fuit Clementi XIII, qui cum Sacra Cardinalium purpura decorare anno 1766 constituerat: sed temporum perversitas optimi Pontificis propositum praecisit. Pluribus annis praefuit Bibliothecae Collegii Romani, et in eo Historiam Ecclesiasticam 30 quoque annis docuit. Societatis extinctione fortiter tolerata exceptus fuit humanissime a Cardinali Zelada, qui suum Palatium habitationem esse voluit Lazerio, ut ejusdem doctissimis colloquiis frueretur. Ibi mense Martio an. 1789 pie sancteque uti vixerat, obiit. Opera = *De vita, et Scriptis Petri Joannis Perpiniani Diatriba*. Romae 1749 typis Nicolai, et Marci Palearini in 12. Editioni operum Perpiniani tum editorum, tum in scriniis latentium quam Lazerius tribus tomis absolvit eodem anno, et iisdem typis, et quam Emmanuel Azevedo eleganti epistola dicat Mariae Barbarae Hispaniarum Reginae, voluit idem praecurrere hanc Diatribam, quam doctissimus Dominicus Vincentius Maria Bertucci Ord. Praed. S. Theologiae Professor in sua approbatione praedicat *cum erudirione multiplici, tum orationis nitore, atque verborum delectu, elegantissime et ornatissime scriptam*. Eruditissimus etiam Benedictus Stay, in sententia, quam tulit de Diatriba, ait in ea *ita omnia summa elegantia, acerrimo judicio, omnigena eruditione, et doctrina pertractata ut litteratos homines ... juvare mirifice possit, et delectare. Hoc itaque esto judicium meum ab his tanti viri edendis laboribus magnam Reip. Litterariae accessionem factum iri*. = *Della consecrazione del Panteon fatta da Bonifacio IV.* Romae typis Palearinis 1749 in 8; dicatur opus Benedicto XIV. cui deinceps appendicem adjecit, ut a nonnullis objecta expediret. = *Theses selectae ex Hi-*

storia Ecclesiastica de persecutionibus in Ecclesiam excitatis aevo Apostolico: ibid. 1749 in 4: ex Zaccaria *Storia letteraria d'Italia*, tomo II. = *Avviso al publico sopra una lettera postuma che va sotto nome del Padre Egidio Maria Giuli della Comp. di G.* in 4, sine loco, quem Romam reor. Monitum hoc subscribit Lazerius ex Colleg. Romano die 25 Aug. 1750. Nescio quis ineptus commentitiam vulgaverat epistolam, quam dicebat scriptam fuisse ab Aegidio reprehendente rationem studia tractandi in Collegio Romano, et maximam hujus errati in docendo partem Superioribus Societatis adscribente. Egregie a Lazerio haec calumnia depellitur = *Theses selectae ex historia Ecclesiastica seculi V.* Romae 1751 = *Miscellaneorum ex M SS. libris Bibliothecae Collegii Romani*. Tomus primus Romae 1754 in 8 apud Palearinios, et dicatur Benedicto XIV. Tomus alter ibidem, sed 1757, et dicatur Cardinali Archinto. Lazerii sunt praefationes, et notationes oppido eruditae = *De arte critica, et generalibus ejus regulis ad Historiam Ecclesiasticam, relatis*. Romae 1754 in 4: ex Zaccaria *Storia letteraria*: tom. X. = *De notis Chronologicis anni mortis, et nativitatis Domini N. J. C. Dissertationes duae*, quae nomine Marii Lupi Canonici Bergomensis tamquam earum Auctoris editae fuerunt permittente Lazerio Lupi Magistro: ex Zaccaria *Storia letteraria d'Italia*, qui monet Lupum dissertationes suis ineptissimis mutationibus corrupisse. Videatur tomus II. Zaccariae Mario Lupi respondentis = *Lettera a Mon. Michel Angiolo Giacomelli sulla Tragedia d'Eschilo intitolata* Prometeo legato: extat in opere inscripto *Giornale de' letterati di Roma*: an. 1754. = *De antiquis formulis Fidei, earumque usu. Exercitatio habita in Coll. Romano*. Romae typis Generosi 1756; extat etiam in tomo VI. *Thesauri Theologici* edito Venetiis 1762 = *De Conciliis Romanis prioribus quatuor Ecclesiae seculis; Dissertatio quam habuit Comes Trajanus Gaddi in Seminario Romano*. Romae 1755 per Antonium de Rubeis in 4. = *Catalogi duo antiquissimi Pontificum Roman. quos ad Pontificiam historiam primorum quatuor seculorum explicandam exhibent PP. Soc. Jesu in Collegio Rom. ... cum animadversionibus*. Romae 1755 typis Generosi. = *De haeresi Berylli disquisitio habita ab Antonio Bandelli etc.* Ibidem omnino = *De haeresi Albigensium exercitatio habita ab Aloysio Brenna*. Romae 1756. = *Ragionamento dell'antichità dei Vescovi di Civita Castellana sopra quelli di Orti*. (Episcopi Fescennii sunt Hortanis antiquiores) Romae typis Generosi 1759 in 4 = *De vera, et falsa tradizione historica etc.* Romae 1755. = *Pontificum Romanorum Epistolae* 30 *etc.* Romae 1758 = *De liminibus Apostolorum disquisitio historica etc.* Romae 1775 in 4 typis Generosi = *Commentaria S. Brunonis Astensis*, quae Cardinalis Xaverius Zelada e Bibliotheca Collegii Rom. S. J. deprompta, edenda curavit Romae typis Palearinis 1775: et Lazerius praefatione, et crebris notationibus adornavit = *De haeresi Marcionistarum*. Romae 1775 = *De falsa veterum Christianorum Rituum a ritibus Ethnicorum origine*. Romae 1777. Reliquit m ss. Historiam Ecclesiasticam ab Ecclesiae exordio usque ad nostram aetatem plurimis dissertationibus instructam. Hanc Joachimus Puccinelli typographus Romanus meditatus est in vulgus efferre in 12 tomos distribuendam, ut ipse asseruit monito suo edito die 15 Nov. 1791. Sed quae pollicitus est, exitu non praestitit. Eruditissimus Aloysius Armellini, Bibliothecae Vaticanae dum esset Scriptor mihi legendum praebuit indicem manuscriptorum Lazerii, quae in Vaticanam post ejus obitum importata fuerunt. Plurima profecto sunt; sed quae minime puto scripta fuisse omnia a Lazerio, sed ad alios multa pertinere, ut ex ipso indice liquet: exg. Epistolam Abbatis Scingliaga ad Lazerium: Epistolas optimae latinitatis Auctorum ad ultimas aetates pertinentium: Apologum Joannis Bap. Roberti sua ma.

no scriptum ad Boscovichium: Aliquot M SS. Mathematica Boscovichii sua manu: Epigrammata Italica certis Auctoribus: Epistolam graecam Dominici Maggiori ad Lazerium: Cenni de Diptychis, de Investitura Statuum Pontificiorum, et de vita, et scriptis Pauli Sarpi: Epistolam latinam Antonii Fernandez ad Lazerium: Carmina Ludovici Compagni missa ad Urbanum VIII: et nonnulla alia. Quae reor ex Lazerii fundo esse sunt haec: De antiqua apud Judaeos ratione, ac disciplina diem Paschalem determinandi: Commercium litterarium inter Lazerium et Fridericum Altan de Calendariis: De custodia Eucharistiae: de nominibus Angelorum: Animadversiones in collationem utrinsque liturgiae Chaldeae: Loca praecipua explicatu difficilia in SS. Litteris: de vita M. A. Mureti Commentarium: de Judaicis rebus, et de J. C. D. N. Concordia Historiae Sacrae cum Civili: de haeresi Pelagiana, et Semipelagiana: de uno ex Trinitate passo: notizie sulla vita di Habert, e di Genet Teologi Morali: de religioso in Urbem Theodori Secundi Ducis Bavariae adventu. Dissertatio. Alia quae in indice Armelliniano laudantur non omnino respuo; sed investiganda commendo hos meos labores persecuturo, et correcturo.

Lecchi Joannes Antonius nobili familia Mediolani n. 17 Nov. 1702, Soc. ac. in Provincia Mediolanensi 20 Octob. 1718 v. 4 n. 15 Aug. 1736 Fere Juvenis a Senatu Mediolanensi destinatus fuit, ut in Academia Ticinensi Mathematicas edoceret: Tanta harum disciplinarum laude florebat. Augusta Maria Theresia Viennam Lecchium vocavit, et honestissimo decreto Mathematicum, et Idraulicum Caesareum renuntiavit censu annuo, (ampliorem renuente Lecchio) 300 florenorum. Clemens etiam 13 eum praefecit alluvionibus impediendis fluminum trium Legationum; qua postea Praefectura, ne cum invidis dimicaret, se ultro abdicavit Clemente XIV. Pontifice, sed non sine maxima ejusdem laude; quippe Pontifex, et ab eodem viri destinati his rebus providendis statuerunt Lecchii rationem, et regulas sequendas; litterasque idem accepit honorificentissimas ab Alexandro Cardinali Albani an. 1772 quas vulgarunt Ephemerides Florentinae (Gazzetta) politicae et dictum Giornal. volum. 11. Austriacus Ferdinandus Mediolanensium Gubernator, et Franciscus III. Mutinae Dux Lecchium maximi habuerunt, illumque in viis militaribus reparandis, alluvionibus coercendis, et Meandris aperiendis occuparunt. Extinctae Societatis fato patientissime tolerato se domum recepit, studiis, virtutibusque alacriter intentus usq. ad religiosum obitum, qui contigit 24 Aug. (Alicubi legi 25 Julii) 1776. Scripta = *Theoria lucis, opticam, perspectivam, Dioptricam complectens*. Mediolani 1739 = *Elementa trigonometriae theorico-practicae, planae, et sphaericae*. Ibid. 1756. = *De Sectionibus Conicis*. Ibid. 1758 = *Idrostatica esaminata ne' suoi principii* ibid. 1765 in 4 = *Relazione della visita alle terre danneggiate dall'acque di Bologna etc.* (Lustratio terrenorum ab aquis Bononiensibus laesorum) Romae 1764 in 4 = *Memorie idrostatiche, istoriche*. Mutinae 1773 vol. 2 in 4 = *Trattato de canali navigabili* (De maeandris navigandis) Mediolani 1776 in 4 = *Arithmetica universalis Isaaci Neutoni sive de compositione et resolutione Arithmeticae perpetuis commentariis illustrata, et aucta*: tomi II. Mediolani 1752 = *Elementa geometriae theoricae ac practicae*. Mediolani 1753 = *Avvertenze contraposte alla Storia del Probabilismo*. Einsidleni (fortasse pro Venetiis) 1744 tacito auctoris nomine. Cl. Danielem Concinam oppugnat. Collector Gallicus Lecchio tribuit = *Descriptio apparatus, quem in funere Caroli VI. Imper. instituendum curavit Regium Canonicorum a Scala Collegium. Accedit laudatio funebris habita in Universitate Braydensi*. Mediolani per Franc. Agnelli 1741 in fol.

Llampillas Xaverius, Gotholaunus no-

bili genere n. in Urbe Mataro. 1 Decemb. 1731 Soc. ac. in Provin. Aragoniae 8 Junii 1747; v. 4 n. 2 Feb. 1765. Rhetorica, ac Philosophia in Hispania traditis, Ferrariae Juvenes nostros Theologiam docuit magna utrobique ingenii, et eruditionis fama. Obiit Sexti haud procul a Genua 20 Aug. 1810. Ediderat in Hispania = Collectionem poematum in adventu Caroli III. = Epithalamion in nuptiis Asturum Principis, postea Regis Caroli IV et Mariae Aloysiae Parmensis = Orationem funebrem latinam in Exequiis Doctoris Michaelis Viladomar = *Saggia Apologetico della Letteratura Spagnuola*. Genuae 1778. Vol. 6 in 8. Summo rationum, auctoritatum que pondere luculenter defendit Hispanos, de quorum eruditione videbatur Tiraboschius parum aeque sentire in Historia eruditissima *litteraturae Italicae*. Xaverii opus redditum fuit hispanice ab eruditissima, et nobilissima foemina Josepha Amat, et Borbon, atque editum Caesaraugustae VI tomis in 4 an. 1782 ad 1784, et ab eadem interprete dicatum Mariae Aloysiae Borboniae, tunc Asturum Principi = Cl. Tiraboschio neutiquam acquiescenti duo responsa subinde dedit titulo *Risposta a Girolamo Tiraboschi etc.* Genuae 1778 in 12; quae etiam Romae recusa fuerunt: et ita sedata est controversia inter hos duos praeclarissimos Scriptores = *Lettera del Abbate N. N.* (ita latere voluit Llampillas) *a Sua Eccellenza il Sig. Marchese N. N. intorno il libro del Sig. Canonico Luigi Litta sopra il diritto di stabilire impedimenti*. In Italia et prostat Genuae apud Felicem Repetto 1784. Jura Ecclesiae in impedimendis statuendis egregie tuetur adversus Littam nimis ea debilitantem.

Ludenna (hispanice Ludeña) in oppido Almusafes Dioecesis Valentinae n. 23 Dec. 1740, Soc. ac. in Prov. Aragoniae 6 Junii 1758. Cum multum in Italia laboris et operae in disciplinis Philosophicis, ac Mathematicis Ludenna posuisset, easdem in Academia Camertina ditionis Pontificiae cum laude tradidit. Opera = *De vera, et necessaria motus accelerati theoria liber singularis*. Camerini per Vincentium Gori 1781 in 8 = *Prospectus Philosophiae universae*: ibid. 1783 = *Osservazioni di un professore nella Università di Camerino sopra le riflessioni dell'anonimo esposte nei numeri 22, et 27 del giornale letterario dei Confini d'Italia*. Extat in eodem Diario an. 1783 num. 38 = *Altre osservazioni contro altre riflessioni del medesimo etc.* ibid. num. 40 = *Riflessioni di un Professore di Matematica nell'Università di Camerino sulla lettera del Sig. Petronio Maria Caldani diretta al P. Jacquier* ibid. num. 43 = *Osservazioni del Professore di Matematica nell' Università di Camerino alla risposta datagli dal Sig. Anonimo seguace della dottrina del Sig. Arciprete Nicolai*: ibid. anno 1784 num. 3 = *Riflessioni del Professore di Camerino alla risposta datagli dal Sig. Anonimo seguace della dottrina del Sig. Arciprete Nicolai* ibid. num. 13 = *Riflessioni del professore di Camerino sull' articolo del Viaggiatore Napoletano etc.* ibid. num. 20 = *Riflessioni del professore di Matematica nell' Università di Camerino etc.* extant in *Anthologia Romana* anni 1784 num. 51; et iterum in eadem Anthologia cum annotationibus Ludennam oppugnantibus, quibus cum responsum noster dedisset, Cl. Anthologiae Auctor illud silentio pressit = *Dissertatione del Sig. Ab. Antonio Ludenna ... incoronata dalla R. Accademia di Mantova nel concorso del 1786, stampata in Mantova nel* 1788 per haeredes Alberti Pazzoni. Haec una ex multis aliorum Competitorum dissertationibus unice praemio donata fuit ab Academia Mantuana quae Ludeñam sibi socium adscivit. = *Geometriae, et Algebrae elementa: partes duae*. Camerini 1791 in 4. typ. Vincentii Gori = *Universae Philosophiae elementa*: tomis IV. in 4. ibidem 1793, 94, et 95. = *Due opuscoli matematici*. Venetiis apud Jacobum Storti 1793 in 4. Agit de viribus vivis et mortuis, et de

maris aestu quem fluxum, et refluxum dicunt = *Dissertazione ... sul quesito filosofico ... cioè in quali materie, dentro a quali circostanze, e sino a qual segno il giudizio del publico si abbia a tenere per un criterio di verità*. Camerini typis Vincentii Gori 1797 in 8. Regia Academia Mantuana quaesitum solvendum eruditis exhibuerat istud: quando, quibus locis et circa quas res, judicium, sive auctoritas publica esset habenda, tamquam veritatis criterium; quod quaesitum hac dissertatione nititur noster solvere.

Luino Franciscus Lugani n. 22 Martii 1740, Soc. ac. in Prov. Mediolanensi 3 Maii 1757. Professor fuit Mathematicae in collegio Braydensi Mediolani. Deinceps ab Aula Imperiali Viennensi designatus fuit ut in Scholis Palatinis Mediolanensibus Adolescentes Architecturam militarem edoceret, quo munere fungebatur anno 1772; ibique piissime obiit 7 Nov. 1792. Opera = *Delle progressioni, e serie*. Mediolani 1767 in 4 = *Lezioni di Matematica elementare*. Mediolani apud Josephum Galeazzi 1772 in 8: tribus voluminibus complectentibus Arithmeticam, geometriam ac Sectiones Conicas. Pollicebatur quam illico typo vulgandum opus *Scienza pratica del Ingegnere geodeta*.

Luna Januarius Sanchez de, nobilissima inter Proceres Neapolitanos familia n. Neapoli 6 Jul. 1725, Soc. ac. in Prov. Neap. 9 Jan. 1739 v. 4 n. 9 Aug. 1758. In Collegio Maximo Neapol. post traditam Rhetoricam, ac linguam graecam, Philosophiam docuit. Romae obiit 23 Jun. 1794. Scripta = *Assertiones Logicae, ac Metaphysicae cum uberioribus explicationibus*. *Pars prima* Neapoli 1765 in 8: typ. Josephi Raimundi. Nondum vidi partem alteram fortasse, incurrente exilio Jesuitico, numquam editam = *Graecae linguae institutiones*. Neapoli per Benedictum Gessari 1751 in 8. Magno sunt in pretio maxime quoad syntaxim. = *La verità difesa col disvelarsi etc.* sumpto nomine Cratillidis Calliado eidem imposito ab Academia *Piscatorum*. Florentiae (pro Venetiis) 1761 in 8 et impensis Antonii Zatta. Praecessit alia editio anonyma in fol. Societatis J. defensionem praeclare suscipit adversus calumnias auctoris libri inscripti *Riflessioni sul memoriale presentato dal Generale de' Gesuiti al Papa* = *Catullus Tibullus, et Propertius* repurgati, et illustrati. Neapoli 1757 = *Risposta alla censura fatta alle canzonette marinesche per le festività di Maria SS. del P. Girolamo Torniello*. Cosmopoli (Neapoli) tacito Lunae nomine. Lunae attribuuntur etiam collecta de causa Palafoxiana: inscripta *Sacra rituum congregatione Eño et Rño D. Cardinali Nigronio Ponente Oxomen. beatificationis, et Canonizationis V. Servi Dei Joannis de Pal. et Mendoza, Episcopi prius Angelopolitani, postea Oxomensis*. *Novum Summarium objectionale super dubio etc.* Romae 1788 fol. typis R. C. A. tomis VIII: qui duas partes constituunt. Non omnia Lunae sunt; sed etiam aliorum quae ipse collegit; tomus vero I. et II. primae partis fere toti sunt nostri.

M

Maceda Michael Josephus Pampelone n. 22 Jul. 1744, Soc. ac. in Prov. Castellana 9 Jun. 1764. Obiit in domo Professorum Soc. J. Romana 29 Mar. 1805. Dum Bononiam incoleret simul cum aliis Sodalibus Castellanis ad historiam Ecclesiasticam maxime Hispanicam conscribendam multam operam contulit. Opera = *Hosius vere hosius, hoc est Hosius vere innocens, vere sanctus*. *Dissertationes duae*. Bononiae typ. Laelii a Volpe 1790 in 4; quas dicat Illustrissimo Viro Antonio Caballero, et Gongora Archiepiscopo, Episcopo Cordubensi. Hispania, Ecclesiaque Universa optimis ominibus prosequebantur Auctorem defensionis Hosianae, qua praestantissimum inter Patres Ecclesiae virum erudite et nervose purgat ab Arrianismi crimine = *De celeri propagatione Evangelii in universo mundo*. *Libri* 3. *Accedit*

Commentarius Bollandianus de S. Firmino Ep. et M. cum Dissertatione ejusdem Auctoris de Episcopatu Pampelonensi hujus Sancti. Bononiae 1798: ex typog. S. Thomae Aquin. = *Actas sinceras nuevamente descubiertas de los Santos Saturnino, Honesto, y Fermin apostoles de la antigua Vasconia (hoy Navarra, y su comarca)*. Matriti ex typog. Regia 1798. Est interpretatio hispanica primae partis operis latini *De celeri propagatione etc.*

Mai Angelus ex Dioecesi Bergomensi, Soc. ac. Colurni. Neapoli litteras humaniorres tradidit; et hoc anno 1814 Mediolani degit Bibliothecae Ambrosianae a linguis Orientalibus. Edidit = *Isocratis Oratio de permutatione, cujus pars ingens primum graece edita ab Andrea Mustoxido, nunc primum latine exhibetur ab Anonymo Interprete, qui et notas et Appendices adjunxit*. Mediolani typis Joan. Pirottae, 1813 in 8. In praefatione oppido eleganti nos docet Anonymus (Majus) partem hujus Orationis tam graece, quam latine jam antea fuisse editam, ampliori vero parte in abditis bibliothecarum scriniis latente, donec Juvenis Corcyraeus perquam eruditus Andreas Mustoxidus Joniarum Insularum Historiographus eam summa industria detexit, et e tenebris in lucem vocavit typis Mediolanensibus an. 1812 simul cum parte jam cognita summo cum plausu Eruditorum. Hanc ergo partem recens detectam Noster perspicua latinitate donavit notisque subjectis illustravit, et appendiculas adjecit eruditas simul cum interpretatione latinae partis jam cognitae, et editae Athanasii Augeri = *De editione Fragmentorum antiquissimorum iliadis Homeri cum picturis nuncius prodromus*. Mediolani typ. Joannis Pirottae. Uno fol. grandi. Nunciat Angelus Eruditis se haec pretiosissima Fragmenta cujus antiquitatem ad IV, aut V. a Christo nato seculum refert, quam diligentissime editurum. Rationem, quam tenere cogitat, hujus operis edendi, ipsius Angeli disertissimis verbis expono. „ In „ Prolegomenis quidem de Picturarum „ antiquitate, praestantia, atque utilita- „ te, necnon de Fragmentis carminum „ pretiosissimis disseram : tum etiam „ de reliquis Ambrosianae Bibliothecae „ homericis manuscriptis accurate dicam, „ Sequentur LVIII. Picturae cum suis „ singulae declarationibus : tum carmi- „ num Fragmenta totidem, quorum u- „ num aere expressum, Autographi spe- „ cimen erit, reliqua grandibus litteris „ edita, splendidam Codicis calligra- „ phiam, quoad licebit, imitabuntur : „ criticas autem unicuique fere Fragmen- „ to notas adtexam. Tum denique in „ operis calceo plurium Codicum home- „ ricorum selectas lectiones, et inedita „ scholia, et paraphrasium, atque hu- „ jusmodi veterum illustrationum saltem „ excerpta, ad Principis Poetarum or- „ natum criticaeque incrementum collo- „ cabo. „ Doctissimum urgemus Auctorem, ut nulla interposita mora, hoc eximio ac fere divino dono Rempublicam Litteratorum locupletare festinet, quo litteris, sibi, et copiosissimae Bibliothecae Ambrosianae honorem amplissimum creabit. = *M. Tul. Ciceronis trium Orationum pro Scauro, pro Tullio, pro Flacco partes ineditas cum antiquo Scholiaste item inedito ad orationem pro Scauro invenit, notis illustravit Angelus Majus*. Mediolani typis Joan. Pirottae 1814 in 8. Nulla sibi ferias indulgens Auctor postea quam oculum adjecit Graeciae Homericos Thesauros effossurus, oculum quoque adjiciens Latio Ciceronianos thesauros effodit diutissime latentes in (Lectorum venia) biblofodina Mediolanensi Ambrosiana; quos etiam pretiosiores reddit elegantissimis dicatione Jacobo Comiti Mellerio litterarum, et artium fautori, et dissertatione de horum fragmentorum inventione, quae etiam plurimis eruditis adnotationibus illustravit. Quisnam nisi omnino expers Latii ac Graeciae litterarum non praeclaram, ac debitam gratiam diligentissimo, et eruditissimo Inventori referat?

Mayer Christianus Mederizii in Moravia n. 20 Aug. 1719, Societ. quam pedes,

ut-alter Kostka, e domo aufugiens quaesivit, se tradidit in Prov. ad Rhenum Superiorem 26 Sep. 1745. In Mathematicis disciplinis, quas in Heidelbergensi Collegio simul cum Physica experimentali docebat anno 1776, vir summus: sed maxime in parte astronomica ab Academiis omnibus Europae plurimi habitus, et ab ipsis in sociorum Collegium cooptatus; a Principibus que summis exornatus honoribus. Impensis Electoris Palatini Lutetiam invisit, sibique astronomos Parisienses amicos conciliavit, et celeberrimo Cassinio comes datus fuit in peregrinatione astronomica per Germaniam: cujus errata etiam adprobante vel ipsa Academia Parisiensi circa Basin Palatinam feliciter correxit. Speculam astronomicam Manhemii perfecit. Petropolim adiit a Catharina Augusta vere Maxima invitatus transitum Veneris perdiscum Solis observaturus: ibique commorabatur an. 1770, ut scribit Franciscus Huberti ad Josephum Stepling. Palatinus idem Mayerum Palatinae Aulae Astronomum renuntiavit, et in rebus Ecclesiasticis Palatinum Consiliarium sibi voluit. Obiit Manhemii multis Christianae pietatis exibitis argumentis, et in suam Societatem, cujus extinctionem semper deflevit, filialis amoris an. 1783. Opera = *Pantometrum Pacechianum, seu instrumentum novum, pro elicienda ex una statione distantia loci inaccessa, anno 1762 inventum, calculis, ac observationibus examini subjectum etc.* Manhemii typ. Academicis 1767 in 4. Auctor hujus instrumenti fuit Comes Raphael Paceco de Uceda, Hispanus genere, vir militaris Ordinis, ac dignitatis sub signis caesareis. Elector Palatinus illud a Paceco coemit mille fere florenis: et Mayer cujus sunt tum *calculi*, tum *observationes*, et *examen*, illud veluti omnium hujusmodi generis praestantissimum probavit. Ex Actis Lipsiensibus 1768. = *Ad Augustissimam Russiarum omnium Imperatricem Catharinam II. Alexiewnam expositio de transitu Veneris ante discum Solis die* 23 *Maii* 1769. Petropoli typis Academiae Scientiarum 1769 in 4; quam dicat ipsi Augustae, cujus jussu Russiace conversa edita quoque fuit. Pagina 84 hujus Expositionis scribit Auctor se anno 1767 simul cum Boscovichio in Americam transmissurum sumptibus Societatis Regiae Anglicanae, eumdem Veneris transitum speculaturum. Eamdem navigationem erat noster suscepturus urgente maxime omnium Cl. Astronomo Delalandio, impensis, et instrumentis Electoris Palatini. Sed utraque expeditio optato successu cecidit. Mayeri opera. = *Observationes astronomicae annorum* 8; = *Charta geographica per tractum Rhenanum Moguntia Basileam usque*. Noster simul cum Joanne Metzger (de quo in loco) plures incognitas prioribus Astronomis exiguas stellas reperit, quas *stellulas stellarum comites* appellavit quod inventum publici juris fecit scripto, opinor, germanico *De novis in coelo sydereo phaenomenis*. Laudatur a Feller *Journal* tomo 150, qui mentionem jam fecerat in tomo 148: sed non multum probat hanc Mayeri dissertationem, quam Auctor legit in Academia Electorali Manhemii 18 Octobris 1777. Idem Mayerus contra suis observationibus de stellulis fidem negantes illas defendit opusculo inscripto *Grundliche Vertheidigung never beobachteter Fixterne-Trabanten etc.* (Defensio solida novarum observationum factarum circa satellites stellarum qui reperti sunt in observatorio Manhemii) Manhemii typis Aulicis, et Academicis 1778 in 8. Ex Fellero *Journal* to. 152: et ex Auctore *Journal des Savans*: mense Febr. 1779 Scripsit etiam de *Basi Palatina* = Novam etiam rationem invenit chartas geographicas conficiendi, teste Francisco Huberti in litteris ad Steplingium. Plures alii Mayeri exquisiti labores interciderunt incendio ferali devorati. Vide Christophori Gottlieb von Murr 12 tomum sive partem (Zwolfter theil) suoi eruditissimi Diarii, et ejusdem 28 epistolas editas an. 1774

Mako Paulus Ungarus, in oppido Jasz-Apath n. 9 Junii (non Julii ut prave nonnemo scribit) 1723, Soc. ac. in

Prov. Austriae 21 Oct. 1741 v. 4 n. 2 Feb. 1759. Pluribus annis Philosophiam Experimentalem, ac Mathesim docuit usque ad S. J. extinctionem in Collegio Theresiano Viennensi: in quibus disciplinis perspicue, distribute, et eleganter tractandis magnam sibi gloriam comparavit: neque a perpulcris carminibus fundendis minus gloriae eidem accessit. Extincta Societate renuntiatus fuit Abbas et Canonicus Vaciensis, Assessorque Universitatis Regiae Budensis. Erat in vivis an. 1784. Opera = *Elegiacus liber unicus*. Tyrnaviae 1752; et 1764 *titulo Carminum libri tres*; tertio cum additamentis Basileae sumptu Emmanuelis Thurneisen 1783. Paulus in hac editione Basileensi vocatur Mako von Kerek-Gede = *Compendiaria Logicae institutio*. Editio tertia Veneta juxta quartam Viennensem ab Auctore emendatam. Venetiis 1796 in 12 apud Laurentium Basilium (Basseggio) = *Compendiaria Metaphysicae institutio*: Editio tertia Veneta 1797. Venetiis apud Laurent. Basilium = *Compendiaria Physicae institutio*: part. duabus ibidem sed anno 1786 = *Compendiaria Matheseos institutio*. Editio tertia Veneta juxta quartam Viennensem ab Auctore emendata: Venetiis 1796 apud Laur. Basil. Ex dictis replicatis editionibus liquet quanti habitae fuerint Pauli institutiones, quin opus sit illas singillatim appellare = *Oratio de translata Budam Academia Pragensi*; quam laudat Stephanus Katona in parte secunda *Historiae pragmaticae*, et ait editam fuisse an. 1779. = *Compendio di Logica ad uso degli studenti di Filosofia*. Venetiis 1792. Me latet interpres Italus Logicae latinae Maki = *Dissertatio de figura telluris*. Olomucii 1767 in 4 = *Calculi differentialis, et integralis institutio*. Vien. 1768 in 4 = *De arithmeticis et geometricis aequationum resolutionibus*. libri 2 ibid. 1770 in 4. = *Physikalische Abhandlung von den Eigenschaften des Donners, und den Mitteln wider des Einschlagen, aus dem Lateinischen ubersezt vom Retzer*. Viennae 1772. Est interpretatio germanica auctore Josepho Retzer dissertationis latinae Pauli de fulmine, et illo cavendo.

Manhart Fr. Xaverius ex Provinciae Germaniae Superioris in cujus Oenipontano Collegio degebat 1773 et in quo Theologiae fuerat antea publicus Professor. Opera. = *Dissertationes Theologicae de indole, ortu, ac progressu, et fontibus Sacrae doctrinae*. Viennae Austriae ex typograph. Trattneriana anno, ut videtur 1750 in 4 = *Ingenua indoles scientiae mediae, probabilismi, ac gratiae efficacis*. Augustae Vindel. sumptu Matthaei Rieger 1759 in 8. Falsae Gundisalvi Kaltenhauser criminationes opportunum Manharto locum praebuerunt eruditum hoc opusculum edendi = *Bibliatheca domestica bonarum artium, ac eruditionis etc.* ibid. 1762 in 8: tomis XII., ubi scientias omne decurrit magna styli amoenitate, et summa eruditionis copia. = *Idea magni Dei adversus Atheismum hujus aevi*. Augustae Vindelic. 1765 in 8.

Marquez Petrus Josephus (quod Josephus nomen aliquando tacetur) Hispanus Mexicanus in oppido Rincon de Leon n. 22 Feb. 1741, Soc. ac. in Prov. Mexicana 4 Martii 1761. In otio Italico praeter alias disciplinas summopere excoluit architectandi artem, in eaque nobile sibi nomen peperit apud principes machinatores, et ab Academiis pulcrarum Artium Matritensi, Florentina, ac Bononiensi renuntiatus est Socius. Romae degit hoc an. 1814 jam pridem multa mihi amicitia conjunctus. Opera = *Tavole nella quale si mostra il punta del mezzo giorno, e della mezza notte, del nascere, e tramantare del Sole secondo il Meridiana di Roma per regalare orologj all' Italiana ed alla Francesa pubblicate dall' Abbate D. P. G. M.* (Tabulae quarum ope neutiquam aberrabunt horologia Italica, et Gallica). Romae typis Salomoni 1790 in 4. Silentes litterae D. P. G. M. tegunt *Don Pietro Giuseppe Marquez* = *Delle Ville di Plinio il Giovane ... con un' appendice sugli atrii della Sacra Scrittura e gli scamilli impari di Vitruvio* (De villis Plinianis etc.):

ibid. 1796 in 8 = *Sobre lo bello en general*. *Discurso* (De pulcro in genere) Valentiae ex officina Diarii 1801 in 4. = *Dell' ordine Dorico ricerche* (Investigationes de ordine Dorico). Romae per Salomoni 1803 in 8; quas dicat Auctor Regiae Academiae Caesaraugustanae Bonarum Artium. In appendice non minus erudite, quam robuste veritatem defendit inscriptionis Puteolanae ad aedem Serapidis, quam veluti adulterinam Cl. Marchio Maffei convellere nisus fuerat = *Saggio dell' astronomia*, *cronologia*, *emitologia degli antichi Messicani*, (Specimen astronomiae etc.) Romae typ. Salomoni 1804. Est versio operis hispanici auctore eruditissimo Viro Antonio Leon, et Gama. Interpres adjunxit eruditas notationes, et appendicem = *Due antichi monumenti di architettura Messicana* (Duo veteris architecturae Mexicanae monumenta): ibid. omnino = *Esercitazioni architettoniche sopra gli spettacoli degli antichi*, *con appendice sul bello in generale*: ibid. sed an. 1808. Agitur de spectaculis Romanorum, et multaVitruvii loca illustrantur egregie = *Illustrazione della Villa di Mecenate in Tivoli* (Villa Tiburtina Mecaenatis illustrata): ibid. sed typis de Romanis, et an. 1812 in fol. Haec illustratio excerpta est ex ampliori dissertatione m ss. quam cum Maecenatis vita Marquezius edere meditatur = *Delle strutture antiche Dissertazione* M SS. quam summa voluptate legi, et in qua nonnullos Vitruvii locos ab alii Scriptoribus vitiatos emendat, ac declarat. = *Apuntamientos por orden Alfabetico pertenecientes a la Arquitectura donde se exponen varias doctrinas de M. Vitruvio Pollion* M SS. tribus tomis in 4. Annotationes istae continent 4253 vocabula ad Architecturam spectantia; et insuper tria supplementa Geometriae ad usum Juventutis Architecturae studiosae. In praesentia sibi Petrus suscepit Vitruvium italice interpretandum cum amplis adnotationibus.

Mazzolari Josephus Maria Pisauri nobili genere n. 11 Jul. 1712. Soc. in Prov. Rom. ac. 24 Januar. 1732 v. 4 n. 2 Feb. 1746. Obiit sanctissime in Romana S. J. Professorum domo 14 Septemb. 1786. Eloquentiam et litteras humaniores 27 continuos annos docuit tum Florentiae, tum Romae magna sibi parta apud viros eruditos opinione. Erat enim Mazzolarius graecis, latinisque littitteris excultissimus, praestans philosophus, poeta elegans, et orator facundissimus. His litteraturae ornamentis, illa quae praestantiora sunt virtutum abundanter adjecit. Ad omnem modestiam compositus, morum castitate, Christiana animi demissione et summa in Deum religione excelluit. Deiparae Virgini Mariae colendae impense dedebat animum. Hinc crebra de Mariae laudibus colloquia et multa ad ejusdem cultum augendam scripta. Neque his officiis contentus pecuniam, quam ex summa, qua se tractabat frugalitate colligebat, in aedes Deiparae sacras reficiendas, et ornandas libentissime conjiciebat. Ante oculos habeo ejusdem libellos supplices ad amplissimum Cardinalem Pallotta sedulum ditionis Ducalis Poli curatorem, et inscriptionem latinam marmori incidendam, et collocandam juxta aram Deiparae de Ultuilla vulgo nuncupatae *de Montorella* prope oppidum Guadagnolo, in qua Parthenius Deiparae consecrat tria loca montium, ut dicunt, D. Petri, ut ex eorum indiviso proventu et lampas ad aram perpetuo ardens alatur, et ut stipendio, quod satis sit, constituto, ad eandem aram Sacra 26 quotannis conficiantur. *Si secus* ait Parthenius in inscriptione, *atque constitui*, *cujusquam vel incuria*, *vel injuria fieri contingat*, *Deus ac Deipara mei juris vindices sunto*. Deinde his se verbis Deiparae consecrat; *Josephus Marianus Parthenius* = *Deiparae Virginis Mariae indignissimus famulus* = *Hic ad ejus pedes* = *Cor suum abjecit*. Summo quoque ferebatur affectu erga D. Caeciliam V. et M. Aeris injuriis erat obnoxia antiquissima pictura inventionis, et depositionis corporis D.Caeciliae existens in porti-

cu nobilis Romani templi Virginum Sacrarum Divae Caeciliae: noster ergo Marianus tanti monumenti perennitatis conservandae studiosissimus, illud suis impensis ex porticu in Templum intro transferendum curavit, eidem subjecta hac inscriptione marmori incisa *Monumentum vetustissimum inventionis, et depositionis Christi Sponsae, et inclytae Martyris Caeciliae ne aeris injuria prorsus interiret, hue e Porticu Josephus Maria Parthenius pro suo erga Virginem, et Martyrem studio transferendum curavit. Anno Dñi* CIↃ. IↃ. CC. LXXXV. Parthenius insuper in ala aversa incidi fecit in marmore epistolas Apostolicas Romani Pontificis Sancti Paschalis Primi, in quibus narrat idem inventionem, depositionem, et translationem corporis D. Caeciliae ex Coemeterio Callisti in dictum Caeciliae templum a se factam. His litteris hanc Parthenius perbrevem inscriptionem subjecit: *Has litteras -: ex Cod. Vatic. descript. = Josephus Marianus. Parthenius incidendas curavit =A.D.M.DCCLXXXVI* Pauca reperies majoris fidei, et amplioris auctoritatis monumentum; namque Paschalis litterae, et vetustissima pictura invicem se se corroborant. Opera = *Francisco I. Romanorum Imperatori renuntiato. Oratio etc.* Florentiae 1745 in 4: ex Colec. Gall. = *In ortu Serenis. Principis Ludovici Burgundiae Ducis. Oratio*. Romae typis Salomoni 1751: quae iterum edita fuit Venetiis per Simonem Occhi, anno, ni fallor 1753, editionem curante Cl. Viro Ernesto Galanti ex praeclarissimo P. P. Praedicatorum Ordine, teste Zaccaria tom. VII. Historiae litterariae etc. = *M. T. Ciceronis de Oratore ad Q. Fratrem libri 3 ad usum Collegii Romani cum adnotationibus Jacobi Proust e S. J. Editio altera Patavina aliquot locis castigata, et aucta*. Patavii 1751 apud Joan. Manfrè. Mazzolarius hanc editionem curavit, castigatis, et auctis aliquot locis primae editionis Patavinae, addita insuper elegantissima allocutione qua suos Auditores Romanos, ad Ciceronis unius lectionem multis argumentis excitat = *Vita del Cavaliere Bernardino Perfetti Senese*: sermone italico: extat in opere *Vite degli Arcadi illustri*, parte 5 edita Rom. 1751. = *Ragguaglio delle virtuose azioni di D. Costanza Maria Mattei Caffarelli Duchessa di Assergio*. (Narratio de virtutibus Constantiae etc.) Romae 1758 = *Raccolta di varie pratiche divote proposte agli scolari fratelli della Congregazione della B. V. Maria*: tacito nomine. Romae per Salomoni 1763 in 8 = *Electricorum libri sex carmine latino heroico*, sumpto nomine Josephi Mariani Parthenii. Romae 1767. Lagomarsinius notis, et praefatione hoc egregium Poema adornavit. = *Oratio pro alma domo Lauretana*. Romae typis Generosi Salomoni 1770. Egregie, et eleganter sumpto etiam nomine Jos. Mar. Parthenii Deiparae Domus in Lauretum translationem defendit. = *De vita, et virtutibus Bernardini Perfetti Poetae Laureati*, Joseph. M. Parthenii nomine: ibid. 1771 in 8. Est dignissima quae legatur, et ob styli elegantiam, et ob stupenda quae narrat de divina fere vena Poetica Perfetti. Jam superius laudabimus ejusdem Poetae vitam sermone italico non ita auctam, ut haec posterior latina = Generosus Salomoni suis typis edidit anno 1772 opera latina Parthenii, tomis tribus in 8, ab auctore recognita, et aucta, editionem curante ni fallor Lagomarsinio, qui singulis tomis elegantem praefationem praemisit, et aliquot adnotationes adjecit. Tomus unus inscribitur *I. M. Parthenii S. J. Actiones*. Prima Actio continet libros tres *de Summa artis Criticae difficultate*. Actio secunda continet libros 8 *De pravo artis Criticae usu: de recto artis criticae usu*. His Actionibus adjuncta et Oratio superius laudata *Pro Domo Lauretana*. Tomus alter inscribitur *I. M. Parthenii S. J. Orationes*: in his extat quam laudabimus *in Ortu Seren. Burgundiae Ducis*, ob quam Parthenius donatus fuit a Rege Galliae aureo numismate maximi moduli, cujus antica pars Ludovicum Regem,

postica Regium puerum repraesentabat. Tomus qui remanet laudandus inscribitur *J. M. Parthenii S. J. Commentarii*: continet vitam jam laudatam Bernardini Perfetti, et aliorum, Poema etiam Electricorum, quod superius laudavi, et carminum libellum, ubi nonnulla nunquam edita de D. Gonzaga = *Ragguaglio della manifestazione della B. Vergine che si venera nel Portico della Chiesa di S. Apollinare coll' aggiunta di nove considerazioni*: omisso Auctoris nomine. (Narratio manifestationis imaginis Deiparae etc.) Romae per Salomoni 1777 in 8 = *Il Santuario d Maria SS. detta de' Bisognosi ne' Marsi*: ibid. 1785 (Sanctuarium Deiparae Indigentium nuncupatae apud Marsos). Hujus pii opusculi meminit idem Parthenius in proxime sequenti = *Di Maria SS. intitolata del Mare* (De Deipara a mari nuncupata): ibid. 1786 in 12, quod publico judicio edito approbatum fuit ab Cl. eruditissimo Petro Aloysio Galletti ex inclyto S. Benedicti ordine Episcopo Cyrenensi, eximia cum operis, et Auctoris commendatione. Eidem Deiparae hoc opusculum Parthenius sui obitus, opinor, praescius dicavit hac pia, et eleganti inscriptione *Deiparae Virgini Mariae* = *A mari nuncupatae* = *Josephus Marianus Parthenius* = *Aetate admodum provectus* = *Et portum jam prospectans*. = *Opusculum hoc suum* = *Dicat et consecrat* = *Eamque rogat* = *Vt secunda ejus aspirante aura* = *Beatae aeternitatis portum* = *Feliciter aprehendat* = *Et in caelestem receptus patriam* = *Longae navigationis jactatione defessus* = *Tandem aliquando conquiescat*. Et revera conquievit. Eodem saue tempore quo libellus edebatur, piissima V. Deipara Parthenium sui amantissimum ad coelitum sedes vocavit, diem ab ortu Deiparae octavum feliciter celebraturum = *Diario Sacro*, *Semestre primo*. Romae per Salomoni 1779 = *Diario Sacro*, *Semestre secondo*: ibid. omnino. Agit in his de Martyribus, eorum reliquiis, et de monumentis Sacris Romanis = *Le sacre vie*: ibidem 1780; et est continuatio Diarii cum pari dicatione = *Le sacre Basiliche*: ibid. 1781: et est ejusd. Diarii continuatio; sicuti etiam *Appendice di Sacre notizie*: ibid. 1783. Tomuli isti quinque, piis perpulcrisque inscriptionibus Deiparae consecrati, ornantur etiam praefationibus in quibus se Auctor aeque doctum, ac pium ostendit; et in praefatione quinti propositum indicat, quod conceperat, scribendi latine contra Incredulos. Tres tomi novissime laudati approbati fuerunt a Cl. et eruditissimo Viro Rudesindo Andosilla, Vallumbrosano. Iterum editi fuerunt Romae typis Aloysii Perego Salvioni, numero VI, ob additamenta Cl. Leonardi Adami an. 1805: 1806, et 1807 = *De vita, et studiis Hieronymi Lagomarsini Commentarius*. Venetiis 1801 per Antonium Rosa; cum enarrationibus nostri Francisci Carrara Bergomatis, et adnotationibus Nostri Vincentii Giorgi, Commentarii editoris, et cujus est diatriba in fine, qua Didacus Lainez secundus S. J. Praepositus Gen. vindicatur a calumniis Jacobi Augusti Thuani, Pauli Sarpi, et Gallorum Scriptorum *Dictionarii Virorum illustrium*. Ex hoc commentario novimus Lagomarsinium Vitruvium invenisse doctissimis adnotationibus m ss. nostri Villalpando illustratum, et codicem m ss. concionum elegantissimarum Joannis Victorii, de quo Historia S. J. Plurima m ss. Parthenius reliquit, quae ego summa voluptate legi, videlicet = *Monumenta ad Joan. Marianum Parthenii fratrem spectantia*. In his monumentis extat longum, et elegans elogium Joannis Parthenii fratris ad dispersos Societatis J. Sodales quos alloquitur; et quorumdam testimonium affert de doctrina, et virtutibus Joannis: ex his unum asserit Joannis scripta (opinor manu exarata, quippe nihil aliud edidisse novi nisi egregium epigramma ad Constantiam Sororem, quod extat in fine Electricorum) scripta inquam in summo pretio haberi a Jesuitis Provinciae Mediolanensis. Alia quoque Mss. cohaerent cum his *Monumentis*, in quorum fine extat liber sin-

gularis continens 62 epistolas ad Anonymum in quibus de S. J. luctuosissimis fatis amantissime, et eleganter disserit. = *De vita, et sancta Conversatione 7 Vener. Patrum e S. J. ad Patres, et Fratres ejusdem Soc.* Munitae jam erant vitae istae approbatione Cl. Francisci Angeli Pastrovichii Ordinis Minorum Conventualium Theologiae Magistri, et S. Officii Qualificatoris, et potestate illas edendi facta a Rm̃o Thoma Augustino Ricchini S. Palatii Apostolici Magistro. Uterque Paulus Segneri Senior, et Junior, Joa. Petrus Pinamonti, Antonius Baldinucci, Antonius Thomasini, Franciscus Maria Galluzzi, et Camillus Pacetti sunt Vener. illi 7 Patres, quorum vitas describit. Has consequitur eidem volumini connexa vita italice conscripta Patris Joa. Bap. Cancellotti, diversi sine dubio a laudato in Bibliotheca Sotuelli, vita functi cum missiones Apostolicas (rem singularem!) 90 annorum senex obiret. Nequeo certo asseverare Parthenium fuisse hujus Vitae scriptorem. Ejusdem voluminis clausulam conficiunt *Illustrium e Societate Jesu Italorum, qui hoc seculo* (nempe 1700) *sanctitatis opinione floruerunt, et decesserunt Elogia*, quae Parthenius condidit partim ex menologio Josephi Antonii Patrignani, partim ex suo confecit. = *Epistolarum Liber primus* continet 19 epistolas = *Epistolarum liber secundus* continet 28, quarum 21 ad Vincentium Liberum Baronem de Argento plane declarat Orationem, quae in funere Ludovici XV. Galliarum Regis in Basilica Lateranensi fuit a Ricardo Borgia pronuntiata, a Parthenio fuisse compositam, quod idem Borgia candide fatebatur: edita fuit hac inscriptione: *In funere Ludovici XV. Galliarum Regis Christianissi. Oratio habita in Basilica Lateranensi a Riccardo Borgia ejusd. Basilicae Canonico*. Romae typis Propagandae Fidei 1774, fol. In eadem epistola ad Argentum haec ait: *reliquae orationes meae, quas multi ex hoc collegio cupide expetunt, impressae jam sunt, sed propter adversa tempora delitescunt*: quod intelligo de Actionibus, Orationibus, et Commentariis de quibus dixi superius, prelo quidem subjectis, sed non in vulgus editis. Epistola 27ª ad Joannem Marianum fratrem laudes persequitur Clementis Orlandi nobilis Architecti cum hac inscriptione, *Clementi Orlando = Architecto sui temporis eximio = Religione, comitate, liberalitate = Spectatissimo = Josephus Marianus Parthenius = Amico, et Hospiti = De se optime, et insigniter merito = Pii, et memoris animi = Monumentum P = Vixit annos LXXI. = Obiit anno. piaculari. Id. Maii* 1775 Nescio an in marmore inscripta fuerit haec laudatio Orlandi, qui Parthenio extincta Societate hospitium humanissimum, ac splendidum praebuerat = *Epistolarum liber tertius* continet 41, et quartus epistolas 27 = *Epistolarum liber quintus ad Joa. Marianum Fratrem* continet 17, quibus respondet Joanni nonnulla in Parthenii carminibus, et Orationibus reprehendenti. Librum quintum excipit *Epistolarum Appendix, et De origine ventorum ad Joan. Marianum fratrem Carmen philosophicum*, cujus est exordium *Qui coelo surgant, qua sint ab origine venti = Quos teneant cursus, quae cuique sit indita virtus = Hinc canere incipiam etc.* Carmen sequuntur tres lectiones secundi Nocturni pro festis Ss. Laurentii a Brundusio, Marciani et Joannis Martyrum, Theodorae Matronae Romanae, et Bernardi a Corleone. Absolvitur volumen carminibus addendis libro secundo Electricorum, et libro sexto post versum 24, et aliis sub finem ejusdem libri sexti quae poematis clausulam conficiunt. = *Monumenta ad Marianas S. J. Sodalitates spectantia* in quibus leges, et statuta Sodalitatum continentur, et aliquot Benedicti XIV. Breves litterae eisdem faventes. His monumentis adjiciuntur in idem volumen colligata *Monumenta ad orationem pro Domo Lauretana a Parthenio editam spectantia*. Parthenius dono miserat ad Lauretanam domum hujus Orationis exemplum scutulis, fibulis, aliis-

que ornamentis argenteis inauratis distinctum, in Sacra Aede inter donaria collocandum; quod cum interjecto haud modico tempore nusquam Aedium appareret, Parthenius suspicatus interversum fuisse, pedem omnem movit, ut donarium suum restitueretur. Itaque monumenta ista continent variorum epistolas maxime eorum qui Laureti commorabantur, et eximium libellum supplicem Parthenii ad Pium VI, qui ita exorditur *Persequor jus meum B. P., immovero jus omnium etc.* Subsequuntur eodem volumine *Rescripta Pontificia a Jos. Mar. Parthenio impetrata*. Omnes Parthenii preces sunt italico sermone conscriptae praeter unam, qua a Pontifice petit condendi testamenti potestatem, et incipit *Facilitas tua B. P. et aequitas postulationis meae faciunt etc.* Huic volumini finem imponunt *Doctorum Virorum de Joseph. Mar. Parthenio testimonia*. Ex his consideranda sunt Panemi Cissaei (Jul. Caesar. Cordara) ad Poetam epigramma; quia Cordarae manu scriptum, quod fuit deinceps typis editum sub finem Electricorum: et epigramma Viti Giovinazzi ad Laurentium Santenium Ultrajectensem, ejusdemque Viti epigramma sua manu scriptum, quo Parthenii effigies decoranda erat, et quod oblectationis gratia lectoribus exscribo: *Quem Cremona parens creavit, hic est. = Doctus Parthenius, piusque: nato = Tantum illa superbit uno, ut aeque = De nota meliore nec trecentis = Pace, Vida, tua, et tua Faerne.* Cogitavit etiam Parthenius suas Actiones, et Orationes auctiores, et emendatiores recudere, ut ipse Viennam Austriae scripsit ad Leonardum Cianium, quem locum juvat exscribere ex ipsis litteris, quas ante oculos habeo, ut modestiam hominis mireris: *Verum si orationes meas attentius legeris, tantum aberit ut me non meritis laudibus extollas, ut etiam legenti multa occurrant, quae te offendant, et jure reprehendos. Me quoque multa offendunt; multa plura plane non satisfaciunt. Temporis angustiae ad opus absolvendum praefiniti, gravissima impendens procella, tristissimi nuncii de supremo Societatis exitio qui undique ferebantur, omne pene consilium misero auctori de se magis, quam de opere suo cogitanti eripuerunt. His de causis, et primum volumen Actionum, et alterum Orationum libenter recuderem si impressoris adesset copia, qui novam editionem, sumptu suo, nullo meo emolumento susciperet. Mea cura tantum foret, ut haec editio auctior evaderet, atque emendatior. Mitterem exemplaria castigatissime correcta, multa adderem, multa demerem, quibus sive additis, sive demptis, toti operi perfectio quaedam accederet atque absolutio. Hoc in Italia ... Quamobrem si Viennae, aut Tridenti typographum reperire posses, qui hoc negotium suscipere vellet, rem mihi gratissimam facies. Confisus amore erga me tuo, et vero etiam quam de meae qualiscumque doctrinae habes opinione spero fore ut res e sententia succedat. Qua de re obsecro, ut ad me quam primum scribas.*

Medici Josephus Crespiui Dioecesis Ferrariensis nobili familia n. 4 Maii 1738 Soc. ac in Provincia Veneta 13 Octobris 1753, v. 4 nunc. 15 Aug. 1771. Logicam, et Metaphysicam Mantuae tradebat anno 1773. Extincta Societate Canonicus renuntiatus est Templi Principis Ferrariensis, et ab Archiepiscopo Ferrariensi Alexandro Cardinali Mattei destinatus, ut jus Canonicum in Archiepiscopali Seminario Juventutem Ecclesiasticam doceret, et eidem Cardinali a consiliis Theologicis esset. A Pio VII. Romam vocatus, ut eodem Theologi munere apud S. Sedem fungeretur, illud totis nervis recusavit; et Optimus Pontifex, ne Medici modestiam torqueret, Alphonsum Muzzarelli, de quo infra, tam splendido munere decoravit. Restitutae in Regnum Neapolitanum anno 1805 Societati J. illico se tradidit generosus commodorum, et honorum contemptor. AEternae sui proximorumque saluti consulens, quos numquam destitit confitentes audire, et meditationibus Ignatianis studiose exercere, religiose obiit Romae an. 1814 die 29 Mensis Mariani (Maii),

quem viribus jam fractis populo exponendum, celebrandumque susceperat. Scripsit = *Synodus Dioecesana Ferrariensis ... habita mense Junio* 1781. Ferrariae apud Bernardinum Pomatelli 1781 in 4: tacito nomine. Continet 5 partes optime digestas, et egregie dilucidatas. Elengatissima Synodi consecratio Pio VII. P. M. perspicue ostendit M. Tullium Medicio fuisse familiarem = *De Casibus quos in prima sua Synodo sibi reservavit... Alexander Cardinalis Matthaeius... Quaestiones Clero Dioecesis ad dirimendum propositae*, 1782. Ferrariae per Bernardinum Pomatelli in 12; et est secunda editio sine Auctoris nomine. Nondum vidi primam editionem jussu Cardinalis factam. Opusculum sane multa doctrina Theologica, et Canonica abundat. Tomulum alterum Medicius edidit *Decisionum* pari elegantia, et doctrina concinnatum, quem nondum vidi.

Menoux Josephus de, Vesontii natus 14 Aug. 1695, Soc. ac. in Prov. Lugdunensi 8 Sep. 1711, v. 4 nuuc. 15 Aug. 1728: alibilego natum fuisse 14 Oct. In Seminario Regio Nanceiano S. Frau. Regis degebat an. 1765, et anno insequente die undec. Feb. e vivis excessit. Superior fuerat Missionum Lotharingiae. Stanislaus praestantissimus Poloniae Rex cum Nanceii Academiam erexit, Academicis injunxit, ut historiam naturalem, civilem, et Sacram Lothariugiae scriptis editis illustrarent: Josephus normam hujus scribendae historiae typis vulgatam exibuit teste Auctore opere inscripti *Journal de Sçavans*, tom. 18. Op. = *Heures du Chretien à l'usage des Missions*. Nanceii 1741 per Nicolaum Baltasard; omisso Auctoris nomine = *Discours prononcè à la Séance tenue à Luneville le 21 Mars 1751* Nanceii apud Petrum Antoine 1751: ex memor. Trevolti. = *Discours prononcè au 1753 à la Séance publique de la Societé de Nancy* = *Notions philosophiques des verites fondamentales de la Religion*: 1758 = *Chanson sur le voyage des Mesdames de France à Plombieres en* 1761 = *Chanson à l'occasion d'une lotterie*.

Merz Aloysius ex Dioecesi Costantiensi n. 27 Feb. 1727, Soc. ac in Prov. Germaniae Spperioris 3 Oct. 1744, v. 4 n. 2 Feb. 1762. Rhetorica, ac Philosophia traditis ad pulpita Sacra conscendit, et concionatorem egit polemicum 21 saltem annos in Templo principe Augustano summa eloquentiae, et doctrinae Theologicae laude, erroribus haereticorum confutandis constanter intentus. Obiit Augustae 8 Oct. 1792. Opera = *Warum Augspurg in ganz Deutschland noch nicht Katholische sey?* (*Cur Augustana Civitas nondum sit tota Catholica*). *Augustae* 1763. Ex Holl in *Statistica* p. 158 = *Hat wohl die Hartherzigkeit, un Verwegenheit der Naturalisten, der Freydenker und aller Unchristen eine ihres gleichen?* (Est ne audacia, et obstinatio similis Incredulorum audaciae?) Augustae 1786 = *Ob Christus den Fursten, oder etc.* Augustae 1782 apud Wolff. Inquirit in hac egregiae quaestione an Christus Principibus, aut potius Apostolis Ecclesiae gubernationem commiserit. Puto aliam editionem praecesisse = *Frag ob die Pflicht seine Sunden zu beichten erst nach dem zwolften Iahr-hundert Eingefhurt Worden sey* (An praeceptum confitendi peccata primo decretum fuerit post duodecimum saeculum). Augustae Vind. 1784 = *Frag ob dasienige, was der hamburgisch Journalist.etc.* 1770 Augustae, et OEniponti apud Josephum Wolff. Impugnatur in hac interrogatione Auctor Ephemeridum Hamburgensium = *Frag ob der neve hamburgische Jcurnalist etc.*: ibid. omnino. Hic quoque impugnatur recens Auctor Ephemeridum Hamburgensium = *Frag ob die Duldung, oder sogenante Toleranz irriger Religionem etc.* ibidem 1781. Convincit Auctor falsas religiones neutiquam esse ferendas. = *Frag ob die Pflicht etc.* (An praeceptum confessionis privatis, et communitati sit utile): ibidem: ex Felleri ephemeride (Journal) tom. 169 summa cum laude Merzii = *Frag ob die Herren Protestantem ... mit der Katholischen Kirche sich zu vereinigen verpflit-*

chter seyn etc. Augustae 1783. (Quaeritur an Protestantes legitima utantur excusatione ad Ecclesiam Catholicam non redeundi, propterea quod in eam putent inductos fuisse aliquot abusus): ex Feller Journal mense Maio 1785, ubi affert quoddam Merzii epistolium, quo mendacium exprobrat nescio cui haeretico, qui sumpto Merzii nomine libellum vulgaverat adversus doctrinam Catholicam. Merzius, teste nostro Hollio p. 356 suae *Statisticae*, edidit Augustae Vind. an. 1775 duas roboris plenas orationes adversus celebrem Abbatem Jerusalem invicte demontrans caeremoniarum apparatum nihil officere naturae Religionis. Laurentius Veith in *Scriptura Sacra contra incredulos propugnata* ait, dum de miraculis J. Christi disserit, Merzium concionem polemicam de miraculis habuisse an. 1779 in festo S. Hilariae, quae typis edita fuit. In opere inscripto *Neveste Sammlung jener scriften etc.* (Novissima collectio Scriptorum) tom. 31 edito Augustae 1787, legitur Merzium scripsisse contra quemdem Scriptorem Friburgo Briscoicum Apostolicae Sedi inimicum. Merzi scriptum fortasse est illud *Responsum Catholicum ad quaestionem, quid est Summus Pontifex* (Augustae apud Wolff) quod memini Merzio a quodam adscribi? Auctor anonymus (quem Petrum Doyar existimo) operis *Lettres d'un Chanoine Penitenciere* editi 1790, ait p. 70 *Merzium, ut fertur, refutasse opus schismaticum Episcopi Labacensis*. Labacensis iste est ne scriptor ille Friburgo-Briscoicus, de quo memini supra? = *Ob das Bedenken des Herrn Abts Jerusalem von der Kirchenvereinigung dem Christentum Uberhaupt zum Vortheil, der Lutherisch-Evangelischen Kirche aber, und dem Hrn. Verfasser insorderheit, zur Ehre gereiche?* (Sententiane abbatis Jerusalem de Ecclesiarum concordia Religioni Christianae in genere, ac singillatim Lutheranae utilitatem afferet, et hujus sententiae Auctori honorem creabit?): ex Hollio *Statistica*, pag. 616 = *Ob der berühmte Herr Abt Jerusalem von dem Glauben seiner Water un der ganzen Lutherisch Evangelischen Kirche, in der so Wichtigen Lehre von dem Abendmahle, nicht vollkommen abgefallen sey?* (An Abbas Jerusalem a suorum Parentum fide, totius immo Ecclesiae Lutheranae fide deseiverit circa maximi momenti Sacramentum Eucharistiae?) ex Hollio ibid = *Ob der . . . Jerusalem in der That ein so starker Theolog sey wie er als ein solcher in der Protestantischen Kirche angesehen, und verehret wird?* (An Jerusalem tanti existimandus sit Theologus, quanti illum habent Protestantes?) ex Hol. ibidem = *In was für Stüken die Katholisken der Herrn Protestantem, und in wem die Herren Protestantem den Katholisken zur Beförderung der Vereinigung Recht geben Können, und sollen?* (Quibus in rebus a Catholicis assentiendum est Protestantibus, et a Protestantibus assentiendum est Catholicis ad concordiam promovendam): ex Hollio ibid. qui ait habitam fuisse hanc quaestionem an. 1774; et pag. in sequenti 617 refert Merzium luculentis, et invictis argumentis confutasse oratione habita festo Pentecostes an. 1778 concordiam qualem volebat quidam ementitus Monachus Auctor operis *Der erste Schrift zur Kunftigen Vereinigung der Katholischen etc.* (Liber primus de futura concordia inter Catholicos, et Lutheranos etc.)

Mezburg Georgius Ignatius, claro genere Graecii n. 24. Jun. 1735. Soc. ac. in Proc. Austriae 17 Oct. 1751, v. 4 n. 2 Feb. 1769. Degebat in Collegio Viennensi an. 1773, Cathechismo explicando intentus. Philosophiae fuit Doctor, et theologiae Bacalaureus; et Viennensis Matheseos Professor. Scripta = *Elementa Arithmeticae regularis*. Viennae 1769 = *Elementa universae Matheseos*: tom. 2 = *Helsami Phisica Experimentalis ex anglico in latinum versa*. Viennae 1769: *ex Austria docta*: suspicor Georgium Helsami Physicam germanice reddidisse, et quemdam mihi incognitum ex germanico latine convertisse.

Mezburg Godefridus (quem Georgii

fratrem reor) claro genere Graecii n. 25 (non 8 ut alibi legitur) Nov. 1738, Soc. ac. in Prov. Austriae 18 Oct. 1754. Poesim docebat anno 1770 in Collegio Clagenfurtensi ; et Rhetoricam ibid. an. 1773. Edidit *Praecepta Rhetorices in quaestiones , et responsiones digesta in usum discipulorum etc.* Ex *Austria docta*.

Michaeler Carolus , Oeniponti n. 6 Dec. 1735. Soc. ac. in Provin. Germaniae Superioris 28 Octob. 1762, v. 4 n. 2 Feb. 1770. Degebat an. 1773 in Collegio Neoburgensi . Extincta Societate Custos fuit datus Bibliothecae Caesareae Regiae Vindobonensi. Opera = *Zamagnae, Cunichii , et Mazolari Romanorum Elegiae : praefixa est dissertatio de Stylo Catulliano , quam elucubratus est C. M. ...* (Carolus Michaeler) *accedunt selecta Graecorum Idillia latine versa*. Augus. Vindel. 1776 in 8 = *Tabulae paralellae antiquae Teutonicae linguae dialectorum ... ex priscis monumentis collectae , et per 8 sermonis partes ordine grammaticae commode dispositae ... opera C. M.* Oeniponti 1776 in 8. Tabulis istis Carolus, teste Auctore *Austriae doctae*, magnam sibi opinionem paravit ab insigni linguarum, Historiae, diplomatum, et Genealogiarum peritia = *Caroli Michaeler Bibliothecae Vindobonensis Caesareae Regiae Academ. Custodis De mechanismo physico miraculorum commentatio*. 1784: nec loco, nec typis expressis . Non omnibus omnia hujus alioquin elegantis , eruditae , ac subtilis commentationis arrident. Deum namque in operandis miraculis non tam Omnipotentem, qui *dixit fiat lux , et facta est lux : ipse dixit, et facta sunt; ipse mandavit, et creata sunt* exhibet , quam herbarium, et Pharmacopaeum facit geminando plura miracula applicatione (quae naturae viribus superior est)efficientiae naturalis herbarum; quae applicatio eo loco, et tempore Dei solius est propria. Itaque meo judicio non videtur de Deo ut par erat magnifice loqui. Nimis etiam addictus placitis Bernardi Connoris, cujus est opus ingeniosum *Evangelium Medici, seu Medicina Mystica* editum Amstaelodami an. 1699 non multum dissentit ab eo dicente Christi corpus eodem tempore pluribus dissitisque locis esse posse, neutiquam vero ejusdem animam contra expressam Concilii Tridentini sententiam asserentem sessione 13 *De Eucharistia* , cap. 3 ... *semper haec fides in Ecclesia Dei fuit, statim post consecrationem verum Domini nostri corpus, verumque ejus sanguinem sub panis, et vini specie una cum ipsius anima , et divinitate existere* . Nescio quid responsi reddi possit ad primum ejusdem Tridentini canonem de Eucharistia Connoris erratum execrantem his verbis : *Si quis negaverit in SS. Eucharistiae Sacramento contineri vere realiter, et substantialiter corpus , et sanguinem una cum anima , et Divinitate D. N. Jesu Christi , ac proinde totum Christum , sed dixerit tantummodo esse in eo, ut in signo, vel figura, aut virtute, anathema sit* . Quo clarissimo Ecclesiae decreto Michaelerum confidimus,illud si intropiciat attente,fidem suam liberaturum (§. 86) de amplectendis Ecclesiae scitis, dum ipsi innotescant, Connore valere jusso . In dicta commentatione (§. 69) asserit commentarium etiam scripsisse de *linguae origine* , qui eodem an. 1784 in lucem edendus erat . Nescio quam quaestionem a Societate Janoblowskiana propositam Carolus sapienter solvit, et ad socios responsum ficto nomine *Madai* misit , qui eum praemio 30 numorum aureorum affecerunt.

Monteiro Ignatius Lusitanus in oppido Lamas Dioecesis Visensis n. 16 Jan. 1534. Soc. ac. in Prov. Lusitana 8 Feb. 1739, in qua Philosophiae, ac Matheseos publicus fuerat Professor. In Italiam deportatus Philosophiam summa ingenii , et omnis generis doctrinae opinione in Collegio S. J. Ferrariensi docuit licet non interrupte ab an. 1761 ad 1773. Neque Philosophi solummodo ac Mathematici , sed etiam utriusque juris, et Medicinae professores cum si-

cuti in his artibus principem jugiter consulebant. Extincta Societate Ferrarienses Philosophiam docere continuavit usque ad obitum qui contigit mense Januario an. 1812. Academia Philosophica Ferrariensis suo praestantissimo per tot annos Magistro honestissime parentauit. Opera. = *Theses Ignatianae*: quas ipse defendit Conimbricae ex Theologia, Jure Canonico, et Historia Ecclesiastica desumptas = *Compendiaria Matheseos elementa* sermone lusitano = *Philosophia libera*, *seu Ecclectica*. Tomo VII. in 8. Venetiis typis Antonii Zatta 1766; quibus adjunxit an. 1768 iisdem typis Logicam duas partes continentem. Magna eruditione, et acumine Philosophum se ac Mathematicum ostendit. Aliquot reliquit m ss., praecipue apologetica.

Montengon Petrus Alonae celebri Regni Valentini Urbe n. mense Julio 1745, Soc. ac. in Prov. Aragoniae men. Oct. 1759 (non 1760 ut nonnemo scribit) In Hispania Philosophiae, et in Italia Theologiae addiscendis operam dedit. Nunc hoc anno 1815 Neapoli curationem agit possessionum, et fortunarum Ducis de Alcañizes ex Optimatibus Hispaniae Matronis. Opera = *Odas de Filopatro* (Philopatri Odae: hoc nomine latere voluit): liber primus Ferrariae 1776 typis Cameralibus: secundus ibid. 1777. Opus mole parvum; sed quod haud modicam spem fecit Petrum inter Hispanos lyricos non infimum locum habiturum, si se eo genere exerceret = *l'Antenore tradotto dal Originale Spagnolo*: tom. II in 8 Venetiis 1790 = *Compendio della Storia Romana ad uso delle Scuole*. Volumin. trib. Romae typis Desideri 1802: in 18 = *Sermones 4 in Philosophiam Aristotelicam*: ex Josepho Fontio a Valle. = *Eudoxia*: ex eodem = *Rodericus*: ex eodem = *Osiander versibus expositus*: ex eodem. = *Nugae eruditae*. Matriti: ex eodem. = *Eusebius*: ex eodem Fontio, cui adjicio hanc fabulam historicam Eusebii italice fuisse versam a Clarissimo R. P. Abbate Joanne Laurenti, et in Synopsim redactam a Cl. Equite Piresi. Neapoli 1807. Clar. eruditissimusque Comes Albon in tomo III. *Discours politiques*, *historiques*, *et critiques sur quelques gouvernemens de l'Europe* multis laudibus extollit Montengonis poemata ab eorum elegantia.

Monton Bartholomaeus in oppido Orrios Dioecesis Turolensis (Teruel) n. 2 Mar. 1745, Soc. ac. in Prov. Aragoniae 25 Martii 1759. Post expulsionem Hispanicam Ferrariae theologicis studiis finem imposuit magnis ita processibus, ut fuerit ad universam theologiam publico in certamine tuendam electus; quod praeclarissime effecit Disputatorum non tantummodo plausu, sed etiam stupore, qui in Juvene admodum Discipulo singularem mirati sunt ingenii aciem, summamque doctrinarum copiam. Hanc adolescentem ut ita dicam, eruditionem Bartholomaeus numquam fessus usque eo adauxit, ut nulla esset disciplinarum classis, in qua non honestum saltem locum haberet. Physicus Mathematicus, Philosophus, Theologus, Poeta, Orator, graece, hebraice, chaldaiceque peritus, uno verbo nulla in arte peregrinus, de re quacumque egregie disserebat. Doctissimi quique viri, qui plurimi sunt Ferrariae urbe liberalissimis studiis affluente, tanta eruditione rapti exterum hominem in quibuscumque controversiis dirimendis crebro consulebant. Neque minus pietate quam doctrina Montonius excelluit. Omnia semper religionis officia apprime obivit. Charus ergo Deo, et hominibus diem vitae supremum egit Ferrariae 15 Novemb. 1802. Op. = *Meditazioni per fissare la credenza, e la condotta* (Quid firmiter credendum, et agendum his meditationibus docetur) · Ferrariae per Socios Bianchi, et Negri 1803 in 8. Opus est posthumum hispanice a Montonio scriptum, et nescio a quo italice interpretatum. Interpretis praefatio lectores monet alias Montonii elucubrationes in lucem esse vulgandas. Praefationem excipit Montonii vita eleganter scripta, qua docemur illum in Hispania Poema condidisse *de coe-*

lo stylo Lucretiano; varia poemata in laudem Deiparae a Columna (del Pilar hispanice): et nonnulla etiam in obitum Elisabethae Farnesianae Philippi V. Hispaniarum Regis uxoris. In eadem vita leguntur duo pulcra epigrammata latina quibus Montonius Abbatem Du-Serre, olim concionatorem Reginm Parisiensem deterret ab edendo poematio quodam in Montonii laudem. Extat denique in fine vitae egreginm poemation hispanicum quo Montonius amico bene precatur, qnod Cl. Antonius Marescotti, insignis Philosophus, Mathematicus, ac Poeta italice reddidit.

Morcelli Stephanus Antonins Clarii in agro Brixiano n. 17 Jan. 1737, Soc. ac. in Prov. Rom. 3 Nov. 1753, v. 4 n. 2 Feb. 1771. Humaniores litteras docebat in Col. Rom. an. 1772. A Pio VI cui fuit maxime acceptus, Templo Clarensi praepositns, eadem utitur praefectura hoc ann. 1814 exeunte. Scripta = *Inscriptionum Latinarum libri tres in* 4. Rom.ex officina Giunchiana 1781. Antiquas Inscriptiones colligit, ac summa eruditione explicat. Liber vero tertius eruditos instituit ad inscriptiones rite conficiendas. Cardinalis Garampius, vir elegantissimus de hoc inscriptionum libro lepide ajebat, neminem, qui illum consulat, pravam inscriptionem, vel si velit quidem, componere posse = *Inscriptiones commentariis subjectis:* ibidem 1783 in 4; quas dicat Cajetano Marino viro doctissimis suis elucubrationibus clarissimo. Easdem Cl. Marottus perpulcro Hendecas syllabo in Auctoris laudem exornat. *Si te juvat has, quae Morcellii sunt omnes, inscriptiones conferre cum antiquis prius laudatis, eandem miraberis antiquitatis Romanae majestatem* = *Sermonum libri duo:* ibid. sed anno 1784 in 8, quos nobili Hendecasyllabo dicat Abundio Aur. F. Rezzonico Urbis Senatori, et Clementis XIII. Pap. M. fratris germani filio. Nonnulli ex his sermonibus Horatianum stylum imitantibus seorsum antea fuerant editi = Μηνολογιον των ευαγγελιων εορταστικον, *sive Kalendarium Ecclesiae Constantinopolitanae etc.* Volumin. duob. in 4: ibid. 1788. Hoc Kalendarium aetate 500 annorum insigne latebat in Bibliotheca Romana Principis Albani, et a Morcellio primitus fuit in lucem editum, latineque conversum. Quidquid ad hanc Kalendariorum doctrinam attinet Cl. Morcellius copiosa eruditione persequitur = *Commento sull'inscrizioni sepulcrale della S. Martyre Agape etc.* Brixiae 1795 in 8 tacito nomine = *Indicazione de la Villa Albani.* Laudatur ab Ennio Quirino Visconti in opere *Monumenti Gabini.* = *Electorum libri duo, quos Andreas Ant. F. Andrejus Rhetor edendos curavit eruditioni Ephoeborum Lycii Clarensis.* Brixiae ex officina Bettoniana 1814 in 4. Complectitur liber primus epigrammata selecta veterum, et receutiorum Poetarum de dicationibus, votis, gratulationibus, titulis, ellogiis, epitaphiis, documentis, et lusibus. Secundus vero liber continet veterum etiam ac recentiornm Poetarum Hendecasyllabos de iisdem argumentis. Tam in epigrammatum libro, quam in hendecasyllabis nonnulla sunt nostri, sed omnia, aut fere omnia fuerant prius vulgata. Prooemia vero, Poetarum notitia et eruditae notae me latet sint ne Morcellii, seu potius doctissimi Rhetoris Andreii editionis curatoris = Του εν αγιοις πατρος ημων ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ επισκοπου αγριγεντου εξηγησεως εις τον εκκλησιαστην λογοι δεκα „ Sancti Gregorii II. Pontificis Agrigentinorum libri 10 explanationis Ecclesiastae graece primnm, et cum latina interpretatione, ac commentariis vulgati, quibus praeposita est vita ejusdem pontificis a Leontio Monacho scripta, nec hactenus edita „ Venetiis 1791 fol. excudebant fratres Coletii. In praefatione exhibet Morcellius consilium, et ordinem editionis; qnam praefationem excipit de Leontio investigatio plurima, et utili eruditione referta. Consequitur Leontii enarratio vitae Sancti Gregorii, cum eruditis, crebrisque notis Morcellii. Vitam latinam S. Gregorii vulgaverat jampridem Octa-

vius Cajetanus S. J. inter Vitas SS. Siculorum; sed graecae primus fuit Morcellius editor. Commentarios etiam Graegorii praecedunt nonnulla quibus Morcellius suum Scriptorem mirifice illustrat. Commentarios ipsos doctissimis annotationibus ornat: denique adjunxit appendicem, quae insignis est, et pererudita dissertatio doctissimi Joannis Lanceae Panormitani de aetate S. Gregorii, in qua oppugnat opinionem nostri Octavii Cajetani, quem alioquin vocat *egregiae, vel singularis potius doctrinae virum*. Optamus Africam Xañam.

Mourin Antonius, natione Hispanus in Oppido quodam prope Compostellam, ortus est an. 1707 postridie Kal. Jul. In tenera adhuc aetate Matritum a parentibus missus, ibique latinas litteras edoctus, Societati Jesu nomen dedit, cum annum ageret 14. Compluti Philosophiae ac Theologiae operam navavit maxima cum laude ingenii: inerat enim illi celeritas et facilitas quaedam insita ad optimas artes percipiendas, acre et perpolitum judicium ad res probe dispiciendas: qua propter ad investigandum promptus, ad inveniendum ferax, ad disserendum perspicax jam tum ab omnibus est agnitus. His ergo scientiis egregie instructus cum evasisset, disciplinis sacris se totum tradidit, a quarum studio nullo unquam destitit tempore, solitus dicere tandiu cuique discendum esse, quandiu vivat, quo vere sibi aptare possit celebre Solonis dictum, quod in proverbium abiit: „ Senesco semper multa addiscens. „ Quamvis haec discendi cupiditas, et hinc profectus quietis amor illum abducerent a consuetudine externorum, et ab omni occupatione, quae impedimento esset, quominus tempus, quod sibi supererat a religiosis officiis, totum in litteris consumeret; quamobrem raro etiam egrediebatur domo, nunquam in publicis locis conspiciebatur: tamen cum ex instituti sui officio passim deberet, vel scientias in scholis tradere, vel populum fidei Cristianae praeceptis imbuere, vel conciones habere de vera pietate, de cultu Dei, Sanctorumque virtutibus et gloria; hinc factum est, ut nusquem latere potuerit. Haec enim munia ita semper praeclare obibat, ut cuncti fere suspicerent miram ejus indicendo facundiam, eruditionem in rebus illustrandis, methodum in disponendis, atque in explanandis perspicuitatem cum insigni quadam novitate conjunctam. Quare in pretio ubique habitus est ab iis, qui illum aliquando norunt; ubique amatus ab omnibus, qui litteras amant; crebro consultus magnis de rebus, cum a privatis hominibus, tum etiam a viris praestantissimis, qui Reipublicae vel sacrae vel Civili praeerant. Illustrissimus D. Joseph Flores, Episcopus Conchensis, tanti eum fecit, ut nihil fere sine ejus consilio vel egerit, vel decreverit totos circiter tres annos, quibus Antonius noster ibi commoratus est. Inde Toletum cum migrasset, non minoris aestimatus fuit ab Emin. et Excellentissimo D. Ludovico Corduba, Archiepiscopo Toletano, et Cardinali S. R. Ecclesiae, qui illum et Judicem Synodalem constituit, et assiduo in consilium adhibuit, ut graviora quaeque negotia cum eodem conferret. Praeterea S. Fidei Inquisitores, et aliorum tribunalium Judices, caeterique amplis rebus curandis Praefecti, plurimum ejus opera usi sunt. Quibus cum ille satisfaceret cumulatissime, cumque omnibus ad se adeuntibus facilem se praeberet, neque recusaret laboriosam suscipere operam, ut singulorum voluntatem expleret, quaestiones dilucide explicans, dubitationes que liquido dissolvens, ejus nominis fama vehementer percrebescere coepit. Qua permotus Catholicus Rex Ferdinandus VI. illum adhuc Toleti degentem non modo plurimis de rebus, iisque gravissimis saepe consuluit, verum etiam regii Concionatoris munere decoravit; atque eo officio ita praeclare functus est, ut magna semper frequentia, maxima animi attentione, ingenti admiratione ac plausu a cunctis audiretur; quo circa ipsi regi charissimus fuit, Curiae Proceribus gratissimus, omnibus fere acceptissimus, iis etiam qui Societati Jesu perinfensi erant. Insuper Rex, qui jam

pridem et ejus integritatem haberet cognitam, et Consiliorum fidelitatem saepe numero esset expertus, disertis simul ac piis concionibus tam mirifice delectatus fuit, ut, quantum illius doctrinae tribueret, publico testimonio ostendere voluerit. Tantum enim virum apud se in posterum retinere cupiens, re cum nonnullis Administris communicata, et admodum probata, Theologum atque Consiliarium Suum Extraordinarium palam pronuntiare, et ampla pensione cumulare decrevit: quam rem ubi primum odoratur Antonius, extemplo Toletum ad suam domum revertitur, summis precibus nobilem quemdam amicum ante deprecatus, quam diligentissime ageret cum Rege, ut se hoc onere levatum vellet. Id cum rescisset Rex, ab incepto destitit, veritusne, si pro imperio compelleret invitum, molestiam ejus animo gravem exhiberet. Porro Vir fuit, quemadmodum ex nuper dictis facile perspicitur, laudis humanae contemptor, ab omni prorsus ambitu alienus, a vanis confabulationibus magnopere abhorrens, pecuniarum adeo non appetens, ut oblatas multum recusaret; vel si quando precibus incitatus eas acciperet aut gravi causa coactus detrectare vereretur, continuo illas a se rejiceret, atque aliis erogandas curaret. Denique homo plene ad litteras factus, qui cum praestanti ingenio indefessum studium conjunxit: proinde in divinis litteris, in scientiis Theologicis, in doctrinis Moralibus, atque in caeteris, quae ad sacram pertinent eloquentiam, mirum in modum exercitatus; nam cum in versandis libris assiduus fuisset, praestantissimos quosque perlegerat harum disciplinarum auctores, eorum opiniones in promptu babebat, et exquisitas ac minime vulgares Sententias cum probationibus memoria tenebat: ex quo illa nata est facilitas, quam multi in eo mirabantur, pauci autem attingere possunt; qua nimirum, sive inter colloquendum forte quaepiam incideret disputatio, sive ab illis, qui consilium ex eo quaererent, variae simul proponerentur quaestiones, sine ulla mora et confestim difficultates omnes extricare, atque allegatis complurium Scriptorum testimoniis, judicium suum firmare consuevit. Id vero maxime dolendum est, quod dum ille magis ad discendum intendit animum, quam ad scribendum, etiamsi vivus plurima dederit suae eruditionis argumenta, pauca tamen monumenta posteritati mandanda reliquit. Superest, ut de aliis muneribus, quae in Societate obiit, aliquid breviter dicamus. Rhetoricem docuit domesticos Juvenes, qui tyrocinio expleto, antequam ad graviora mitterentur studia, hac arte perfectius excolebantur: quod quidem munus nonnisi iis, qui eloquentia praestabant, committi solitum erat. Philosophiam Compluti, Theologiam Moralem Conchae, Scholasticam Toleti publice cum laude professus est. Deinde quoniam doctrinae respondebat, cum spectata morum probitas, tum praesertim insignis legum Societatis peritia, aptissimus ad gubernandum existimatus, primum Collegii Toletani Rector destinatus fuit; quo tempore maximo Provinciae consensu electus Romam petiit, ut interesset Comitiis generalibus, quae ultimum sunt habita anno 1755: atque ibi apud lectissimos illos totius Societatis Viros magnum sibi peperit nomen ob singularem eruditionem, gravitatem, prudentiam, ac vitae integritatem. Postea fuit item Rector domus Probationis Matritanae, et Magister Novitiorum: postremo Provinciae Toletanae Praepositus Provincialis. Quorum officiorum partes perquam prudenter egit; quippe qui non modo in ipsis Constitutionibus, regulis, decretis, et reliquis hujusmodi bene intelligendis multum studii posuerat, verum etiam in historia ejusdem Societatis, in gestis S. Ighatii, aliorumque illustrium Patrum, qui primis temporibus floruerunt, diligentissime versatus, egregia inde hauserat documenta, quemadmodum ipse fatebatur, quae ad penitiorem constitutionum intelligentiam, ad rectum

facilemque earumdem usum, atque adeo ad optimam gubernandi rationem plurimum juvant. Vixit annos 75. Mortem pie obiit Forolivii 19 Augusti anno 1782 magno sui relicto desiderio. Opera ejus in lucem edita sunt duo. Primum: expositio Bullae S. Cruciatae, ut vulgo appellant, quam rogatu Illustr. Commissarii Generalis D. Andreae Zerezo et Nieva scribere aggressus, intra paucos dies perfecit. Hoc opus parvum quidem, sed utilissimum pro regionibus Catholico Regi subjectis, communi plausu primum fuit exceptum, deinde saepius excussum Matriti. Optima methodo, accomodatissimo stylo, perspicuitate mira, nec minore brevitate declaratur quidquid hac in re observatione dignum videtur. Tom. I.° in 8 = Secundum: Traductio in linguam Hispanam Lectionum Theologicarum de Ludo, quas Italo Idiomate compositas edidit P. Caesar Calino Soc. Jesu. Ea vehementer probata est viris doctis, et tanquam exemplum optimarum Translationum a nonnullis palam proposita ad imitandum Tom. I.° in 8 = Opera absoluta quidem sed quae non prodierunt in lucem, quoad ego sciam, tria sunt. Primum Consilia, seu Responsa, quae a Rege Catholico consultus dederat: Opus maxima diligentia, uti par erat, elaboratum, in quo quaestiones multae, eaedemque gravissimae, accurate discutiuntur, ac difficultates exquisita solertia enodantur. Relictum est Matriti in cubiculo P. Provincialis. Tom. I.° in fol. = Secundum Crisis, seu Censura Operum Moralium Illustr. D. N. Geneti, quam primo ex mandato S. Fidei Inquisitorum breviter conscriptam, deinde ut complurium amicorum Votis satisfaceret, fusius tractatam, et pluribus auctam reliquit apud D. N. Santander Regiae Bibliothecae Praefectum. Tom. I.° in 4. = Tertium Conciones, non quidem omnes, quas publice dixerat, sed paucae quaedam dumtaxat; nam cum maxima polleret dicendi facultate, quamquam verba de superiore loco crebro ad populum fecit, concionesque habuit celeberrimas ac frequentissimas, nullam tamen scripto mandavit, solitus tantummodo quam paucissimis verbis notare summatim Orationis argumentum, partes in quas distribuendum esset, praecipuos S. Scripturae et SS. Patrum locos, historiam aliquam, et rationes potissimas, quibus uti constituerat: quae omnia exiguam vix paginam explebant. Id autem minime obstabat, quominus eleganti ac diserto sermone uteretur: quin ejus orationes plerisque magnopere elucubratae, ac summo studio concinnatae videbantur; unde saepissime evenit, ut viri docti, dum post concionem de more illi gratulabantur, scriptum statim excudendum maxima contentione exposcerent. Tandem amicorum hortatu incitatus, plurimisque eximiorum Virorum precibus devictus, aliquas integre conscripsit, atque absolutas reliquit Matriti. Tom. I.° in 4. Denique habebat etiam adversaria quaedam, nullo tamen ordine disposita, sed dissitis ac disjectis chartis notata, in quae congesserat quidquid vel ipse excogitavit, vel apud alios invenit, quod sibi pulcrum atque idoneum visum fuisset ad Fidei nostrae mysteria explananda, et ad Vulgi captum accommodanda. Hoc namque ministerium, quo nullum ferme efficacius remedium existimabat, ad fidem intemeratam tuendam, ac fideles in omni officio continendos, siquidem recte peragatur, mirum est, quam in deliciis semper habuit, quam valde caeteris commendavit, quantum et quam libenter in eo sese exercuit: paratus semper ad hujusmodi officium exequendum, Superioribus, quotiescumque opus fuerit, ultro sese offerebat. Decreverat olim Catechismum a P. Hieronymo Ripalda editum, qui puerorum ac Vulgi manibus teritur, perpetua illustrare paraphrasi, et appositis Scholiis difficiliora quaeque declarare, quo plebi documenta illa planiora redderentur: in quam rem paraverat ea, quae diximus, adversa-

ria. Verum id opus a plurimis expetitum per maximas occupationes perficere non licuit.

Totam hanc Mourini mei amantissimi laudationem ad me misit, qui fuit eidem carissimus Joachimus Ochoa, cum ex eo quaesivissem de Mourini rebus. Eam loco illius a me conceptae exhibeo, ut partim cum Horatio dicam *Inceptis levibus plerumque, et parva professis Purpureus late qui splendeat unus, et alter Assuitur pannus*; ita tantillis meis litterulis haec elegans Mourini laudatio decus aliquid afferet. Semper locus erit, quidquid obstrepat Horatius, pretiosis vestibus meas levidensas adornantibus. Ad Ochoam illud adjungam, Mourinum epistolam edidisse sermone hispano ad Sodales Provinciae Toletanae de vita et gestis Patris Squarzafigo ejusdem Provinciae: concionem item de laudibus D. Jacobi Majoris; et interpretationem Hispanicam suavissimi libri italici Caesaris Calini de Juvene Josepho Jacobi Patriarchae filio. Pluribus mihi verbis dicenda erant quae Mourinus Adjacii in Corsica urbe ad levandos Sodales egerit. Sed paucis unum referam, quod ad rem litterariam attinet. In Seminario, Episcopali non dicam omnino vastato, multis certe annis derelicto, et omni inquinamento faedato, beneficentia vero nostri Ductoris Nautici viri nobilissimi Francisci Vera, quem aeternum Sodales Toletani summo grato animo prosequentur, a sordibus omnibus nautarum opera purgato, et utensilibus opportunis, ac necessariis instructo, Mourinus Academiam erexit litteris amoenioribus latinis ac graecis quarum erat satis peritus, Philosophicis, Theologicis, Physicis, ac Mathematicis tradendis; quae Mourini institutio ita Sodales inflammavit, ut 20 saltem iam Sacerdotio inaugurati in unam Mathesim addiscendam toto pectore incumberent.

Mozzi de' Capitani Aloysius Bergomi claro genere n. 26 Maii 1746. Soc. ac. in Prov. Mediolanensi 14 Oct. 1763. Grammaticam latinam, historiam, ac geographiam in Mediolanensi Nobilium Collegio tradebat, dum extincta fuit Societas. Posthac Canonicus, et Archipresbyter Bergomensis renunciatus, praesse ab Episcopo jussus est doctrinae Candidatorum Sacerdotalium explorandae, et praeturam disciplinae Clericorum in Universa Dioecesi administrare. His gravissimis muneribus recte obitis Romam advenit ab immortali Pio VII P. M. gratiosissimis litteris vocatus, qui eum Missionarium Apostolicum, et Praefectum Oratorio quod a Patre Gravitta S. I. appellatur. Academia Arcadiae Romana Mozzium sibi Socium adscivit. Ex urbe Neapolim advolavit Societati in utramque Siciliam restitutae nomen iterum daturus; in ea raro nostra memoria exemplo vota 4 nuncupavit, nullo praevio doctrinae examine, nullisque habitis exercitationibus Ignatianis. Tanta erat Praepositorum de Mozzio existimatio. Jure ac merito. Multa namque ac luculenta volumina quae scripsit illius eximiam vastamque eruditionem ostendunt. Morum etiam probitas, asperitas vitae voluntaria, pietas in Deum, ac Deiparam, et ardor eximius, et numquam cessans proximos quacumque ratione juvandi Mozzium, religiosissimum, sanctissimumque virum apertissime testantur. Laboribus pro salute animorum susceptis omnino fractus migravit ad superos Mediolani, seu potius in villa Marchionis Scotti prope Mediolanum 24 Junii 1813 = Opera. *Compendio istorico-cronologico de più importanti giudizj portati dalla S. Sede Apostolica Romana sopra il Bajanismo, Giansenismo, e Quesnellismo* (Synopsis historica chronologica sententiarum S. Sedis adversus Bayanos etc.) Fulginiae per Joannem Tomassini: tomi II in 8. Dicat Auctor egregium hoc opus ad debellandos Jansenistas summopere validum Celsissimo Martino Gerbert Abbati Benedictino Principi Silvae Nigrae. Recenset in dicatione ut eidem Principi sic jubenti morem gerat, opera quae hactenus ediderat; scilicet = *Lettere ad un Amico sopra certa dissertazione pubblicata in Brescia sul ritorno degli Ebrei alla Chiesa* (E-

pistolae tres ad Amicum adversum dissertationem de Hebreorum reditu vulgatam Brixiae). Lucae per Franciscum Bonsignore 1777 in 8 = *Lettera confidenziale di un Teologo ad un Teologo* (Epistola familiaris Theologi ad Theologum) Vicentiae 1778 in 8. Idem est argumentum ac trium praecedentium = *Il falso discepolo di S. Agostino, e di S. Tommaso convinto di Errore: riflessioni critico dommatiche sopra un nuovo libro sulle correnti dottrine all' Emminent. Sig. Cardinale Alessandro Albani* (Falsus SS. Augustini, et Thomae Discipulus erroris convinctus: meditationes criticae dogmaticae in recentem librum de opinionibus hodiernis ad Cardinalem Alexandrum Albani). Venetiis 1779 per Antonium Zatta in 8 = *Breve saggio della rara veracità del P. Fra Viatore da Coccaglio Cappuccino* (Breve specimen sinceritatis Viatoris a Coccaleo). Bergomi per Franciscum Locatelli 1780 in 12 = *Saggio di risposta del Canonico Luigi Mozzi Exgesuita al M. R. P. il P. ... Lettera prima* (Epistola prima ad N. N. instar speciminis responsionis dandae ab Exjesuita Mozzi): ib. 1781 in 12. Impugnat quendam Jansenistam, cui minus arriserat Mozzi liber *Falsus Ss. Augustini, et Thomae Discipulus* = *Il Giansenismo nel suo giusto lume, ovvero idea del Giansenismo* (Jansenista apto lumine conspectus etc.). Prostat Venetiis 1781: sed monet Auctor Editum fuisse opus in oppido Poschiavo: sunt duo tomi in 8 quos dicat Cardinali Aloysio Valenti Gonzaga, Pontificio Æmiliae Legato = *Il culto del amor divino, o sia la divozione al Sacro Cuor di Gesù* (cultus amoris Divini etc.) Senis vere pro conficta Bononia, 1782 duabus partibus in 8: Est versio a nescio quodam anonymo facta, et a Mozzio plurimis notis illustrata docti operis gallici Felicis Henrici de Fumel Episcopi Lutevensis (Lodeve): Mozzius eam dicavit Lusitaniae Reginae, a qua gratiosissimas litteras habuit = *Storia compendiosa dello scisma della nuova Chiesa di Utrech diretta a Monsig. ... da D. A. D. C.* (Historia compendiaria Ecclesiae recentis Ultrajectinae). Ferrariae per Francis. Pomatelli 1785 in 8 = *Lettera del Canonico Luigi Mozzi ad un suo Amico circa alcuni errori osservati nella Storia compendiosa dello Scisma di Utrech.* (Epistola Mozzii ad Amicum de erroribus deprehensis in historia compendiaria Schismatis Ultrajectini). Bergomi = *Storia delle rivoluzioni della Chiesa de Utrecht.* Libri quinque, tomis tribus contenti et editi Venetiis 1787 apud Antoninm Zatta, et filios in 8: in tomo III. extant littera Breves Pii VI. datae 8 Junii 1785 ad Mozzium; in quibus Summus Pontifex ait; *Studium quo flagras, ne inconsutilem Christi vestem ullus scindat impudens, majorem probamus in modum, teque hortamur in Domino vehementer, ut in tanta seculi, opinionum, que licentia caussam Ecclesiae Dei tueri pergas etc.* = *Risposta pacifica al Cavalier Milanese, Autore delle lettere Ultrajettine* (responsum pacificum ad Equitem Mediolanensem (Praelatum nempe Bossi) contendentem Ultrajectinos non esse Schismaticos): ibid. 1788 in 8 = *Cinquanta ragioni, o motivi pe' quali la religione Cattolica Romana deve essere preferita a tutte l'odiose sette del Cristianesimo, e che indussero S. A. S. Antonio Ulrico Duca di Brunsvich, e di Luneburgo ad abjurare il Luteranismo* (Rationes 50 ob quas praeferenda sit Religio Catolica Romana Sectis aliis; et quae Ducem Bruuvicensem induxerunt ad Lutheranismum deserendum). Bassani 1789 in 8: Et interpretatio operis Anglici ipsius Ducis, sed notis nostri Mozzii exornata = *Trattenimenti familiari fra una Dama Cattolica, ed un Teologo Giansenista sopra la proibizione de libri.* (Colloquia familiaria illustris foeminae Catholicae cum theologo Janseniano de librorum prohibitione) Asisii per Octavium Sgariglia 1790 in 8. Monet Auctor typographum hujus operis cujusdam malignitate deceptum fuisse; quia in eo traducitur veluti Jansenianus Episcopus Cortonensis Alessandri = *I proggetti degl' increduli a danno*

della Religione disvelati nell' opere di Federico il Grande, *Re di Prussia* (Machinationes Incredulorum in Religionis detrimentum manifestatae in scriptis Friderici Prussiae Regis) ib. 1791 in 8, et est tertia editio magis aucta, et correcta. Huic operi adjunctum est aliud non minus utile inscriptum *Lo spirito del secolo 18 scoperto agl' incauti* (Saeculi 18 ingenium incautis patefactum) = *Pensaci bene, o riflessioni sulle grandi verità della religione Cristiana* (diligenter cogitato: seu considerationes de veritatibus maximi momenti Religionis Christianae). Venetiis 1792 in 8. Est interpretatio libri Anglici = *Lettere a Mon. Scipiane Ricci Exvescovo di Pistoja, e Prato sopra una sua memoria in risposta a' quesiti fattigli relativamente alle presenti circostanze della Chiesa di Francia*. (Epistola ad Scipionem Ricci de quodam ejusdem responso super hodierno statu Ecclesiae Gallicanae) Fulginiae per Joannem Tomassini 1792 in 8. = *Il modello delle Dame Cristiane ... nella vita della Signora di Combes-Des-Morelles Dama Francese morta li 2 Sep.* 1771. (Exemplar foeminarum illustrium Christianarum exhibitum in vita Dominae de Combes, nobilis foeminae gallicanae) ibid. in 8 = *Il modello di fanciulli Cristiani, ossia breve compendio della vita del piccolo Cavalierino Francesco di Combes-Des-Morelles morto nel Collegio della Fleche 17 Gennar.* 1768 (Exemplar puerorum Christianorum, seu synopsis vitae pueri Nobilis Francisci vita functi in Collegio Flexiensi). Venetiis per Franciscum Andreola 1792 in 8 = *Vita del Servo di Dio Don Giovanni Belotti etc.* Bergomi apud Vincentium Antoine 1793 = *Vite di alcuni Giovani Ecclesiastici delle diocesi di Bergamo etc.* (Vitae aliquot Juvenum Ecclesiasticorum Dioecesis Bergomensis) ibid. 1793 = *Vita della Serva di Dio D. Maria Eletta Crocifissa Gualdo dell'Ordine di S. Benedetto etc.* ibid. 1794 = *Breve ragguaglio della vita della Serva di Dio D. Clara Colomba Breda Monaca Benedettina etc.* (Brevis narratio vitae etc.): ibid. 1795 = *Elogio storico di Monsig. D. Girolamo Conte Petrocca Grumelli etc.* ibid. typis Locatelli 1797 = *Regole e statuti della Congregazione di S. Luigi Gonzaga etc.* ibid. per Locatelli 1795 = *Regole e statuti della congregazione detta di S. Luigi Gonzaga etc.* ibid. ex typog. Duci 1800. Regulis istis Regulae prius laudatae corriguntur, et augentur, addita insuper historia compendiaria dictae Sodalitatis, que seorsum edita fuit Venetiis 1802 typis Antonii Rosa, et Auctorem habet teste Mozzio Exjesuitam Paulum Carcano. Monendum censeo, me in Catalogo Provinciae Mediolanensi legere Joannem Carcano natum 6 Sep. 1739, Societati devotum 6 Maii 1755, tertiam probationem agere Aronae an. 1772. Est mihi admodum probabile Carcanum Joannem Paulum appellari; qua via Mozzium, et Catalogum inter se consentire patiemur = *Regole per le Congregazioni Mariane etc.* Venetiis 1802 typ. Jacobi Zanardi = *Regole, e statuti per la Compagnia Mariana etc.* Venetiis typ. Baglioni 1802 = *Corona di fiori spirituali etc.* Parmae 1797, et Venetiis 1801 apud Antonium Rosa adjuncto oposculo titulo *Memorie edificanti delle Congregazioni Mariane etc.* = *Pie memorie di Carlo Azario etc.* Venetiis apud Antonium Rosa 1802 = *Novena in apparecchio alle Festività di Maria SS.* Romae 1804: e Neapoli 1805. Sunt eadem Novendialia sed multo decurtata, quae in Mazzolario laudabimus in honorem Deiparae S. Apollinaris = *Il mese Mariano ossia pii esercizii da praticarsi per un mese fra l'anno ad onore della B. V.* Verus hujus pii opusculi Auctor fuit Joannes Sormanni S. J. qui nullomodo se nominatum voluit.

Muriel Dominicus in oppido Tamames nobili genere n. 12 Mar. 1718, Soc. ac. in Prov. Castellana 21 Jan. 1734, v. 4 n. 15 Aug. 1751. Obiit Faventiae 23 Januar. 1795. Vallisoleti Principe Castellae veteris Urbe Philosophia cum laude tradita in Paraquariam transmisit, sedulam gentibus illis ad Christianam Reli-

gionem adducendis operam daturus; sed ob praestantem acris ingenii laudem, et summam doctrinae opinionem Praepositi illum Theologiae, et Juri Canonico tradendis fere semper intentum voluerunt. Provincia Paraquaria Murielem elegit in Procuratorem Generalem ad Aulas Matritensem, ac Romanam. Praeerat Provinciae Paraquariae dum extiucta fuit Societas. Tum Matriti, tum in Corsica Murielem familiariter novi; et voluptati mihi est ingenti sanctissimi, ac doctissimi Viri memoria, qui me haud exiguo prosequebatur amore. Balthasar Masdeu historicam orationem funebrem in ejus obitu edidit: et Emmanuel Joseph Peramas, hac inscriptione sepulcrali illum honestavit:

D. O. M.
Heic sepositum adservatur
Corpus F. M. Domini. Muriel
Paraquar. S. J. olim Provin.
Moderat. . Ultimi
Nat. et Grat. dotibus
Singulari . mortis
Contempl. dono
Vitae puritate
Virtutibus caeteris
Eruditione item, et scriptis
Ornatissimi
V. instar sepulti
AA. LXXVI. M. X. D. XI
M. in Dño
X Kal. Feb. MDCCXCV
Magistro Consiliario
et exempl. desideratissimo
Hispani Consortes LL. LL. Q.
H. M. P. CC.
S. C.

Opera. = *Fasti novi Orbis, et Ordinationum Apostolicarum ad Indias pertinentium cum adnotationibus etc.* Venetiis apud Antonium Zatta 1776 in 4. Dominicus laterere voluit sumpto nomine *Cyriaci Morelli*. Fasti, qui Ordinationibus Apostolicis praecedunt, jam gallice conscripti fuerant a Nostro Charlevoix in tomo VI.° historiae Novae Franciae, quos latinos redditos fuisse animadvertit Muriel *opera cujusdam Presbyteri rerum Indicarum studiosi, et Americanae Vineae cultoris in voto*; quis sit cultor iste votivus ignoro, qui laudatos fastos locupletavit etiam suis correctionibus, et additionibus asterisco notatis. Ordinationes ergo Apostolicae necessariis annotationibus, quaestionibus ac dubiis nitide, ac breviter a Muriele explicantur. In tanta librorum Hispanorum penuria, miranda est profecto Hispanicarum rerum Murielis eruditio, ex prodigiosa hominis memoria profecta, qua Auctorum non solum nomina, sed singula etiam eorum verba in medium producit ad confirmandam propriam sententiam. Dignissimae sunt quae legantur annotationes in Ordinationem 59, ubi errores Bartholomaei de la Casas evidenter demonstrat. In operis decursu laudat inter alios Jesuitas Eugenium Lopez, Tucumanum, Saltae ni fallor natum, Academiae Neo-Cordubensis Cancellarium, qui prelo parata reliquit Scripta *Theologico-Canonica*; Franciscum Diaz Taño (cujus vitam scripsit Franciscus Xarque) Auctorem operis m ss. *De infideli converso*; Jacobum Alvarez de Paz (de quo Sotuellus) Auctorem resolutionum moralium sermone hispano, quas de more habuit in Collegio Limano anno 1593, quae asservantur m ss.; Joannem Perez Menacho, gravissimum in Peruvia Theologum, cujus multa m ss. plurimi a viris Doctis habentur: Patrem Figueredo, cujus grammatica linguae Quichuae edita fuit Limae 1754; Laudat etiam m ss. Petri Lozano, Petri Duran, Bartholomaei Navarro, et Hieronymi Ortega Auctoris tractatus *Defensa de la Provincia de Filipinas*, quem reor typis editum fuisse = *Practica de los exercicios de S. Ignatio* Faventiae 1772 in 8 typis Joseph Antonii Archi. Est interpretatio latinarum meditationum D. Ignatii auctore Ignatio Diertins S. J. cum aliquot additamentis. Muriel nomen suum celavit. = *Principio de la vida espiritual sacado del libro de la imitacion de Jesu*

Christo. Caesenae per Gregor. Biasini in 12. Est interpretatio pii libelli gallici auctore Josepho Surin, de quo Sotuellus. = *Collectanea dogmatica de Seculo XVIII* Venetiis 1792 in 8 apud Josephum Rosa. Auctor usurpat nomen *Cyriaci Morelli*. Deperditum fuit volumen secundum hujus egregii operis. = *Historia Paraquajensis Petri Francisci Xaverii de Charlevoix ex gallico latina cum animadvertionibus, et supplementis*. Venetiis 1779 fol. apud Franciscum Sansoni. Liber vigesimotertius cum reliquis totus est nostri Dominici qui nomen suum celavit = *Rudimenta juris naturae, et gentium. Libri duo*. Venetiis 1791 in 4. Opus insigne, quod noster edidit sumpto nomine *Cyriaci Morelli*. Egregium opus scripserat contra haeresim Jansenianam, quod cum in Italia typis edendum cogitasset, Curator census Jesuitis Hispanis a Rege attributi specie editionis Matriti exequendae e Murielis manibus extortum, Matritum misit.

Mutschelle Sebastianus, Bavarus ex Dioecesi Frisingensi, n. 18 Jan. 1749. Soc. ac. in Prov. Germaniae super. 13 Sep. 1765. In Colleg. Monacensi Provinciae Bavaricae degebat 1773. Sebastianum Barruelius doctissimum vocat in praefatione historiae compendiariae Jacobinismi, et quem simul cum Jesuitis Sailer, et Benedicto Stattler improbi illi Illuminati Germaniae ad eorum castra adducere nitebantur, ut pestiferam sectam sua doctrina firmaret, et celebriorem redderet. Opera = *Bemerkungen uber die sonntaglichen Evangelien, fur Prediger Katecheten, und Lehrer*; (Observationes in Evangelia diebus Dominicis explicanda in usum Concionatorum, Catechistarum, et Magistrorum) : tom. II. an. 1790 = *Bemerkungen uber die Evangelien an den Festagen des Herrn* (Observationes in Evangelia Festorum J. C.) 1789 = *Kenntnis und Liebe des Schopfers aus der Betrachtung der Geschopfe* (De cognitione, et amore Creatoris ex creaturarum consideratione) = *Geburt und Jugendgeschichte Jesu*. (Historia de Jesu nativitate, et adolescentia). Haec 4 Sebastiani opera laudata video a Josepho Lentner Bibliopola Monacensi in brevissimo catalogo librorum, qui extat in fine tomi II. inscripti *Gluckseligkeitslehre* (Doctrina de vera felicitate) auctore Michaele Sailer, et editi Monachii 1791.

Muzzani Christophorus, Nobili loco Vicentiae n. 28 Apr. 1724 Soc. ac. in Prov. Veneta 14 Octob. 1745. Vota 4 nun. 2 Feb. 1761. Magnam posuit vitae partem in coucionibus sacris ad populum habendis summa cum opinione eloquentiae. Extincta Societate in patriam rediit, et Canonicus, ut dicunt, Poenitentiarius, fuit renuntiatus. Plura scripsit ab eruditis cum plausu excepta, quae hic subjicio = *Dissertatione sopra il domma Cattolico della spirituale autorità della Chiesa in risposta all'Autore dei sei dialoghi sullo spirito della religione Cristiana*. Venetiis 1800 in 4. Egregie defendit spiritualem Ecclesiae auctoritatem = *Lettere apologetiche della dissertazione il Domma Cattolico della spirituale autorità della Chiesa ... al M. R. P. Don Ferdinando Eremita Camaldolese nell'Eremo di Centrale*. Vicentiae per Bartholomaeum Paroni 1800 in 8. Quinque sunt numero litterae, quibus opus primo loco laudatum ab adversarii objectionibus defenditur = *Perfetta concordia della Dottrina delle controversie del Ven. Cardinale Bellarmino colla dottrina del suo celebre Catechismo*. Venetiis 1791. Planissime ostenditur consensus catechismi Cardinalis Bellarmini cum ejusdem Controversiis; et errores Joannis Bap. Guadagnini evidenter demonstrantur. De hoc opere multa cum laude meminerunt Auctores Ephemeridum Ecclesiasticarum Romanarum (Giornale Ecclesiastico di Roma) tomo VI. = *Quale totalità di consenso decide la controversia nelle materie di Fede, Dissertazione*. Perusiae 1790 in 4 (Quae suffragiorum unanimitas requiratur in definiendis controversiis de fide). Dicat Auctor Joan. Andreae Avogadro Episcopo Veronensi

hanc eruditam, robustamque dissertationem adversus Petrum Tamburinum, aliosque recentissimos Jansenianos = *Lettere di un Curato campestre in risposta al libretto stampato in Brescia da Pietro Tamburini contra il Molinismo etc.* 1788: tacitis loco, typographo, et Auctore. Sex sunt numero litterae, quibus doctrina Societatis de Scientia media eximie defenditur adversus Tamburinum. Praecessit alia editio an. 1772, quatuor tandem litteras complexa. Videantur Ephemerides Eclesiasticae Romanae (Giornale Ecclesiastico di Roma). tomo III. pag. 62; et 65 = *Nuove lettere apologetiche della dissertazione il domma Cattolico della spirituale autorità della Chiesa in risposta all'anonimo Autore di quei sei dialoghi e di quelle quattro lettere.* Vicentiae per Joannem Rossi 1800 in 8. Sunt epistolae tres, quibus opus praecedens confirmatur = *Prediche quaresimali*. Venetiis 1787 per Antonium Canziani in 8 = *Della assoluzione Sacramentale, e del dolore de peccati necessario a riceverla salutaremente. Dissertazione.* Vicentiae 1801 per Joannem Rossi in 4. Atritionem magno apparatu defendit = *Lettera ... al Rmo Signor Arciprete, e Vicario foraneo di Lonato.* Eandem atritionis causam agit. Extat simul edita cum tribus Dialogis Joannis Bap. Gentilini; quem vide = *Difesa di quei Sacri Predicatori, che trattano con valore argumenti sopra le verità della Fede.* Extat in opere inscripto: *Preparativi per la desiderabile inoculazione del buon senso proposta contra il male della incredulità etc.* edito Fulginii per Joannem Tomassini 1783. Docte, eleganter atque acriter perstringit Joannem Bap. Roberti reprehendentem Concionatores Sacros, qui veritatem Religionis Christianae suis concionibus ad populum confirmare niterentur. Cl. Ludovicus Preti Bononiensis Muzanio dicavit suas Orationes Venetiis editas an. 1802.

Muzzarelli Alphonsus ex Comitibus Muzzarelliis Ferrariae n. 22 Aug. 1749 Soc. ac. in Provincia Veneta 20 Oct. 1768. Extincta Societate amplo Sacerdotio in templo Principe Ferrariensi auctus, a Parmensium Duce praefecturam Collegii Nobilium habuit. Postea ab immortali Pio VII. Romam vocatus, ut eidem a consiliis Theologicis esset, quod Theologi Poenitentiariae munus, sic vocant, summa Pontificis approbatione gessit. In Urbe Ponentis nomine magno ardore egit, ut Ven. Francisco de Hieronymis Beatorum cultus, et honores constituerentur. Praeterea Academia Religionis Catholicae Romana Alphonsum sibi Socium adoptavit. Cum Societas reddita fuisset Provinciis Neapolitanis Muzzarellius illico omnibus precibus oravit Pium VII. ut dimisso splendido Theologi Poenitentiariae munere, Neapolim se petere permitteret vestem Jesuitarum induendum. Annuit benigne Pontifex, sed cum jam pararetur iter, Idem concessus poenitens, jussit Muzzarellium Romae remanere eodem munere retento, quia suis consiliis uti necesse habebat. Pio VII. in Galliam sacrilege deportato, ejus quoque Theologus Muzzarellius deportationem subiit; Parisiis constitit usque ad pium, sanctumque obitum an. 1813 die 25 Maii, quem mensem Deiparae colendae consecraverat, *Marianum* appellarat, et a populo Christiano consecrandum vehementer curaverat. Tantae in Deiparam pietatis nos testes oculati sumus Romae, in cujus 20 saltem templis eodem anno 1813 quotidie haec sacra cerimonia magno cum fructu animorum celebratur. Alphonso vita functo, solemnes exequiae Ferrariae celebratae sunt primo die Julii 1813 in templo Jesus olim Societatis, egregia Oratione funebri sermone italico dicta ab eleganti oratore Canonico Francisco Finetti, quae edita fuit eodem anno una cum inscriptionibus et perpulcris poematiis, quae cecinere 30 saltem Vates Ferrarienses, elegantes Eridani Cygni. Dignae sunt quae exscribantur duae aureae inscriptiones nostri Hieronymi Baruffaldi in Muzzarellii laudem = Alphonso Muzzarellio = Presbytero Soc. J. do-

nec ea stetit = In Patria Canonico Emerito = In Urbe Theologo Poenitentiario = Utroque munere in exemplum perfuncto = Viro = Religione, pietate, modestia = Spectatissimo = Divinis, humanisque litt. in primis ornato = Cum S. Eloquio, tum vulgatis scriptis = Domi, forisque clarissimo = Heinc, Heu procul Lutetiae Parisior. = Contra spem, et vota suorum perempto = Adeste Cives cum lachrymis = Justa funerum persolvite. Altera est hujusmodi = Ingenuae juventutis = Educatori pientissimo = Verae, sanctaeque religionis = Assertori disertissimo = Secularis gloriae = Contemptori Eximio = Pauperum, et moerentium Patri benemerenti. His solemnibus honoribus Muzzarellio tributis neutiquam contenti sunt Ferrarienses; Sodalitas enim Virgini Misericordiae sacra Juvenum litterarum cultorum solemni quoque exequiarum honore honestarunt suum usque ad obitum fautorem in aedicula S. Crispini die 15 Julii 1813, dicto elegantissimo elogio ab eloquenti Advocato Julio Felisi typis Brixiensibus edito eodem anno cum inscriptionibus oppido elegantibus auctore Aloysio Finotti, quarum hanc brevem, ne longus sim exscribo = Ave Alphonse = Ave anima candidissima = Perfugium litterarum = Et aflictis salus = Romaeque delicium = Italiae terrae decus = Heheu quam cito = Ad coelum advolasti = Sodales tui gementes = pacem in Christo exorant. In Templo Romano D. Stanislai Martyris Nationis Polonae justa quoque Muzzarellio soluta fuerunt; non vero in Templo olim Societatis Jesu, ut alicubi scriptum legi. Scripta = *Rime* (Carmina). Venetiis 1780 per Simonem Occhi, in 4. Monet Auctor haec carmina 6 fere annis antea edita fuisse Bononiae typis Pisarri, duobus voluminibus, cum vix ille 24 annos aetatis complevisset; quapropter et annis, et judicio maturior aliqua in hac editione Veneta ommittit, alia emendat, et alia adjungit = *Esame sulle ricchezze del Clero* (De Cleri divitiis inquisitio). Ferrariae typis Cameralibus 1776 in 8 = *Due opinioni del Signor Carlo Bonet sopra la resurrezione ed i miracoli* (Bonetum non recte de miraculis etc. disserentem confutat): ibid. per Franc. Pomatelli 1781 in 8 = *Operette inedite scritte nel tempo della persecuzione Italica*. Fulginiae per Joannem Tomassini 1800 in 8. Marco Antonio Moscardini Fulginatum Episcopo dicantur hæc opuscula egregia contra constitutionem Reipublicae Cispadanae, juramentum civicum etc.) = *L' Emilio disingannato. Dialoghi Filosofici*. Senis per Vincentium Pazzini 1782 tom. duo; et Fulginiae 1792 tom. tres per Tomassini, cujus etiam typis, et tom. duob. edita fuit *Continuazione dell' Emilio disingannato*. Totus est Muzzarellius in robuste refellendo Joanne Jacobo Rousseau. Franciscus Traversi ex Provin. Baetica hanc illustrem oppugnationem hispanice reddidit, Matritumque misit, ut praestans typographus Sancha suis typis vulgaret. Exitum expectamus = *Il buon uso della Logica in materia di Religione* (De recto Logicae usu in argumento religionis) Fulginiae 1787: tom. III. in 8, quos typographus Tomassini dicat Cardinali Riminaldi: et ibi iterum tomis VI. cum accesionibus an. 1789; qui dicantur Cardinali Antici Regis Poloniae ad Sedem Apostolicam Legato. Romae quoque editum fuit hoc opus typis Academiae Religionis Catholicae an. 1807 tomis X. in 8 novis accessionibus; et dicantur Cardinali Hieronymo de la Porta Censori ejusdem Academiae. Hispanice redditum vulgatum fuit typis ni fallor Matritensibus. Monendus est Lector nonnullos tractatus seorsum antea editos, in *Rectum usum Logicae* fuisse insertos: hujusmodi est *Dominio temporale del Papa etc.* = *Supplemento al buon uso della Logica etc.* Fulginiae per Tomassini 1788: tom. II. in 8. = *Il buon uso della Logica ... Appendice*. Romae 1805 typis Salomoni: tom. II. in 8. Doctissimus Auctor operis inscripti *Melanges de Philosophie, d' Histoire, de Morale, et de Litterature*, in tomo VII. mense Aug.

ann. 1789 Parisiis apud Adrianum le Clerc magnificis laudibus extollit hunc rectum Logicae usum, et optat nonnullos saltem hujus operis tractatus gallice reddi = *Delle cause de' mali presenti, e del timore de' mali futuri, e suoi rimedj.* (De causis malorum quae instant in praesentia, de metu aliorum imminentium, et quomodo iisdem obviam itur) Fulginiae per Tomassini 1792 in 8 = *Del motivo formale specifico, e primario dell' atto di perfetta carità.* Fulginiae per Joan. Tomassini 1791 in 8: et est secunda editio. Cl. Joannes Vincentius Bolgeni suo indulgens acutissimo ingenio defendendum susceperat commentitium esse hominum perfectissimum in Deum amorem nulla prorsus habita ratione nostri commodi. Non paucos haec opinio commovit Theologos, maxime Jesuitas, in his Muzzarellium, qui in laudato opere optime discutit, quid sit primarium cur Deum amemus; quod Schola sermone suo technico *objectum formale* vocat. = *Risposta ad alcune obbiezioni, che potrebbero farsi all' opuscolo intitolato del motivo formale specifico e primario nell' atto di carità perfetta.* Fulginiae per Tomassini 1792 in 8. Solvuntur quae objectari possunt contra perfectissimum Dei amorem = *Istruzione pratica della divozione al Sacro Cuore di Gesù* (De pietate in S. Jesu Cor); supresso nomine. Ferrariae per haeredes Rinaldi 1788 in 12 = *Lettera a Sofia intorno alla Setta dominante del nostro tempo* (De Secta principe hac nostra aetate). Fulginiae 1791 in 4 = *Dell' obbligo dei Pastori in tempo di persecuzione* (Quae sunt vexata Ecclesia Episcopi partes): ibid. 1791 in 8. Dicatur opus Antonio Gabrieli Severoli Episcopo Fanensi = *Gian Jacobo Rousseau accusatore de' novi Filosofi* (Rousseavius Accusator recentium Philosophorum): tacito nomine. Assisiis per Octavium Sgariglia 1798 = *Memorie del Giacobinismo estratte dall' opere di Gian Jacopo Rousseau.* Ferrariae 1860 per socios Cajetanum Bianchi, et Nicolaum Negri in 8. Est idem opus, ac proxime laudatum variata tantum inscriptione = *La vocazione di S. Luigi Gonzaga. Poemetto.* (D. Aloysius in Societatem divine vocatus). Ferrariae 1789 = *Il mese di Maria, o sia di Moggio* (De mense Majo Deiparae consecrando) Parmae, Ferrariae, Fulginiae, Venetiis et Romae 1809 typ. Caroli Mordacchini. = *Quesito proposto ai detentori Cattolici dei beni Ecclesiastici comprati dalla Republica Cisalpina senza il beneplacito Apostolico.* (Percontatio facta Catholicis bona Ecclesiastica retinentibus, quae de Republica Cisalpina emerunt sine assensu Pontificio) Ferrariae 1800 apud Franciscum Pomatelli, et est secunda editio cum additamentis = *L'anno Mariano, o sia l' anno santificato ad onore della B. Vergine Maria etc.* (Annus Deiparae sacer) Fulginiae per Joa. Tomassini 1791: tom. II. in 12 = *Il Carnevale santificato dai divoti di Maria colla memoria de' suoi dolori etc.* (Geniales ante quadragenarium jejunium dies religiose obeundi a Deiparae cultoribus ejusdem animi dolores commemorando). Parmae typis Carmignani 1801: tacito auctoris nomine. = *Esame critico delle principali feste di Maria SS.* Fulginiae per Tomassini. Dicatur opus Pio VI. P. M. = *Della vanità del lusso del vestire moderno. Lettera al Sig. N. N.* (De vanitate profusionis in hodierno corporis cultu). Fulginiae 1794 per Tomassini, in 8 = *Il tesoro nascosto nel sacro cuore di Maria SS. etc.* (Thesaurus absconditus etc.). Romae 1806 apud Antonium Fulgoni in 12 = *Dissertazione intorno alle regole da osservarsi per parlare, e scrivere con esattezza, e proprietà sulla divozione, e sul culto dovuto al SS. Cuore di G. C.* (Praescribuntur regulae ad loquendum et scribendum proprie et accurate de cultu Cordis Jesu): ibidem omnino = *Novena in apparecchio alla festa del SS. Cuore di G. C.* (Novendialia, ut quisque se comparet ad obeundum diem S. Cordi J. sacrum): ibid. omnino = *Novena in apparecchio alla festa del SS. Cuore di Maria Ver-*

gine . Romae apud Franciscum Bourliè 1807 in 18. Approbatum fuit hoc pium opusculum a Clar. Viro Thoma Maria Mancini ex Ordine P. Praedicatorum, quem ob singularem doctrinam cum pietate conjunctam Pius VII. P. M. ad illustre munus Secretarii Congregationis Indicis evexit = *Observationes super adnotationibus R. P. D. Promotoris Fidei*. Extant in opere inscripto *Adnotationes cum summario objectionali* . *Responsio cum summario additionali* . Romae apud Lazarinum R. C. A. Typographum 1805 in fol. Solvuntur objecta a doctissimo viro Hieronymo Napulioni Fidei Promotore contra extensionem, atque Officium et Missam propriam in honorem SS. Cordis Deiparae = *Il buon uso delle vacanze proposto ai Giovani studenti* (Rectus a studiis Feriarum usus Adolescentibus declaratus) Nondum vidi hoc opusculum = *Il Fanciullo Gesù . Poemetto del P. Tommaso Ceva etc.* Romae typis Academiae Religionis Catholicae 1808 in 12. Egregii est poematis latini auctore Thoma Ceva S. J. interpretatio italico carmine facta a Muzzarellio, qui sua poematia varia (*Rime varie*) prius edita, et alia nondum edita adjunxit = *Per ismentire il prodigio del sovvertimento in vano ricorre la critica alle satire , e a naturali spiegazioni* (Reprehenduntur increduli ad convicia , et Physica descendentes , ut negent Pentapolim divino incendio fuisse haustam) Hanc dissertationem recitavit Muzzarellius anno 1807 coram Academicis Religionis Catholicae; nescio an fuerit edita = *Per la Festa di S. Pietro Apostolo . Sermone etc.* Fulginiae per Tomassini 1803 in 8; quae oratio gallice interpretata in vulgus prodiit = *Dodici fatti dell'istoria Sacra espressi in altrettanti Sonetti* (Gesta 12 ex S. Scriptura totidem epigrammatibus Italicis expressa) . Ferrariae 1807 apud Socios Bianchi, et Negri in 8 = *Dissertationes Selectae* . Romae apud Antonium Fulgoni 1807 in 8 . Quatuor illae sunt : prima de regula moralium opinionum : secunda de origine, et usu oblationum : tertia de regno millenario Christi: quarta de potestate Rom. Pontificis destituendi Episcopum invitum.

N

Nagurczewski Ignatius , n. 12 Martii 1752, Soc. ac. in Prov. Lituana 20 Aug. 1740 . V. 4 nunc. 2 Feb. 1758 . In Collegio Varsaviensi Provinciae Masoviae recens erectae adscripto Professor erat an. 1771 Litteraturae Polonicae , et Academicus Regius . Scripsit. = *Publiusza Virgiliusza Marona etc.* (Aeneis, et Bucolica Virgilii polonico carmine reddita). Varsaviae apud Nicolai 1754 in 4 . Extat in Bibliotheca Poetarum Polonorum qui patrio sermone scripsere , auctore Cl. Viro Andrea Iosepho Zaluski cujus exquisitae eruditioni summam gratiam debemus : quoniam ipse nos docet sequentes Auctores e S. J. fuisse ; Gasparem Druzbicki, auctorem interpretationis Polonae poematis *Somnium vitae humanae* nostri Jacobi Balde ; quam interpretationem nonnulli tribuunt Dominico Rudnicki variorum poematum Auctori, alii Athanasio Kiersnicki, Jesuitis : Franciscum Maniecki interpretem elegiarum nostri Antonii Des Lions de cultu Deiparae , et carminumde passione Domini : Vincentium Petrum Wolowicz interpretem *Iconis aeternitatis* nostri Joannis Nadasi : Georgium Spungianski interpretem *hebdomadae meditationis de aeternitate* ejusdem Nadasi : Jacobum Libeni Auctorem tragoediae *Josephi* : Ignatium Soltyk , Auctorem Tragoediae *Micadoris Lusitaniae Regis* : Franciscum Gosciecki scriptorem *Legationis Stanislai Comerowski ad Achmetem* : Michaelem Rihowey poematum auctorem : Carolum Petrum Sawicki , scriptorem vitae D. Aloysii Gonzaga , et symbolorum etiam in stemma familiae Rzewuscia : N. Sczawinski scriptorem *Historiae Susannae* : Stanislaum Skorobohaty auctorem *rythmorum de Christo infante ac Deipara* : denique Thomam Casimirum Swirski ex Praelato Chelmensi , et Canonico Leopoliensi Je-

suitam, scriptorem *rithmorum Sacrorum*, qui editi fuerunt Leopoli 1749.

Naruszewicz Adamus Lituanus nobilissima stirpe n. 20 Oct. 1733, Soc. ac. in Prov. Lituana 14 Aug. 1748, v. 4 n. 2 Feb. 1767. In Collegio Varsaviensi Provinciae Masoviae recens erectae pluribus annis usque ad 1773 Eloquentiam, Historiam, et Geographiam Nobilitati Poloniae praeclara sui nominis celebritate tradidit. Extincta Societate virum pluribus linguis, ac scientis ornatissimum Poloniae Rex Stanislaus Augustus anno 1774 honestavit opulento Sacerdotio 12 mille florenorum Polonorum in singulos annos. Opera = *Cornelii Taciti Annales* polonice conversi cum supplementi Gabrielis Brothier: tomus primus Varsaviae 1772 typis S. J. Dum esset a secretis Universitati Vilnensi Orationem dixit in instauratione Universitatis, in qua laudat celebriores Auctores Polonos: Edita fuit in opere *Universitas, et Academia Vilnensis olim a Valeriano Protosewicz condita etc.* Vilnae 1781 in fol. Ex *Journal des Savans* 1784: mense Januario.

Navarrete Joann. Andreas Ortigosae Dioecesis Calagurritanae n. 2 Feb. 1730, Soc. ac. in Prov. Castel. 22 Feb. 1745, v. 4 n. In Seminario Vallis-Olctano Anglorum, illius alumnis Controversias Theologicas explicabat an. 1766; cum prius Scholasticos Prov. Castellanae linguas Graecam, et Hebraicam, quas intime cognitas habebat, sedulo docuisset. Ex exilio in Patriam revocatus ibi obiit an. 1811. Opera = *P. Ovidii Nasonis de Ponto libri 4 argumentis et notis hispanicis illustrati*. Villagarsiae typis Seminarii 1758 = *Aesopi fabulae grammatica singularum vocum explicatione illustratae*: ibid. 1766 = *De viris illustribus in Castella veteri Societatem Jesu ingressis, et in Italia extinctis*: libri 2 Bononiae 1793 in 4: cx typograp. D. Thomae Aquinatis.

Neissen Aegidius: natus 1734, Soc. ac. in Prov. ad Rhenum inferiorem 1748. Degebat in Collegio Coloniensi an. 1770. Opera. = *Concilia Germaniae* a nostris Joanne Friderico Schannat primum collecta, deinde a Josepho Hartzheim, tomis V. mirifice omni eruditionis genere illustrata, et a Hermanno Scholl, tomis VI°, VII°, et VIII°. continuata, noster Aegidius locupletavit tomis IX°. Coloniae typo Viduae Joa. Wilhelmi Krakamp 1771, et decimo, ibid. 1775.

Neuville Carolus Frey de' nobili genere, in oppido Coutances n. 23 Dec. 1693 (Sabatier, de Castries pro Coutances scribit Vitre in Britania Gallica), Societati ac. in Prov. Franciae mense Sep. 1710. Obiit in Fano S. Germani en Laye (alicubi lego obiisse Compendii) 15 Julii 1774. Divinum Christi corpus moriens suscepturus in genua procumbit, et coram multis adstantibus adeo pie, et eloquenter verba fecit de sua in Religione Catholica Romana tenenda constantia, et de sua erga Pontificem Roman. vel Societatis sibi charissimae extinctorem eximia reverentia, ut Auditores universi in lacrymas se solverent. Testamento jussit suum cadaver in ignobili pauperum sepulcro sepeliri. Inter Oratores Galliae existimabatur Carolus eloquentiae Principatum tenere. Tam Aula Regia, quam populus Parisiensis perpetuo per annos 30, et amplius pronis auribus ejusdem conciones admiserunt; quibus edendis censu Regio annuo mille Francorum ille fruebatur. Opera = *Oraison funebre de S. E. Monseig. le Cardinal de Fleury Ministre d' Etat etc.* (Laudatio funebris Cardinalis Fleury) Amstelodami apud Joannem Catuffe 1743, quo anno Carolus illam pronuntiavit in Templo maximo Parisiensi = *Observations sur l' institut de la Societé des Jesuites*. 1761: ex supplemento Franciae Litterariae: quod etiam confirmat Anonymus Auctor operis inscripti *Nouvel appel a la raison, des ecrites, et libelles publies par la passion contre les Jesuites de France*. *Bruxellis* apud Vanderberghen. 1761 = *La morale du nouveau Testament partageé en reflexions Christianes pour chaque jour dell' annee* (Doctri-

nae morum N. Testamenti meditationes Christianae in singulos anni dies). Parisiis per Joannem Bapt. de Lespine: tom. IV. = *Oraison funebre de Charles Auguste Foucquet de Belle-Isle, Duc de Grisors ... prononcè dans l'Eglise del Hotel Royal des Invalides le* 10 *Avril* 1761. Parisiis apud Guerin 1761 in 4: ex Memoris Trevolt. an. 1661 mens. Sept. = *Sermons*: tom. VIII. in 12 Parisiis 1776. Eruditissimus Scriptor Joannes Antonius Pellicer Regiae Bibliothecae Matritensis Custos hispanice vertit, et edidit Caroli conciones hoc titulo *Sermones del P. Carlos Frey de Neuville etc.* Matriti per Andream Ramirez 1784 in 4: hunc annum exprimit tomus III. Pellicerus prelo paratos habebat tomum IV. et V. Primus vero tomus interpretem habet Joannem Ceron, et Pontela: ex memor. Litter. Matritens.ib. an. 1784 men. Dec. Fuerunt etiam conciones istae italice redditae = *Esortazioni, e ritiramento spirituale di nove giorni*. Venetiis 1786 in 4: ex gallico sacri secessus a profanis auctore Carolo. Multis laudibus ornatur opus ab Ephemeride Ecclesiastica Romana (*Giornale Ecclesiastico di Roma*) tomo III°. Me latet interpres Italus, quem eadem Ephemeris ob styli nitorem laudat. Plurimi Neuvilleum suis elogiis nobilitarunt; in his doctissimus Regnier Theologus Sorbonicus in suo insigni opere *Certitude des principes de la Religion*; et eruditus Sabatier de Castres in opere *Les trois siecles de la Litterature Françoise etc.* Hagae Comitum 1781. Non multo ante obitum flammis addixit volumina tria observationum criticarum et historicarum non sine exiguo Eruditorum dolore.

Neuville Petrus Claudius Frey de, Caroli germanus Frater, (uti asserit locuples testis Fellerius in Dictionario Virorum illustrium) in oppido Grandville natus an. 1692. Bis praefuit Provinciae Franciae, in cujus catalogo anno 1751 omittitur cognomen Neuville: bis etiam praefuit Professorum Parisiensi Domo. Obiit Rhedonibus an. 1773 = *Sermons*: Rothomagi 1778: volumin. duo in IV: ex Fellerii dictionar.

Nicolai Alphonsus, Lucae n. 31 Decemb. 1706, Soc. ac. in Prov. Rom. 14 Feb. 1723, v. 4 n. 15 Aug. 1740. Obiit Florentiae in Coenobio Patrum Cistercientium an. 1784. Infinitae pene, ac variae lectionis vir. Arte dicendi, et carmina pagendi floruit; sed libris sacris exponendis, caeteraque re Theologica intime cognoscenda quam maxime valuit. Hac de causa Sacra Caesarea Majestas illum sibi Theologum renuntiavit. Hoc illustre munus ab anno saltem 1761, ut patet ex Catalogo Provinciae Rom. ejusdem anni, usque ad obitum praeclare sustinuit. Opera = *Memorie istoriche di S. Biagio Vescovo, e Martire, Protettore della Republica di Ragusa*. Romae 1752 in 4 = *Panegiriche Orazioni, e Prose Toscane*: typis Generosi Salomoni 1753 in 4; quas dicat N. Acciajuoli Episcopo Petrae = *Dissertazioni, e lezioni di Sacra Scrittura*. Florentiae apud Petrum Cajetanum Viviani; tomis VII. in genesim an. 1756, et 1762 in 4. Nova est editio magis correcta, et aucta ab Auctore. Opus egregium omnigena eruditione refertum quo se Auctor ostendit in doctrinis non solum Theologicis, sed etiam physicis summopere versatum. Dicatur tomus primus Francisco I°. Romanorum Imperatori: III. Vitaliano Borromaeo Archiepiscopo Thebano, deinceps Cardinali: IV. Cardinali Josepho Spinelli. Hos septem in Genesim tomos consequitur tomus VIII. in Exodum, ibid. editus 1763 = *Il Daniele*: *Dissertazioni*: duabus partibus: ibid. 1764, quas dissertationes dicat Cardinali Feroni = *L'Ester*: *dissertazioni*. 1765 ibi. = *Il Tobia*: *dissertazioni*: ibid. 1765 = *Nella solenne Coronazione del Serenis. Marcello Durazzo, Doge della Serenis. Republica di Genova*. *Oratione*: quam Alphonsus dixit in templo Principe Genuensi 28 Junii 1767. Genuae typis Gesinianis 1767 in fol. = *De sacratissimo Jesu Corde concio* (italice) extat in opere inscripto *Raccolta di ragionamenti in*

lode del SS. Cuor di Gesù. Par. prima Romae typ. Arcangeli Casaletti 1768, et Clementi XIV. a Ludovico Preti dicato. Simul cum Nicolai concione extant conciones Leonardi Cominelli; Francisci Masotti: Antonii Morcelli: Caroli Sanseverino: Dominici Stancari, et Renati Guilielmi Forest e gallico a nescio quo italice conversa. = Oratio panegirica de Beato Alexandro Sauli (italice). Extat in *Raccolta di Orazioni in lode del Beato Alessandro Sauli*. Lucae 1743 in 4 typis Marescandoli. = *Prose Toscane oratorie, scientifiche, storiche*. Tomus I. *Prose oratorie*. Florentiae apud Petrum Cajetanum Viviani 1772 in 4. Continet orationes panegyricas etc. Tomus II. *Prose scientifiche*: ibid. omnino; continet etiam orationes etc. Tomus III. *Prose istoriche*: ibid. sed an. 1773. Continet historiam litteralem Tobiae, Indithae, Estheris, Josephi, dissertationem criticam de veritate Actorum S. Blasii, ac de eodem Memorias historicas. In hisce tribus tomis multa contineutur prius seorsus edita. = *Ragionamenti sopra la religione*. (De religione Sermones): Volum. 8 exiguae molis. Genuae typis Adami Scionico 1770. Volumina quintum, sextum 1771. Volum. septimum, et octavum 1772. Praecessit alia editio. Incredulos omnes recentiores, quorum scripta omnia videtur Alphonsus legisse, argumentis tam ex suo, quam ex Defensorum Religionis ingenio, quos etiam omnes legerat, desumptis praeclare oppugnat; quin argumentorum vim enervet plurima Etrusci Sermonis in scribendo elegantia. In fine horum Sermonum extant duo pulcra epigrammata italica (Sonetto) in laudem Nicolai, auctore Ab. B.P. Carmina aliquot Nicolai latina extant in carminibus, et orationibus Nostri Caroli Roti editis Patavii 1741; et in secunda parte Carminum Pastorum Arcadiae, pag. 243 edit. Roman. 1756: in quam Nicolaus erat adscriptus sumpto nomine *Saliceste*.

Nogarola Thaddaeus: ex nobilissima familia Veronae n. 24 Dec. 1729 Soc. ac. In Prov. Veneta 13 Jun. 1748, v. 4 n. 15 Aug. 1764. Rhetorica, Philosophia, et Historia Ecclesiastica traditis, Theologiam magna acuminis, et eruditionis opinione profitebatur an. 1773 in Collegio Bononiensi S. Luciae. Opera. = *L'immortalità naturale dell'anima dimostrata*. Venetiis 1780 apud Petrum Savioni. Cl. Josephus Cernitori in sua erudita, ac perutili *Bibliotheca Polemica* Romae typis Salomonis 1793 nos docet an. priori 1779 editam fuisse sermone latino hanc demonstrationem ab eodem Nogarola, sed eruditorum rogatu in sermonem Etruscum illam convertisse. Opusculum plane aureum, quo animae immortalitas naturalis subtiliter, ac simul perspicue demonstratur. Iterum editum fuit Veronae 1806 typis Ramanzini cum nonnullis, etsi exiguis mutationibus. In hac secunda editione meminit Auctor tractatuum de Philosophia a se conscriptorum = *Lettera ... a rischiaramento etc.* Bononiae per Josephum Lucchesini 1806 in 8: agitur de eadem animae immortalitate = *Lettera di risposta ad un Amico etc.* Veronae 1807 typis Romanzini in 4: de eodem argumento disserit = *Dissertazione theologica sopra la disposizione necessaria a ricevere la grazia della giustificazione nel Sacramento della Penitenza*. Veronae ex typographia Giuliari, 1800 in 8. Totus est in asserenda sufficientia atritionis, et Petrum Tamburinum famosis Synodi Pistoriensis primipilum valide oppugnat = *Analisi della recente dissertazione del Cittadino Gio. Battista Gentilini etc.* Veronae 1803 typis Ramanzini in 4. Defendit acriter opus praecedens adversus nostrum Gentilini atritionem alio modo explicantem = *Appendice seconda alla dissertazione teologica sopra l'attrizione etc.* ibidem 1803. Hac etiam appendice se tuetur a Christophoro Muzzani atritionem alio modo intelligente. Secundam vocat hanc appendicem; quippe *Analysis* primum laudata primae appendicis locum habet = *Lettera di risposta ... al Arciprete Paolo Corobelli*: ibid. omnino: iterum se defendit contra

nostrum Gentilini. = *Risposta dell' Ab. Nogarola* : ibidem omnino, et de eodem argomento = *Lettera ... all' Illmo, e Rmo Sig. Conte Muzzani etc.* ibidem 1804. De eadem atritionis controversia agitur nimia fortasse vehementia = *Risposta ... ad alcuni quesiti di un Ecclesiastico Amico*: ibid. omnino. In eodem atritionis argumento fere versatur = *Osservazioni ... sopra la natura dell' amor di Dio* : ibid. omnino. Defendit, confirmatque dari amorem erga Deum sine amore concupiscentiae, non sine aliqua reprehensione Muzzani = *Spiegazione e difesa dei quattro articoli della dichiarazione dell' assemblea Gallicana dell' anno 1682*. Veronae per Dionysium Ramanzini 1808, (vivente Auctore) in 8. Paucis verbis, sed vere aureis acutissimus Auctor mentem explicat ac multis sui ingenii condimentis mitigare conatur Cleri Gallicani non bene apud aliquot etiam Catholicos audientis, quod de auctoritate Pontificia multum detraxisse ista declaratione videretur. Minime dubito quin ipse Clerus summas Nogarolae gratias habeat ob hanc praeclaram defensionem filialis obedientiae, et venerationis Ecclesiae Gallicanae erga omnium Ecclesiarum Caput, Pontificem Romanum.

Noghera Joa. Bapt. in Vallis Tellinae oppido Berbeno n. 9 Maii 1719 Soc. ac. in Prov. Mediolanensi 14 Oct. 1735, v. 4 n. 2 Feb. 1753. Graecarum ac Romanarum litterarum peritissimus Mediolani adolescentes Jesuitas Rhetoricam, et in Universitate Vindobonensi Sacram eloquentiam docuit. Societatis sibi matris Charissimae extinctio neutiquam extinxit Nogherae animos, ut incredulos Sophistas quos extinctionis Societatis fundamenta jecisse verissime putabat, elegantissimis, et doctissimis libris confutaret. Obiit in patria mense Nov. 1784: alicubi lego 1780. Opera = *Della moderna eloquenza sacra, e del moderno stile profano, e sacro. Ragionamento*. (Sermo de novissima Eloquentia Sacra etc.) Mediolani apud Josephum Marelli 1752 in 8 = *Orazioni di Demostene volgarizate, e con annotazioni illustrate*. Mediolani ex typogr. Ambrosiana 1753 in 8. Ex Zaccaria *Storia Lett.* tomo VIII°. = *Sugli spiriti di novità, e di antichità. Saggio di esame, e progetto di accomodamento* (De ingeniis recentiora priscis, et e contrario prisca recentioribus praeferentibus. Ratio utraque conciliandi). Bassani 1774 in 8 = *Riflessioni sulla natura umana, e sulla religione naturale* (Considerationes de natura humana, et de religione naturali): ibid. 1780 in 8: part. sive tom. II. = *Riflessioni sulla religione rivelata, e particolarmente sul Cristianesimo* (Considerationes de religione revelata, maxime Christiana): ibid. 1773 in 8 = *Riflessioni sull' infallibilità della vera Chiesa Cristiana nel suo Magistero* (de infallibilitate verae Ecclesiae Christianae in suis dictatis): ibid. 1775 in 8 = *Riflessioni sui consigli Evangelici, e sui lor professori* (De consiliis evangelicis, et eorum Sectatoribus): ibid. 1780 in 8 = *Riflessioni sulla podestà della vera Chiesa Cristiana* (de potestate verae Ecclesiae Christianae): ibid. 1778 in 8 = *Riflessioni sulle pratiche della vera Chiesa* (De usibus Ecclesiae Christianae) ibid. 1780, et 1783: volum. 3 in 8. = *Riflessioni per discernere la vera Chiesa Christiana fra tutte le Sette, che ne portano il nome* (de internoscenda vera Ecclesia Christiana ab omnibus Sectis aliis, quae Christianae nominantur): ibid. 1780 in 8 = *Sull' analisi del libro delle prescrizioni di Tertulliano osservazioni* (Observationes in analysim libri Tertulliani de praescriptionibus): ibid. 1784 in 8. Jansenianus Tamburini hac sua analysi egregium Tertulliani librum de *Praescriptionibus* foede corruperat; corrigitur igitur a Noghera = *Riflessioni sulla infallibilità del Papa nel magistero dogmatico*, (de Papae infallibilitate in suis dictatis dogmaticis): ibid. 1776 in 8 sumptibus Remondini = *Chi è il Papa... Risposta dell' Ab. G. B. Noghera*. Fulginiae 1783 per Joannem Tomassini in 8. Extat in volumine

inscripto: *Opuscoli 2 da aggiugnersi alla vera immagine del Papa etc.* Typographus Lectorem monet hoc Nogherae opusculum editum jam fuisse Sondrii in Valle Tellina urbe = *De natura, et caussis eloquentiae disputationes 3: opus posthumum*. Ibidem 1786 apud Remondini in 8: in fine extat ejusdem *Oratio de eloquentia*, habita Viennae, dum ibi Eloquentiam profiteretur = *La vita, e la morte dell' Uomo giusto, proposta negli esempj di S. Giuseppe* (Vita, et mors hominis pii graphice descripta in vita, et morte S. Josephi). Bononiae typis Lellii dalla Volpe 1786 in 8. Praecessit alia editio. Est interpretatio operis gallici Josephi Fierard ex Jesuitis exulibus Gallis, qui Mediolani obiit; ast nescio an hoc opus typo editum fuerit gallice. = Nogherae opera seorsus alias edita simul vulgata fuerunt Bassani 1790 tomis XVIII. in 8, in qua editione quae recenseo opera prius edita desiderantur; scilicet = *Risposta alla proposta: Cosa è il Papa* (responsio ad quaesitum Quid est Papa) = *Risposta alla proposta; Cosa è un Vescovo* (responsio ad quaesitum; Quid est Episcopus) = *Ragionamento sui nuovi sistemi, e metodo d' insegnare, e d' imparare le belle lettere* (Sermo de recentibus rationibus, docendi, et discendi humaniores litteras) = *Egregia praefatio* (italico sermone) ad Quadragesimales conciones Patris Tornielli; et eruditae illustrationes in Ciceronem. Reliquit m ss. plura tum ligata tum soluta oratione. Cum parum Noghera probasset titulum operis inscripti *Gerotricamerone*, auctore Alexandro Bandiera, contra illum scripsit dissertationem, quam ipse recitavit in Academia Mediolanensi *Transformatorum*; et laudatur a Mazzucchellio verbo *Bandiera*; nescio lucem ne viderit.

Nonnotte Claudius Adrianus Vesontione natus an. 1711. Erat in vivis mense Feb. an. 1780, ut asseverat locuples testis eruditissimus vir Franciscus Maria de Silva epistola III. decadis epistolarum de litteratura gallica (sermone hispano): Matriti per Antonium de Sancha 1781. Sub nomine Francisci M. de Silva latet Optimas Hispaniae Dux de Almodovar, qui etiam latere voluit nomine Eduardi Malo Luque in emendatione, et interpretatione hispanica operis gallici Abbatis Raynal de coloniis Europeis in America. Opera. = *Examen critique, ou refutation du livre des moeurs*. = *Les erreurs de Voltaire*. Lugduni apud Reguillat 1774 tomi II. et est VI. editio correctior, et magis aucta, ornataque tum egregia praefatione in utroque tomo tum etiam brevibus litteris Clementis 13 ad Autorem datis die VII Apris 1768 in qua praeter alia, ita loquitur summus Pontifex: *Quamobrem multum debere tibi dilecte fili, arbitramur, tum Religionem, tum Christianam Rempublicam .... nec sanctae Ecclesiae utiliorem te dare potuisse operam arbitramur magisque laudabilem, quam hoc libro tuo, qui summopere optamus, ut saepius adhuc recusus, factusque vulgatior, per manus circumferatur eorum omnium qui aliquo litterarum studio tenentur etc.* Clar. Bonsus Pius Bonsi Canonicus Florentinus italice interpretatus est hos errores. Florentiae 1773 typis Francisci Mouckè tom. II = *Dictionaire Philosophique de la Religion*: tomi IV Parisiis apud Moutard 1574 in 12: praecessit alia editio non ita correcta, et aucta. Ornatur haec nostra editio Litteris brevibus Clementis XIV datis in arce Gandulphi Dioecesis Albanensis 27 Octobris 1772 in laudem Auctoris; praeter alia haec ait Summus Pontifex: *In horum* (Fidei Christianae defensorum) *numero te esse eo magis gaudemus dilecte Fili, eoque utiliorem librum tuum fore confidimus, quo magis in aliis a te praeclare susceptis laboribus fuit cognitum, quam praestans tua, et quam egregia in religione tuenda sit opera .... Te interim hortamur, ut doctrina tua adjumento esse caeteris ne desinas ... Tibique, quem ob ingenium, ac pietatem tuam singulari charitate complectimur, apostolicam benedictionem peramanter impertimur*. Clar. Bonsus Pius Bonsi Canonicus Florentinus convertit Etrusce hoc dictionarium titulo *Nuo-*

vo Dictionario Antifilosofico, seu *Dizionario Filosofico della Religione* tom. IV Florentiae 1773, typis Francisci Moucke; addita ab eodem Bonso longa, et erudita praefatione. Clarissimus etiam Joannes Chrysostomus de Zabuesnig illud germanice reddidit titulo' *Philosophischem lexicon Religionis etc.* Legi Nonnottio adscribi opus inscriptum = *Les Philosophes des trois premiers siecles de l'Eglise, ou portraits historiques des philosophes paiens, qui ayant embrassè le Christianisme, en sont devenus les defenseurs par leur ecrits. Ouvrage avec le quel on ferà aisement la comparaison de ces philosophes anciens avec ceux d'aujord'hui.* (Sophistarum nuperorum et Philosophorum qui tribus primis Ecclesiae seculis Religionem Christianam amplexi fuerunt inter se comparatio) Plurimi, quid non dicam omnes? Religionis Christianae amatores invictum Nonnotii robur, et eloquentissimum ardorem in ea defendenda mirifice suspexere. Eruditissimus Antonius Sabatier de Castres (*les trois Siecles etc.*) minime dubitat asserere a Nonnottio omnino jugulatam fuisse philosophicam Voltairii ferociam; et doctissimus, et idem eximius Religionis assertor Antonius Valsechi ex inclyto PP. Praedic. Ordine Nonnottium praedicat oratione victrici (*penna maestra*) Voltairii errores confutasse (*La Religion vincitrice* par. 1. pag. 11. edit. Genuensis per Felicem Repetto 1776.)

Novaes Josephus de, Villaeregiae Dioecesis Braccharensis n. 13 Apr. 1736, Soc. ac. in Prov. Lusitana 9 Oct. 1751. Archiepiscopus Senensis Cardinalis Zondadari Josephum sibi elegit in rebus theologicis consultorem. Hoc an. 1815 Senas incolit Canonicatu honestatus. Opera = *Introduzione alle vite de' Sommi Pontefici, o siano dissertazioni storico-Critiche per servire d' intero rischiarimento a diversi punti nelle vite medesime contenuti, cominciando dall' elezione, coronazione, e possesso de' Pontefici medesimi etc.* tomis duobus Romae typis Archangeli Casaletti 1797 in 8. Dicat Auctor opus Principi Brasiliae. Catalogum, et brevissimam synopsim texit Dissertationum, quas universum hoc opus complexurum est: et sunt numero 23; quarum 3 tantum extant in hoc I. tomo; tomus vero alter editus eisdem anno, titulo, loco, et typographo continet dissertationes quartam, quintam, sextam, et septimam cum Appendicibus, ex quibus multae conficiunt *Bibliothecam Pontificiam* quam pollicitus fuerat in Vitis Pontificum. Opus sine dubio immensae eruditionis in quo doctissimus Auctor fere nihil reliquit aliis hac de re disputandum. Reor vulgatas fuisse tantum has 7 dissertationes. In idea operis quae extat in primo tomo, dicit Auctor se jam ante vulgasse specimen harum 7 dissertationum = *Elementi della Storia de' Sommi Pontefici da S. Pietro, sino al felicemente regnante Pio Papa VII. ed alla Santità sua dedicati.* Editio secunda correctior, et auctior. Tomi XIV. in 8: tomus primus 1802: tomus ultimus 1806 Senis per Franciscum Rossi, et filium.

Nuix de Perpiña (italice Perpignà) Raphael Gotholaunus in oppido Thora n. 17 Feb. 1741. Soc. ac. in Prov. Aragoniae 10 Mar. 1757. Ferrariae vitae cursum confecit 1802 ob nimiam in persequendis scientiis potissimum theologicis contentionem, quin unquam animum ab earum studio laxaret. Opera = Sumpto nomine Alethini Philolai *Orationes quinque ad Romanos pro Humanae Reipublicae felicitate adversus incredulam 18 Seculi Philosophiam.* Quaevis oratio unum tomum conficit. Assisii typis Octavii Sgariglia 1788 ad 1797 in 8 = *De vita, et moribus Blasii Larrazii.* Venetiis apud Franciscum Andreola 1798 in 8. Continet duos libros: in I°. ostenditur Larrazius *rectae rationis cultor eximius.* In altero *verae religionis cultor eximius.*

O

Oddi Longarus degli, Perusiae nobilissimo genere n. 6 Martii 1685, Soc. ac. in Provin. Rom. 21 Martii 1702,

y. 4 n. 15 Aug. 1719. In Romana Professorum domo ab anno saltem 1764 Praefectus erat Nobilium Sodalitati, quam Praefecturam administravit ille usque ad an. 1771. Eadem in Domo obiit anno 1773 paulo post Societatis extinctionem. In scribendo Etrusce magnopere excelluit: quam summam linguae patriae peritiam ad virorum sanctimonia illustrium vitas conscribendas luculenter adhibuit, eo successu ut nullus foret eorum, qui procurationi vacabant referendi in Beatorum album viros virtutibus Christianis praestantes, qui non Longarum adiret, et etiam urgeret, ad eorum vitas litteris illustrandas. Elucent profecto in Longari scriptis pergrata gestorum dispositio, concinna elegantia, et accurata verborum proprietas: et quod satius in hoc scripturae genere ducendum est, perspicuae micant sententiae, quae Lectorum animis ardorem instillant imitandi Heroas illos Christianos. Scripta = *La vita dell'Infanta d'Austria Suor Margherita della Croce Monaca Scalza di S. Chiara*. Romae typ. De Rossi 1733 in 4; in cujus cap. XI. pag. 61 laudatur Antonius Crespo, ut Auctor narrationis historicae obitus Ernesti Archiducis Austriaci vita functi 20 Feb. 1595 cui Crespus erat a confessionibus. Eadem Margaritae vita cum additamentis ibidem edita fuit typis Mainardi an. 1743 = *Vita del V. P. Giuseppe Anchieta della Comp. di Gesù*: ibid. per Joan. Jacobum Komarek 1758 = *Vita del Servo di Dio Pietro Claver della C. di Gesù*: ibid. typis Salomoniis 1748 = *Vita del Ven. Servo di Dio Giovanni d'Avila*: ibid. typ. Antonii de Rossi 1754 in 4 = *Vita del Padre Canisio etc.* Neapoli typis Muzianis 1755, quam dicat Clementi Augusto Archiepiscopo Coloniensi = *Vita del Servo di Dio Padre Francesco de Girolamo della C. di Gesù*. Romae typis Ant. de Rossi 1760, in 4, quam dicat Cardinali Portocarrero: ibid. cum additamentis typis Mainardi 1761, et dicatur a Longaro Cardinali Duci Eboracensi: ibid. typis Pagliarini 1866, et dicatur Immortali Pio VII. qui eodem anno Franciscum in Beatorum ordinem adscripserat. Libro 3 cap. I°. vitae V. Francisci ait Longarus se vitam scripsisse italice Joann. Bapt. Pignatelli, filii Hieronymi Pignatelli Principis Marsici (Marsico nuovo) quam nondum vidi. = *Vita del V. Servo di Dio Ludovico da Ponte etc.* ibid. typ. Antonii de Rossi 1761, quae dicatur Cardinali Marco Antonio Colonna. In hac Vener. Ludovici vita Longarus laudat quoddam ejusdem Vener. mss. *Directorium nempe asceticum*: sed idem reor esse ac laudatum a Sottuello, editum Hispali per Andream Grande an. 1625. In vitae fine extant ejusdem Ven. 45 monita = *Vita del Servo di Dio Padre Luigi La Nuza della C. di Gesù*. Venetiis apud Antonium Zatta 1765 in 4 = *Vita di S. Stanislao Kostka etc.* Romae 1766 typis Casaletti. Vitam quoque Longarus edidit Ven. Veronicae Cappuccinae, quae nondum ad manus pervenit. Eruditissimus Joan. Bap. Vermiglioti ampliorem operum Longari copiam suppeditabit in Bibliotheca Scriptorum Perusinorum, quam fere absolutam habet.

Oderico Gaspar Aloysius, clarissima familia, ex qua multi prodierunt viri, qui amplissimis muneribus, honorificentissimis legationibus, et summis Praefecturis egregie administratis summopere excelluerunt, ortus est Genuae 24 Dec. 1725. Soc. ac. in Provincia Romana 21 Ap. 1741. v. 4. n. 2 Feb. 1759. Confecto cum laude studiorum curriculo Antiquitatum studium, et diligens, assiduaque earumdem pervestigatio ita nostri animum rapuit, ut tamquam propriam hanc sibi rem ardore magno sumpserit, in eaque tam in numis, quam in inscriptionibus lapideis sive graecis, sive latinis explicandis nulli vel hujus immensae eruditionis artis peritissimo aetate sua cesserit. Ex quo, fama nostri undequaque diffusa, plures doctissimi viri non verebantur tantummodo, sed etiam in suis dubiis enodandis illum consulebant. Academia quoque Hetrusca eum in Socium adscivit nomine Academico imposito *Theodemii Ostracinii*. Musaeum quo-

que Kirckerianum nostro debet, quod numos quibus eruditus Capponius Jesuitis amicissimus illud ditaverat, in suas classes digesserit, et illustrationibus exornaverit. Quamvis non omnino ab hoç studio conquieverit, Theologiae tamen polemicae studium cum illo plures annos sociavit, vehementer urgente Cardinali Spinelli, qui gymnasii Theologici polemici ab eodem in Collegio Scotorum de Urbe erecti, Odericum Moderatorem, et Magistrum voluit. Hac etiam in Provincia non sui dissimilem, sed praestantem se Theologum praebuit, uti ejusdem Controversiae m ss. testantur. Extincta Societate, honestissimis conditionibus neglectis quibus si Romae maneret frueretur, in Patriam, illico se recepit. Illa optimum suum Civem bibliothecae publicae Universitatis Praefectum constituit: postmodum Socium, ed adjutorem dedit Joanni Baptistae Oderico germano fratri ad Sardiniae Regem Legato pro dissidiis amice dissipandis in finibus utriusque Imperii definiendis, quo in munere plura noster scripsit in Patriae defensionem. Ex hac Taurinensi expeditione in patriam redux, undecimo post reditum anno repentina morte opprimitur 10 Dec. 1803 magno omnium moerore, qui Oderici summam in Deum religionem, eximiam morum probitatem, singularem in adversarios lenitudinem, pluresque alias virtutes conspiciebant, et mirabantur. Odericus, edidit = *Dissertazione sopra un' antica inscrizione novellamente scoperta*. (De inscriptione veteri recens reperta dissertatio) Romae 1756 = *Gasparis Aloysii Oderici Genuensis e Soc. S. Dissertationes, et adnotationes in aliquot ineditas veterum inscriptiones et numismata etc.* Romae typis Francisci Bizzarini Komarek. an. 1765 in 4 sumptibus Venantii Monaldini Bibliopolae. Continet dissertationes 8. I. sermone latino de *Trallianorum numo ad Antonium Benedictum et S. J.* II. latine De *anonymi Martyris epitaphio ad Rocchum Schottum e S. J.* III. italice *Sopra un' antica iscrizione al P. Franc. Antonio Zaccharia del C. di G.* IV italice *sulla medesima iscrizione al medesimo*. V italice *sopra una iscrizione del Museo Kircheriano al medesimo*. VI italice *sopra la stessa iscrizione al medesimo*. VII italice *sopra una moneta di Volterra al medesimo*. VIII *sopra un' antica iscrizione nel Palazzo Barberini*. His 8 dissertationibus adjuncta est *Sylloge veterum inscriptionum annotationibus illustrata* ab eodem Oderico. Hanc syllogem consequitur nostri Andreae Rubbei interpretatio cujusdam inscriptionis. Hanc excipiunt *Inscriptiones antiquae* ex bibliotheca monachorum Camaldulensium S. Gregorii in monte Coelio, quas Clar. Maurus Sartius Abbas Camaldulensis dicat eidem Oderico. = *Dissertazione V di un Religioso della C. di G. sopra un Bidentale nuovamante scoperto*: extat in tomo V operis inscripti *Saggi di dissertazioni Accademiche publicamente lette nella Nobile Accademia Etrusca dell' antichissima Città di Cortona*. Romae typ. Nicolai, et Marci Pagliarini 1751 in 4. In tomo 7 ejusdem operis *Saggi* plane exprimitur Oderici nomen, quod in tom. V obscure indicabatur. = *Dissertazione IX del Signor Ab. Gasparo Oderico Genovese sopra una medaglia della Famiglia Antestia*: extat in tomo VIII Operis antea laudati *Saggi*, edito 1783. = *De argenteo Orcitirigis numo conjecturae*: Romae 1767 typis Joannes Zempel 1767. = *Ragionamento apologetico in difesa dell' Architettura Egizia, e Toscana*. (Defensio Achitecturae Ægyptiacae, et Etruscae): extat in opere inscripto *Diverse maniere di adornare i cammini etc.* Romae per Generosum Salomoni 1769: fol. max. nomine celeberrimi Architecti, ac Scalptoris Equitis Joa. Bap. Piranesi: sed eruditissimus Franciscus Carrega Oderici germanae sororis filius in eleganti elogio sui Patrui plane demonstrat non Piranesium, sed Odericum auctorem esse hujus eruditissimae defensionis; quae etiam gallice et anglice conversa in lucem prodiit. Illud quidem certissimum est nonnullos Viros doctos dissertationes suas Piranesio dedisse ejusdem scriptis Architectonicis inserendas tacito eorum nomine; quod affirmate testatur auctor (Eruditissimus

Bianconi) elogii Piranesii extantis in tomo 5. Anthologiae Romanae au. 1779, ubi istos auctores latentes, dicit fuisse Dominum Botteri, Jesuitam Contucci, et alios. = *Numismata graeca non ante vulgata quae Antonius Benedictus e suo maxime, et ex amicorum musaeis selegit subjectisque Gasparis Odericii animadversionibus, suis etiam notis illustravit*. Romae 1777. Vide *Benedieti Antonius* = *De marmorea Didascalia in urbe reperta ad Cajetanum Marinium*. Romae 1777 = *Altera de eodem argumento epistola*, Romae 1784 = *Lettera al Ch. Sig. Abate Marini sopra una medaglia inedita di Carausio*. Genuae 1778 (epistola ad Cl. Dom. Ab. Marinum de quodam numo numquam edito Carausii) = *Osservazioni sopra il valore del danaro antico ed il peso della libbra Romana*. 1786 (Observationes de pretio veteris denarii, et de pondere librae Romanae): Extat in opere inscripto *Giornale dei Letterati di Pisa tomo*. *LIX* = *Dissertazione sopra un passo di Pausania nelle Messeniache* (de quodam Pausaniae loco in Messeniacis) = *Dissertazione sopra un' antica Croce che si venera nella Chiesa Cattedrale di Genova*(de veteriCruce, quae in Templo Principe Genuensi colitur dissertatio): extat in tomo IX. operis antea laudati *Saggi* = *Lettera al Sig. Ab. Marini sopra una pretesa moneta di Ariulfo Duca di Spoleti*. Bononiae 1786 (ad Abatem Marinium de quodam numo, ut aliqui volunt Ariulfi Ducis urbis Spoleti Epistola) = *Lettera al Sig. Barone Vernazza sopra di un antico Epitaffio*. Taurini 1790 (de quodam veteri Epitaphio ad D. Baronem Vernazza Epistola) = *Lettere Ligustiche, ossia Osservazioni critiche sullo Stato geografico della Liguria fino ai tempi di Ottone il Grande con le memorie storiche di Caffa*: Bassani 1792 (Epistolae ligusticae, seu observationes Criticae de imperio seu situ geographico Liguriae usque ad aetatem Ottonis Magni, et monumenta historica Urbis Caphae, seu Theodosiae). Praeter haec typis edita reliquit Odericus haec m ss. nondum edita = *Dissertazione sopra una lapida Coccejana* (de quodam inscriptione lapidea Coccejana dissertatio) = *Osservazioni sopra 41 codici manoscritti della biblioteca del Citt. Giacoma Filippo Durazzo* (In 41. Codices m ss. bibliothecae Jacobi Philippi Durazzo Civis Genuensis observationes) = *Ordine Cronologico delle Iscrizioni Consolari di Giustino II. Imperatore* (Series chronologica inscriptionum Consularium Justini II. Imperatoris) = *Osservazioni sul monumento di Filopappo Besese* (Observationes in monumentum Philopappi Besensis) = *Serie cronologica de' Re del Bosporo Cimmerio* (Series chronologia Regum Bosphori Cimmerii) = *Confutazione del libro de Christo graece loquente*(Confutatio libri inscripti deChristo graece loquente) = *Confutazione del sistema del P. Magnano intorno l' anno della nascita Christo*(Refutatio sistematisPatrisMaignan circa annum Natalis Christi) = *Notizie istoriche sulla Taurica fino all'anno 1475* (Cognitiones historicae Tauricae Chersouesi) = *Lettera seconda sul preteso epitaffio di S. Felice II.* (Epistola altera de epitaphio, ut aliqui volunt S. Felicis II.) = *Dissertazione sui Cimiterj* (De sepulcris dissertatio) = *Memoria, su' confini di Viozenna* (De Viozenuae conterminis dissertatio) = *Epistolas plures de rebus litterariis, et antiquitatibus* italice = *Caesareorum Numorum, ac Lapidum Chronologiam* = *De epitaphio Sanctuli Subdiaconi* = *De epitaphio Magni Militis* = *De epitaphio Megetii Heliopolitani* = *De duplici Anaxila Rheginorum Tyranno* = *De numo Antigoni* = *De fratrum Arvalium origine, dignitate, et officiis* = *Adnotationes in Tabulam aeneam prope Isosecco repertam*. Haec m ss. excripsi ex laudato Francisco Carrega, quibus licet adjungere plurimas erudita Oderici litteras quae si ederentur justum volumen conficerent. Quibus adjungendi quoque sunt *De polemicis Disciplinis* sequentes tractatus quos suis Discipulis Odericus Romae dictavit, in quibus styli elegantia magna cum eruditione contendit, et quaestionum utilitas mira cum clarita-

te conjungitur: neque brevitas desideratur, vel in ipsa ratione magis academica, quam rigide contentiosa, et scolastica scribendi, nam quae parum, aut nihil utilia sunt, rescinduntur. Tractatus primus agit *de Deo, ejusque cultu tum naturali, tum Revelato*: *secundus de Scriptura Sacra*: *tertius De Ecclesia*: *quartus De Conciliis quintus De Romano Pontifice*: *sextus De Purgatorio*: *septimus. De Poenitentia*: *octavus De Indulgentiis*: *nonus De Sacrificio Missae*: *decimus De Justificatione*: *undecimus De Cultu Sancorum etc. duodecimus De Sacramento Eucharistiae*. Hos omnes tractatus libentissime legi beneficio, quod inter maxima refero, Francisci Xaverii Oderici Gasparis Fratris, viri sapientia, auctoritate, et consilio gravissimi, qui sanctissimo obitu ad Caelites Romae migravit. Utinam dignus tanto Patruo Clar. Carrega quam primum perficiat m ss. operum simul cum vulgatis amplam, quam meditabatur, editionem.

Ossuna Joannes de Rambnlae (Rambla) Regni Cordubensis oppido n. 19 Januarii 1745. Soc. ac. in Prov. Baetica 24 Januarii 1759, in cujus Granatensi Collegio sedulam Theologiae addiscendae operam dabat usque ad exilium Societatis Hispanae non modica acuti, et acris ingenii opinione, cui summa in Italia facta fuit accessio ex copiosa in omni genere eruditione, quam sibi Ossuna comparavit. Latine, gallice, Anglice, et Graece optime novit. In lingua vero Etrusca tum loquenda tum scribenda adeo excellit, ut quique etiam Etrusci peritissimi mirentur Hispanum hominem tantam Etrusci sermonis vim elegantiam, ac copiam sibi propriam fecisse. Sabinianum Aemiliae oppidum litterarum cultoribus haud ignobile vocatus, Rhetoricam ibi ac Philosophiam annis 9 fuit professus. Caesenam accitus Ephemerides politicas scripturus, hoc ille munus annis 8 egregie obiit tanto cum plausu a styli festivitate, ut ipse etiam Pontifex M. Pius VI. Caesenas, nullam aliam nisi Ossunae ephemeridem sibi legendam amarit. In patriam beneficio Caroli IV. cum caeteris revocatus, saepe a nobilissimis Urbium civibus invitatus orationes sacras publice dixit, Auditoribus Oratori effuse plaudentibus. Secundo in Italiam actus, nunc (1814 mens. Dec.) in Romana S. J. Professorum domo commoratur vestem Jesuiticam indutus; et unus est Sociorum Academiae Religionis Catholicae Romae erectae. Opera = *In funere Raphaelis Rodriguezii Mohedani. Epicedion*. Caesenae per Gregorium Biasini 1783 = *Le Nozze. Poemetto* (Nuptiae. Poemation) ibi. omnino = *Precetti nuziali*: *opusculo di Plutarco tradotto dal greco con note* (Praecepta nuptialia Plutarchi) ibid. 1787 = *De animorum motu, qui motum terrae Arimini subsecutus est. Charisii ad Lyshonymum Otium Sermo*: ibid. omnino. Est elegans, lepidaque versu latino Satyra = *Ephemerides politicae Caesenatensium* sermone Etrusco ab anno 1788 ad totum an. 1795: ibid. Tomi XVI. in 4: tomi videlicet bini singulis annis = *Ephemerides litterariae* sermone Etrusco: tomi duo: ibid. 1791, et 1792 = *Del uso, e vantaggio del carbon fossile* (de usu, et utilitate carbonis effossi, seu fossilis): ibid. 1793 = *Orazione Parenetica etc.* ibidem 1794. Hanc vibrantem, et acerrimam orationem in crudelissimos illos e Republica Gallicana praedones, qui totam Italiam, universam potius Europam dicam, latrociniis, caede flammisque dilacerarunt, Ossuna publice Caesenae dixit, eo plausu exceptam, ut Orator amicorum precibus cedens illam typis vulgare coactus fuerit. Illustrissimus Vir Marchio a Merito (Del Merito) appellatus, Gaditanus omni liberali doctrina politissimus illam a se hispanice versam Matriti edidit, et ad Militem Hispanum in Catalaunia bellantem misit, singulis distribuendam, atque centuriatim publice legendam ad inflammandos Hispanorum animos adversus inhumanos Hispaniae direptores. Ista Marchionis industria exitum, cujus est Orbis universus incredibili cum admiratione te-

stis, fortunatissimum habuit quam longissime trans montes Pyrinaeos praedones armis, et ferro fugandi = *Dell'importanza delle dogane ai confini di qualunque stato* (de magna portitorum utilitate ad confinia ditionum): ibid. = *Diatribae plurimae* sermone etrusco extant in Ephemeride Encyclopedica Vicentina (Giornale enciclopedico di Vicencia) et in Ephemeride inscripta *Genio Letteraria d'Italia*, quam suis typis Zatta Venetiis edebat = Haec habet MSS. = *De Hispanis qui in Italia libros ediderunt ab anno* 1768 = *De ratione studendi, et scribendi*: tom. II. in 4: sermone Etrusco = *Epistola de rebus Theologicis* = *Dissertationes* 9 *Academicae*, varii argumenti, quas publice habuit, e quarum est numero illa, quam Romae in Academia Religionis Catholicae adversus Iueredulos habuit 1807 de mendacibus descriptionibus felicitatis, et integritatis morum gentis Ottaitiae etc. = *De italica Baeticorum Sociorum profectione Commentariorum libri* 3 = *Della necessità di disimparare una gran parte delle cose con grande studio apprese nelle scuole* (De necessitate dediscendi plurima in scholis maxima opera arrepta). Opus omnino absolutum, preloque paratum praedones Cisalpini in nefario Aemiliae latrocinio rapuerunt. Absolutissimos nunc instituit perscribere commentarios de sua vita, et gestis sermone latino: quos, si edantur, doctissimo Auctori omni asseveratione confirmo eruditis hominibus ob styli nitorem, et rerum gestarum singularitatem plurimum arrisuros.

P

Palazuelos Antonius Fernandez de, In Montanis ad S. Emeterii portum (ita urbem Santander Mariana vocat) spectantibus natus 16 Julii 1748. Americam Juvenis admodum transmisit, et ibi Societati J. ac. 17 Julii 1763 in Provincia Chilensi. Extincta Societate pueris nobilibus religione, et bonis litteris instituendis se dedit. In his nobilissimos Comites Martorellios Auximanos instituit. Scripta = *La Tertulia etc.* Venetiis per Antonium Zatta 1795 in 8: Est interpretatio elegans hispanica poematis italici nostri Clementis Bondi, in quo lepide describit colloquia nocturna de more habita in Aedibus Nobilium: in qua interpretatione asserit Antonius se hispanice quoque perfecisse interpretationem titulo *Chichisveo* operis italici Parini, cujus tertiam partem operis Pariniani expectat, ut suam hispanicam interpretationem in vulgus edat. In fine hujus *Tertulliae* (liceat hac voce uti quippe nonnihil Tullii Ciceronis habet) extat elegans inscriptio latina in honorem Catharinae II. Augustae Rossiorum Imperatricis, quam hic excribo „ Catharina II. = P. F. A. R. I. = Imperio industria parto = Legibus emendatis. = Moribus excultis = Artibus invectis = Mercimoniis auctis. = Doctrina promota. = Sacerdotio in ordinem redacto = Jesuitis Juventuti servatis. = Tranquillitate domi restituta. = Europa bis pacata. = Coloniis deductis. = Sociis vindicatis. = Oris Hiperboreis lustratis = Piratis repressis. = Tauride recepta = Boristhene, Istro domitis = Ponto ultro, citroque debellato = Finitimis susque deque habitis. = Imperii finibus amplificatis „ Edidit etiam Palazuelus sumpto nomine Filopatro *Ensayo del hombre*: est interpretatio operis Alexandri Pope *An essay of the man*. (De homine specimen) Venetiis per Antonium Zatta = *El Salterio Davidico profetico de los sentimientos del Pueblo de Dios en metro cantable*: ibid. Hoc in opere asserit Palazuelus se edidisse interpretationes hispanicas libri sacri Jobi, et paradisi Miltonis = *Canticos de Salomon Version Poetica en metro Metastasiano*: ibid.

Palma Franciscus Carolus Ungarus Rosenbergensis clarissima stirpe n. 18 Aug. 1735, Soc. ac. in Prov. Austriae 18 Oct. 1750 v. 4 n. 2 Feb. 1769. Rhetoricam, et Poesia docuit. Anno 1773 Praefectus erat Nobilium in Collegio Regio Theresiano. Extincta Societate crea-

tus fuit Protonotarius Apostolicus; deinceps consecratus Episcopus Archiepiscopi Colocensis in Episcopatu Suffraganeus, et M. C. E. (interpretor *Magnae Canonicae Ecclesiae*) Praepositus major, et Canonicus. Obiit Pesti vir eruditissimus 10 Feb. 1787. Scripta. = *Heraldicae Regni Hungariae Specimen*, *Regia*, *Provinciarum*, *nobiliumque scuta complectens*. Vindobonae per Joan. Thomam de Trattnern. 1766 in 4. Dicatur opus Mariae Theresiae Imperatrici Augustae a Xaverio Orban de Lengyel-Falva. Auctor, ait in prologo ad Lectorem datum se fuisse Superiorum jussu adjutorem Nostro Stephano Kaprinai de quo in loco, in re numismatica Hungarica illustranda; Tyrnaviam postea missum fuisse, ibique institutionem esse sibi commissam nobilissimi adolescentis Joannis Nepomuceni ex Comitibus de Esterhazi de Galantha perpetui in Csesnek. Spem ibi quoque facit Hungaricas res amplius deinceps illustrandi: = *Notitia rerum Hungaricarum* tribus partibus constans Tyrnaviae 1770, et 1775; quam deinceps elimavit = *Specimen genealogico-progonologicum Rudolphi Coronini a seipso auctum*. Vindobonae 1773. = *Abhandlung von Titeln*, *und Mappen*, *derer sich Maria Theresia*, *als Konigiun von Ungarn gebrauchet* (Dissertatio de titulis, et insignibus, quibus utitur Maria Theresia, uti Hungariae Regina). Viennae 1774 in 8.

Panizzoni Aloysius, Vicentiae n. 11 Jun. 1729, Soc. ac. in Provincia Rom. 3 Nov. 1745 v. 4 nun. 2 Feb. 1763. Disciplinas mathematicas tradebat ann. 1773 in Collegio Cicognanio Pratensi, quo se munere exuit extincta Societate. Sed cum Petrus Leopoldus M. Hetruriae Dux Collegii Cicognani alumnorum frequentem destitutionem ab extincta Societate nulla posset via cohibere Panizzonium Pratum revocavit, quo factum est ut in pristinum honorem Collegium restitueretur. Aliquot annis hoc in munere egregie adimplendo contritis ad Socios Rossiacos Panizzonius evolavit, superstites illas Societatis reliquias amplexaturus. Anno autem 1794 jussu Cathariuae II. Russiae Imperatricis Augustae in Parmensem ditionem se contulit, vota Regii Ducis Ferdinandi Jesu Societatem suis ditionibus ardenter concupientis quamprimum expleturus, verum egregii Principis propositum quorumdam artibus infectum remansit. Delegatus fuit deinceps nomine R. P. Francisci Kareu Vicarii Generali S. J. ad immortalem Pium VII. Venetiis demorantem; eidemque Pontifici libellum supplicem obtulit, cum pro confirmanda Societate in Imperio Rossiaco, tum pro eadem restituenda in Provincias universas a quibus exularat; quorum primo concesso alterum in opportuniorem locum Sapientissimus Pontifex prudentissime rejecit. Denique invectam in Neapolitanum regnum Societatem sine mora Panizzonius quaesivit. Turbatis Neapoli rebus Pannizzonius cum reliquis Romam advenit; ibique vita functo P. Josepho Pignatelli renuntiatus fuit Provinciae Italiae Praeses et ab immortali Pio VII. anno 1814 solemni ritu accepit Apostolicam constitutionem, qua Societas J. in statum pristinum in universo Orbe catholico restituitur. Est in vivis hoc an. 1815. Ven. optimusque Cato Christianus vitam ultra seculum producat, nisi vita fessus se dimissum aveat, quia quemadmodum Simeonis, ejusdem oculi viderunt salutare Dei. Opera = *Elementi di Geometria piana*, *e de' solidi*, *e di Trigonometria etc.* Florentiae typis Cajetani Cambiagi 1774 = *Collectio meditationum pro octiduana collectione in exercitiis S. P. N. Ignatii ad usum Scholasticorum Soc. Jesu*. Polociae typis Collegii Soc. Jesu 1793, tacito Auctoris nomine. Opusculum succo vitae asceticae plenum, et ad corrigendos mores appositissimum = *Piissima praxis in honorem S. Ignatii Loyolae ... cum 100 Dominicis*, *tum 9 diebus ejus festum praecedentibus*: ibid. Est interpretatio operis Hetrusci auctore N. N. e Soc. Jesu = *Sacra e divota Novena in apparecchio alla festa di Gesù Nazareno etc.* Romae

per Ignatium Poggioli 1809: tacito Auctoris nomine. Hujusmodi Sacra Novendialia pro die D. Aloysio Gonzaga sacra, et pro diebus omnibus Deiparae honori consecratis latino sermone exaravit, quae Jesuitae Poloni polonice reddita typis ediderunt. Praeterea doctissimus Auctor penes se habet mss. universam Philosophiam, cujus partem metaphysicam summa cum voluptate, et utilitate legi, Architecturam etiam tum civilem, tum bellicam, et Arithmeticam Boscovichii hetrusce conversam.

Para de Phanjàs N. cujus ortum, Patriam, et Provinciam Religiosam prorsus ignoro. In doctrinis theologicis admodum versatus; sed in Philosophicis maxime excelluit. Physicam experimentalem plures fuit annos professus, tanto auditorum numero, ut aliquando 180 fuerint. In dirissimo Reipublicae Gallicanae tumultu Para metu summo exanimatus juramentum praestitit; sed cum Respublica dissimulatione omni abjecta Religionis ruinam totis nervis pararet, contra quam ipse deceptus cogitarat, facti poenitens ad Pii VI clementiam confugit pro sui errati venia impetranda. Opera. = *Templum Belsucense. Carmen*. Memorie trevoltienses (Apr. an. 1748) tribuunt Francisco Para (quem reor esse nostrum) hoc carmen in laudem Domini Belsunce Episcopi Massiliensis eruditione, ac sanctitate clarissimi = *Theorie des etres sensibles, ou cours complet de physique experimentale systematique, et geometrique etc.* Parisiis apud Carolum Antonium Jombert 1772 tomis 4 in 8. = *Les principes de la saine Philosophie conciliees avec ceux de la Religion, ou la Philosophie de la Religion*. Tom. 2 in 12: ib. apud Carolum Antonium Jombert 1774; quos dicat Auctor Regiae Faeminae Adelaidae Ludovici XV Galliae Regis filiae. Post tomi primi praefationem recensentur alia opera ejusdem Auctoris typis vulgata scilicet = *Principes de calcul, et de la geometrie, au cours complet de mathematiques elementaires, mises a la porté de tout le monde* in 8 grandi = *Elemens de metaphysique sacrés, et profane, ou theorie des etres insensibles, ou cours complet de physique speculative, experimentale, systematique, et geometrique, mise a la portée de tout le monde*. voluminibus 4 in 8 grandi; quam th[eo]riam Ephemerides Anglicanae litterariae inscriptae *The critical review or annals of litteraturae etc.* (Critica disquisitio etc.) tomo 1. an. 1773 multis laudibus exornant; quas certe laudes aeque merentur laudata initio *Principia sanae Philosophiae*, ob methodum, elegantem stilum, et facilem brevitatem. = *Theorie des etres insensibles, ou cours complet de metaphysique sacree, et prophane*. trib. tomis in 8 Parisiis apud Cellot 1779, quos dicat Germano Fratri Galliarum Regis et quos ipse latinos fecit atque edidit Parisiis 1782 apud Jombert juniorem vol. 2. = *Tableau historique, et Philosophique de la religion depuis l'origine des tems, et des choses jusqu'a nos jours*. Parisiis apud Jombert: tomus primus, agit de religione Patriarcarum: secundus de religione mosaica; tertius de Evangelica = *Theorie des nouvelles decouvertes en genre de physique, et de chimie pour servir de supplement a la theorie des etres sensibles ou au Cours complet et au Cour elementaire de physique etc.* Parisiis apud Cellot 1786 in 8. Clar. Franciscus Tortosa S. J. italice vertit laudatum opus *Les Principes de la saine Philosophie etc.*, atque tacito nomine edidit titulo *I principj della sana Filosofia conciliati con quelli della Religione, ossia la Filosofia della Religione*. Venetiis apud Thomam Bettinelli 1781 tom. 2 in 8. Idem Tortosa optimo consilio omnibus profuturo latine reddidit lucubrationes philosophicas, ac Mathematicas Parae his titulis *Arithmeticae, Algebrae, et Geometriae principia, sive Matheseos elementa etc.* Venetiis apud Laurentium Basilium 1794 = *Theoria entium insensibilium, sive Metaphysica*: tomis 3: ibidem 1795. = *Theoria entium sensibilium sive Physica etc.* tom. 4: ibid. 1797. = *Theoria eorumquae in re physica recens inventa sunt etc.* et est tomus V. *Theoriae entium sensibilium etc.* ibid. sed 1800. Multam Cl. Tortosae gratiam debent rebus Phi-

losophicis intenti quia acutum copiosum, ac praestantem Philosophum Param sua interpretatione latina longe parabilem fecerit.

Parc Jacobus du, natus in oppido Ponteau-de-mer 15 Nov. 1702. Rhetorices fuit Professor in Collegio Parisiensi Ludovici M. et Academicus Cadomensis. Opera = *Adversus invidos Normanorum Censores. Oratio* 1744: ex opere *La France Litteraire* edit. Paris. 1769 = *De felici ortu Burgundiae Ducis. Oratio habita in Regio Ludovici M. Collegio S. J.* Parisiis apud Thiboust 1751 ex Memor. Trevolt. 1752 mense Feb.. = *Eloge de Lovis XIV. ex iisdem* = *Carmina latina in ortu Delphini*: ex *la France Litteraire*. = *Observations sur les trois Siecles de la Litterature Françoise*. Amstelodami; et vaenit Leodii apud Orval Demazeau 1775 in 12. Sunt Epistolae 20 ad Dominum Sabatier de Castres Auctorem trium Saeculorum Litteraturae Gallicae, in quibus illum acriter perstringit, sicut et anonymos, auctorem scilicet operis la *Bibliotheque d' un homme de gout*; et auctorem *Dictionaire historique*, quem puto esse illum, quem correxit, et accessionibus ditavit noster Feller. In fine harum Nostri Jacobi Observationum extant duae ejusdem latinissimae orationes, una in defensionem Normandorum, de Delphini ortu alteram, quas multo laudat Feller *in Journal Historique, et litteraire Luxembourg* tom. 142; licet observationes acerbitatis taxet; ipse vocat Jacobum du *Parcq*; non *Parc* ut est in Cathalogo. = *Examen impartial de plusieurs observations sur la litterature*. Parisiis apud Berton 1779 in 8. Post hoc eruditum, et syncerum judicium de variis auctoribus venit egregia oratio latina de arte militari cum prolixis adnotationibus, optimis praeceptis, et exemplis instructis: Haec oratio conversa fuit gallice, ac typo edita ab Abbate Creissent de la Mozeille. Ex Feller journal tomo 153, qui Parcum eximie laudat. Anno 1781 Specimen vulgavit Jacobus novae editionis, quam moliebatur omnium operum Patris Jude a quo ille m ss. habuit. Ex nostro Feller *Journal* tom. 159 qui Jacobum vocat *le Noir-Duparc*; (est idem homo, qui *Jacobus Duparc*) et tomo 161 ejusdem *Journal* dicit Fellerus jam editos fuisse quatuor primos tomos cum Editoris praefatione: et tomo 165 jam laudat tomos V. VI., et VII. = *Nouveau Recueil de Playdoyers François aux quels on a joint plusieurs recherches tres utiles aux jeunes eleves del' eloquence*. Parisiis apud Viduam Thiboust 1786 in 12, vivente auctore.

Parhamer Ignatius, natus Schwanenstadii in Austria 15 Jun. 1715, Soc. ac. in Prov. Austriae 17 Oct. 1734, v. 4 n. 2 Feb. 1749 Philosophiae fuit Doctor. Celebre sibi nomen comparavit ab expeditionibus Apostolicis, quas Missiones vocant, per Dioecesim Viennensem; immo Superior fuit Missionum Austriae, Ungariae, Carintiae etc. Fuit a confessionibus Francisco I. Imperatori, et Archiducissae Mariae Elisabethae. Orphanotrophium Viennense erexit summa cum Aulae Imperialis laude ob Ignatii in orphanis instuendis, et nutriendis egregiam solicitudinem quos etiam artem militarem, discere curavit, ut pietatem cum armis noscerent conjungere. A Maria Theresia Imperatrice ob praeclara merita renuntiatus fuit Praepositus infulatus Ecclesiae Drozo Dioecesis Agriensis. Vivebat an. 1778 = *Das fromme Kind* (Bonus puer) Tyrnaviae 1744 = *Schulregenfur die Eltern, Kinder, und Lehrer* (Scholarum norma, pro genitoribus, filiis, et praeceptoribus) ibid. 1750 = *Der Catechismus mit den 3 Schulen, und gewohnlichen Gesangen* (Catechismus cum solitis canticis): 1750: qui catechismus redditus fuit illirice, et hungarice, et typis editus = *Der historische catechismus mit historischen fragen, Glaubens, und. Sittenlehren mit Kupfern* (Catechismus historicus cum interrogationibus, articulis fidei, et moralitatibus figuratus) prima pars 1750: secunda 1751: tertia 1752: et recusus 1754 = *Die Regeln der Chri-*

stenlehrbrudeschaft , un Auslegung derselben laut des pabstlichen Bullen S. Pii V. und. Pauli V. (regulae Catechistae benigni, cum earum expositione secundum bullas Pii V., et Pauli V.) 1751. = *Vollkommener Bericht von der Beschaffenheit des Waisenhauses unser lieben Fraven* (Accurata descriptio qualitatum faeminarum quibus de orphanis cura est) 1776 in 8. Obiit mense Majo 1786 Viennae, cum non multo ante Imperator Episcopali dignitate eum ornatum vellet.

Paulian Amatus Henricus Neumasii (Nimes) n. 23 Jul. 1722. Opera = *Conjectures nouvelles sur les causes physiques des phenomenes electriques*, 1761 in 4: Ex *supplement a la France Litteraire* = *Traitè de paix entre Descartes et Newton etc.* Avenione apud viduam Girard 1763: tres tomi in 12. Laudatur hoc opus a Memoriis Trevoltianis 1765, mensibus Jan. et Feb. = *Dictionnaire de Physique*: tomi III. in 4 apud Ludovic. Chambeau 1761 Avenione, ubi hoc anno Paulianus Philosophiam tradebat = *Systeme general de Philosophie extrait des Ouvrages de Descartes , et de Newton etc.* tomi IV. in 12. Avenione apud Viduam Girard, et Franciscum Seguin 1769. Pulcrum opus et eruditis gratum: in I. tomo agit de Vita litteraria Cartessii, ejus dogmata philosophica, et mathematica exponit, et quidquid non satis firmum Pauliano videtur, oppugnat: in tomo II. eadem ratione agit de Isaacco Newton: in tomo III. cujus ex prologo liquet Paulianum auctorem esse hujus operis, agitur de concordia inter Newtonum, et Cartesium, et secundum eam concordiam agit Auctor egregie de physica, logica etc. in IV. tomo agitur copiose de electricitate, tum gallice, tum latine quem tomum dicat Auctor Abbati Nollet, cujus placita de electricitate haud semper probat. Abbatis de la Caille celeberrimi Astronomi elementa mathematica in synopsim gallice scriptam redegit, atque commentario illustravit, quam latinam fecit Joh. Antonius Dalmasus, ediditque hoc titulo *Manuductio ad elementa mathematica Abbatis de la Caille etc.* Venetiis typis Thomae Bettinelli 1773 in 8. = *Le veritable systeme de la nature; ouvrage on l'on expose les loix du monde physique , et celles du monde moral d'une maniere conforme a la revelation* Avenione apud Niel 1791 volum. 2 in 12 = *Dictionnaire Philosopho-Theologique*. Oppugnantur, Increduli.

Pellegrini Joseph Aloysius Veronae summo loco n. 21 Janu. 1718 Soc. ac. in Prov. Veneta 14 Ap. 1733, v. 4 n. 2 Feb. 1751. Sacros libros ad populum explanabat an. 1772 in Veneta Professorum domo: plures fuit annos Concionatoris munere functus magna cum eloquentiae laude, cujus opinione excitata Maria Theresia Imperatrix Viennam Nostrum invitavit, ejusdemque conciones haud semel auscultavit. Opera = *Tobia. Ragionamenti*. Venetiis 1772 in 8 per Gasparem Storti tomis duobus, quos dicat Mariae Theresiae Romanorum Imperatrici. Tobiae historiam elegantissime modo oratorio persequitur. Plures etiam alios discursus, sive explanationes conscripserat in librum *Genesis*, quas noster Eriprandus Giuliari nonnullam edendi spem nobis facit. = *Prediche, e Panegirici*: duob. volum. in 8. Maceratae 1798 typis Antonii Cortesi. Ait Auctor in praefatione se ex Societate Jesu fuisse, cujus extinctio magno eidem dolori fuit, sicut dulcissima est ejusdem Societatis recordatio = *Al popolo Veronese Orazione posthuma ... edizione seconda accresciuta dell' elogio dell' Autore scristo dall' Abate Eriprando Giuliari*. Veronae ex typog. Giuliari 1800. Incredibile fere fit Senem 81 aetatis anno tantum eloquentiae robur conservasse in hac oratione conscribenda qua Veronenses suos eximie laudat: Huic orationi posthumae adjuncta sunt poemata ejusd. Pellegrini in obitu Amarittae (hoc poetico nomine latet Foemina illustris); quae jam vivo Auctore edita fuerunt: praeter alia duo de eodem argumento numquam antea edita. = *Debora , Giepte , Giona , Lezioni Sacre*. Tomi II. in 8. Venetiis 1804 apud Adolphum Cesare.

Opus posthumum in quo eleganti stylo oratorio explicat Deborae gesta etc. tomus II. totus est de Jona Propheta. = *Poemetti*. Bassani 1785 in 8. Continet poematia de Vesuvii eruptione; alterum de ponte Vejae: et tertium de Coelis, jam pridem editum. Alterum etiam poema edidit inscriptum *La Tomba* (Sepulcrum) ubi obitum deflet nobilissimae faeminae, quam poetice *Dimice* appellat. Obiit Pellegrinus Veronae 13 Apr. 1799 singulari pietate, qua semper vixit, vir de Religione Christiana, et de Jesu Societate quam veluti Parentem adamavit suis scriptis, et gestis benemerentissimum. In Pellegrini laudem Cl. Cajetanus Buganza S. J. lapidem sepulcralem hac eleganti inscriptione exornavit = Josepho Aloysio. Com. Peregrino = Sacro. E. Loyolidum. Gente. Oratori = Italiae. Toti. Probatissimo = Qui. Antiqua. Arte. Magistra = Novos. Aetatis. Suae. Persequens. Mores = Et Eleganti. Oratione = Et. Voce. Et. Gestu. Et. Lachrymis = Animos. Percellebat = Viro. Indolis. Suavitate. Omnibus. Caro = Doctrina. Et. Religionis. Amore = In. Primis. Spectabili = Poetae. Ad. Otium. Sublimi = Idib. April. Ann. MDCCIC. Aetat. S. LXXXII. = Inter. Gemitus. Amicorum. Extincto = Joseph. Com. Peregrinus. Fratr. Fil.

Patruo. Carissimo.
M. P.

Elegans, ac disertum elogium de Peregrino in lucem edidit Cl. Eriprandus Giuliari.

Peramàs Joseph Emmanuel Gotholaunus in urbe Matarò nobilibus genitoribus n. 17 Martii (alicubi lego 15) 1732 Soc. ac. in Prov. Aragoniae 12 Nov. 1747, v. 4 nun. 21 Dec. 1765. Ardore fidei propagandae incensus, Aragonia relicta in Paraquariam transmisit anno 1755: ubi et Guaraniis instituendis, et aliis muneribus rite obeundis sedulam operam dedit. Obiit Faventiae multa cum pietate 23 Maii 1793. Opera = *Orationes 5 in laudem Domini Ignatii Duarte, et Quiros Seminarii Monserratensis Fundatoris Cordubae Tucumanorum*. Cordubae Tucumanae typis Seminarii Monserratensis, in 4. = *Adveniente Faventiam ... Episcopo DD. Dominico e Marchionibus Manciforte ad urbis praesides SS. Sabinum, et Petrum Damiani Antistites Vota, et gratulatio. Carmen Epicum*. Faventiae 1787 typis Ludovici Genestri in fol. = *De vita et moribus 6 Sacerdotum Paraguaicorum*. Faventiae 1791 typis Archii in 8. = *De vita et moribus 13 virorum Paraguaicorum*: ibid. 1793: opus posthumum cui praemittitur Peramasii vitae Synopsis ab anonymo nostro eleganter, venusteque scripta. Vitas istas 13 virorum praecedit etiam praeclarus eodem Peramasio auctore commentarius de *administratione Guaranica ad Rempublicam Platonis*. Paratos prelo reliquit de Eucharistia libros cum notis quos reor esse Poema inscriptum *De Sacro in novum Orbem invecto* 4 libris constans. Dum in Paraquaria Theologiam addisceret, Superiorum jussu annuas Provinciae litteras scripsit, quarum ordinem, atque elegantiam miratus est Cl. Julius Cordara Universae Societatis historicus. Item in trajectione ad Europam ephemeridem latine scripsit accuratissimam, in qua loca, climata, resq. omnes praecipuas a Tucumanorum Corduba Faventiam usque a se visas adnotavit. Scripsit etiam Faventiae librum quem inscripsit: *Praesidium Juventutis* (nescio editus ne sit) et in quo ostendit DD. Gonzagae et Stanislao jure optimo datam Juventutis fuisse tutelam.

Perelli Joannes n. 11 Maii 1734. Soc. in Provincia Neapolitana ac. 11 Junii 1750. V. 4 n. 15 Aug. 1767. Anno 1766 Philosophiam tradebat in Collegio Paulano. Hoc anno 1814 mense Oct. exeunte degit in Romana Professorum domo Socius R. P. Provincialis. Opera = *Vita della Serva di Dio Maria Caterina Rossetti*. Romae 1805 per Joannem Giunchi in 4. Dicat Auctor opus Illustrissimo Archiepiscopo Edessano Francisco Bertazzoli = *Novena in onore del Bea-*

to Francesco di Geronimo ... composta da un Religioso della medesima Compagnia etc. Romae apud Linum Contedini 1814: est editio secunda. Hunc pium libellum ad excitandam in Beatum Franciscum pietatem exornant piae, neque in concinnae cantiunculae = *Congratulamento indirizzato alla Spiritosa Gioventù ed al erudito sesso Donnesco*. Romae apud Crispinum Puccinelli, anno, quanvis non designetur, 1814 in 12. Juvenibus in Religionem audacibus et foeminis eruditionem jactitantibus Perellius ad speciem fere consentiens edidit sumpto nomine *Liberio Averno* hanc congratulationem mole quidem exiguam, sed quae argumenta pro Religione defendenda complectitur, perbelle derisis incredulis Voltaire, Rousseau, Helvetio, et aliis, quos haec audax, et foeminea turba stultissima adoratione prosequitur. Ex hoc libello liquet Auctorem in Arcadiam fuisse cooptatum nomine *Anfibio* = *Modo di salvarsi con sicurezza* sine loco, nec typographo. In hoc pusillo libello ostenditur Christianam animi demissionem viam esse certam aeternae salutis consequendae.

Perez Franciscus natus in oppido *Boveda* (ideo latine se vocat *Camaropolitanum*) prope urbem Toro in regno Legionensi 12 Oct. 1720; Soc. in Prov. Castellana ac. 22 Ap. 1735. Infidelium conversioni inhians in Provinciam Quitensem se contulit. Vot. 4 nun. 24 Oct. 1756: Opera = *Tri-lichauon Goni-Arithmeticon; idest Triplindex angulo-numerans, et mensuram instrumenti geometrici monstrantis gradus minuta et secunda omnia, nova inventio, quam Franciscus Perez ... publico juri Europaeorum Mathematicorum dicat*. Florentiae typis Antonii Benucci, et Sociorum 1781 in 4. Quod inventum cum parum probaretur (forsitan ob exoticam inscriptionem) auctoribus operis dicti *Giornale letterario nel Confini d' Italia etc.* ejusd. defensionem suscepit Odoardus Macfarlane, Anglus epistola italice conscripta *Lettera del Sig. Odoardo etc.* Laudatum *tri-lichauon* hispanice Peretius convertit et plurimis additamentis auxit, misitque ad Orsunae Ducem, qui illud typis hispanicis vulgandi spem Peretio fecerat: misit etiam ad eundem Ducem quatuor (Diversiones literarias) *Otia litteraria*: in primo instituebatur examen Criticum *Nauticum*, geographicum, et Astronomicum de Eclypsi totius Solis, et de Lunae foramine observatis a Cl. Viro Anton. de Ulloa; multisque agit de necessitate et utilitate ab Hispanis percipienda in investiganda adamussim longitudine promontorii S. Vinc. pro suis in Americam expeditionibus: in secundo agit *de navigatione per Parallella*; ubi discutit gravem errorem editum nomine Clar. Quirogae (de quo in loco) ab ejus Sororis filio Emmanuele Mendez: in tertio corrigit errorem gravissimum, et navigationibus fatalem de astrorum amplitudine in quem incurrit Academia Regia Parisiensis per annos plusquam 80; et in quem incurrit etiam Cl. Georgius Juan: in 4 agit de Barometro, et Thermometro, et sine dubio, est idem opus atq. *Divertimento letterario* nomine Alexandri Sangomischi de quo proxime = *Divertimento letterario formato sui due istrumenti di Fisica sperimentale Barometro e Termometro*. Bononiae per Longhi 1790 tom. II. in 8. Perezius latere voluit sumpto nomine Alexandri Sangomischi. Operosus et semper de rebus physicis aliquid moliens obiit Peretius Bononiae mense Apr. 1807, relictis multis lucubrationibus physico-mathematicis, quae typis vulgentur, dignissimae.

Perotes Franciscus Xaverius natus in oppido Curiel Dioec. Palentinae mense Nov. 1742. Soc. in Provincia Castel. ac. mense Ap. 1758 Ob praeclaram quam sibi in Italia acri suo ingenio, et plurima lectione praestantis Theologi famam comparavit, ab Episcopis avide vocatus est, ut illis a consiliis Theologicis, et Canonicis esset. Degit Parmae hoc anno Opera 1815 = *Notizie istoriche intorno a' viaggi fatti da' Papi per abboccarsi co' Principi, e della loro riuscita per lo più felice; in occasione del pas-*

saggio di S. Santità Papa Pio VI. per Bologna . Bononiae 1782 ex typ. Columbae . = *Della religiosa perfezione*, *e della Cristiana e civile educazione trattato diviso in due parti* (anonyme) Bononiae ex typog. S. Thomae Aquinatis 1785 in 8 : opus profecto perutile foeminis Religiosis. Multa et doctissima opera Theologica m ss. habet, quae Mecaenatem benignum desiderant.

Petisco Josephus Ledesmae Dioecesis Salmanticensis n. 29 Sep. 1724, Soc. ac. in Provincia Castellana 29 Sep. 1738, v. 4 nunc. Ab aula Hispanica missus fuit in Galliam eruditionis causa . Imposito sibi munere cumulatissime praestito in Hispaniam se retulit; et Theologiam et libros Sacros exposuit, Scholasticosque S. J. in litteris graecis , et hebraicis, quibus excellebat , erudiendos suscepit Opera = *M. T. Ciceronis selectae orationes argumentis*, *et notis hispanicis illustratae in usum Scholarum S. J.* Villagarsiae typis Seminarii 1752 = *P. Virgilii Maronis bucolica notis hispanicis* : ibid. 1758 = *Georgica cum notis etc.* ibid. 1760 = *Aeneis cum notis etc.* ibid. 1760 = *Anacreontis Odae cum notis etc.* ibid. 1761 . = *Gramatica griega* : ibid. 1764 : est editio secunda magis correcta = *Los Comentarios de Cayo Julio Cesar traducidos* : tom. II. in 4 . Matriti ex typographia Regia per Petrum Julianum Pereyra 1798 . Haec Commentariorum Julii Caesaris interpretatio hispanica nomen praefert non Petisci, sed cujusdam Presbyteri = *Vida del Ven. Siervo de Dios el Hermano Antonio Alonso Bermejo Profeso celibe de la tercera Orden del Serafico Padre S. Francisco etc.* Remanet m ss. hujus sanctissimi viri hispanica vita : sed Cl. Joannes Josephus Tolrà S. J. illam compendiariam fecit et sermone Italico edidit hac inscriptione *Compendio della vita del Ven. Servo di Dio il Fratello Antonio Alonso Bermejo etc.* Venetiis apud Sebastianum Valle 1792 in 8 : tacito interpretis nomine.

Petrucci Josephi Interamnae n. 15 Martii 1747, Soc. ac. in Provincia Romana 21 Octob. 1763 . In Collegio Pratensi Rhetoricam docebat an. 1772 . Extincta Societate Romam accitus eloquentiam ac linguam Graecam tradidit in Collegio Romano. Degit hoc anno 1815 in Romana Soc. J. Professorum domo . Opera = *Callimachi Cyrenei hymni latinis versibus expressi etc.* Romae ex officina Salomoniana 1795 in 4 : notis eruditis adjectis. Monendum tamen est interpretationem hymni de lavacro Palladis pag. 76 esse Raymundi Cunichii . = *L'Epitalamio di Catullo sulle Nozze di Teti , e di Peleo tradotto in ottava rima* (Epithalamium Catulli versibus octonis Hetruscis). Spoleti apud Simonem Saccoccia 1803 in 4 . Ad calcem extant haud inutiles notulae = *Opere di C. Cornelio Tacito volgarizzate etc.* Tomus primus Perusiae apud Costantini 1813 et continet librum primum et secundum Taciti pluribus annotationibus adjectis . Marianus de Romanis nobilis in Urbe typographus vulgato typis scripto Litteratos monet editionem in se recepisse hujus interpretationis hetruscae volumina septima complexuram ; unde prela Perusina conquiescent.

Pianciani Joan. Bat. ex Comitibus Piancianiis Spoleti n. 1784 ; Soc. ac. post restitutam in utramque Siciliam Societatem . Miro ardore omnigenae doctrinae addiscendae operam confert ; ex qua, si non remittit ardor, magni sperandi sunt eruditionis fructus . Plura m ss. habet quae propediem in lucem prodibunt . Quae vidi sunt haec. = *Saggio sulla istoria fisica della terra* = *Dei giorni della Creazione Dissertazione*. Eruditus Auctor, et sermonis hebraici neutiquam imperitus acute ostendere nititur probabilem saltem esse suam sententiam, dies nempe 6 creationis , neutiquam fuisse 24 horis singulos definitos, sed epocas esse indefinitas ; itaque putat physicis, geologicisque observationibus satisfactum iri.

Pickel Ignatius Eustadii in Franconia n. 30 Jul. 1736 , Soc. ac. in Provincia Germaniae Super. 28 Sep. 1754, in cu-

jus Dilingano Collegio anno 1773, Mathesim et linguam Sanctam profitebatur, praeeratque Speculae Astronomicae, et Phisices Museo. Docuerat, antea Poeticam, ac Philosophiam. Opera = *Elementa Arithmeticae, Algebrae, ac Geometriae cum Sectionibus Conicis. Tomus primus* continens *Arithmeticam, et Algebram*. Dilingae typis Joan. Leonardi Broenner 1771 in 8 = Tomus secundus continens *Geometriam Theoricam, et practicam, Trigonometriam planam, Sectiones Conicas et prima calculi infinitesimalis fundamenta*: ibid. sed an. 1772. = *Elementa matheseos Discipulorum commodo in compendium redacta*. Augustae Vindel. sumptibus Matthaei Rieger 1789 in 8.

Pignatelli Josephus ex Comitibus de Fuentes inter Hispaniae Proceres, quos *Grandes* vocant, spectatissimis, Caesaraugustae n. 27 Dec. 1737. Divitiis, et honoribus paternae familiae nuncio remisso Soc. ac. in Prov. Aragoniae 8 Maii 1753. V. 4 n. 2 Feb. 1772. In linguis Hispanica, Italica, Anglica, Germanica, Latina, Graeca, et Hebraica non omnino hospes. In Hispania edidit, si male non memini, epithalamium carmine hispano in nuptiis Methymnensium Ducis et Mariae Franciscae Josephi fratris filia. Inscriptiones etiam hebraicas confecit, quibus Collegii Caesaraugustani frons adornata fuit, dum Carolus III. Neapoli adveniens Caesaraugustam ingrederetur. Invecta Societate in regnum Neapolitanum litteris Apostolicis Pii VII. Josephus sine mora Neapolim adiit, et renunciatus fuit Praeses Provinciae Italicae. Ejectis iterum Sociis ex regno Neapolitano in ditionem Pontificiam se contulit et Romae substitit, ibique diem supremum clausit 15 Nov. 1811 relicto magno sui desiderio ob paternum praecipue in Socios amorem, egregiam animi magnitudinem, et ferventissimam in Eucharistiam, et Deiparam pietatem. Qui spectatissimum virum noverunt, in magno desiderio sunt ejusdem vitae a P. Augustino Monzon S. J. italice conscriptae typis quamprimum edendae.

Pilgram Antonius, Vindobonae n. 3 Oct. 1730. Soc. ac. in Provincia Anstiae 18 Oct. 1747 v. 4 nun. 2 Feb. 1765. In Collegio Viennensi socius erat adjunctus Maximiliano Hell Astronomo Caesareo 1773. Opera = *Ephemerides astronomicae* pro anno 1769: Similes pro anno 1770: Similes pro anno 1771. Observandum est ephemerides an. 1769 editas fuisse insignitas nomine Patris Helli. Idem Pilgramus tabulas lunares celeberrimi Mayeri in commodiorem calculatorum normam reduxit; et extant in Ephemeride astronomica Patris Hell pro anno 1773 = *De paralaxi Solis*. Disquisitio: extat in Helliana Ephemeride pro anno 1774 = *Calendarium chronologicum medii potissimum aevi monumentis accommodatum*. Viennae sumpsibus Josephi nobilis de Kurzbeck 1781 in 4. Plurimum studii, et operae conferebat ad augenda, et illustranda Elementa artis Tormentariae Cl. Belidori, teste Scriptore Anstriae doctae. Incertum mihi est, quem exitum habuerint haec additamenta, et illustrationes.

Pinazo Antonius. (*Pinatius* in scriptis latinis se vocat) in oppido Alpuente in regno Valentino n. 26 Sep. 1750 Soc. ac. in Prov. Aragoniae 31 Octob. 1766. In Italiam deportatus Mantuae praeclara artium, et scientiarum Urbe altrice sedem perpetuam statuit. Mantuani Cives intime perspecta novi habitatoris Hispani summa eruditione eum renuntiarunt Studiorum Regiorum Regentem, ut vocant, Censorem classis Mathematicae, et Sacrae eloquentiae et Historiae in Seminario Tridentino Professorem. Regiae Academiae Patavina, et Taurinensis illum sibi socium delegerunt. Arcadia quoque Pastorem esse suum voluit imposito nomine *Hiparco Epireo*. Hosce honores non gratia, sed merito Pinatio fuisse delatos perspicue confirmavit idem eruditis scriptis vulgatis; quae sunt = *Della cognizione ch' ebbero le antiche genti, e i pagani Filosofi dell' esi-*

stenza in noi; *e necessità di uno speziale divino soccorso a ben fare*, *da' Dottori Cristiani distinto poi col peculiare adattato nome di Grazia*. *Dissertazione*. (Philosophi Ethnici intellexerunt Lectione Veteris Test. opus esse ad recte agendum peculiari Dei auxilio, quod a Doctoribus Christianis proprie appellatur Gratia). Veronae per Giuliari 1797 in 8; quam dicat Cardinali Alexandro Mattei, Archiepiscopo Ferrariensi = *Il Rayo*. *Poema*: sermone hispano. (Fulmen. Poema) Mantuae per haeredes Pazzoni 1802 in 4; impensis Caroli IV. Hispaniarum Regis, cui Auctor dicat opus, et in ejusdem Regis laudes excurrit cum maxima commendatione Regiae suae Clementiae, ac pietatis. In stropha (Octava) V. primi cantus spem nobis Auctor facit poematis alius in laudem Hispanorum, et Augustae Familiae Borbonicae Hispanae = *Ode a la paz* hispanice. (Ode pro pace) Veronae per Giuliari 1803 = *Ode tricolos tetrastrophos in laudem Xaverii Bettinelli demortui*: extat in opere inscripto *Prose*, *e Poesie in morte del Cavaliere Saverio Bettinelli etc.* Mantuae typis Francisci Agazzi 1808: quam Odem interpretatione Etrusca decoravit Cl. Joannes Predaval = *Analisi del Cantico di Mosè*. Venetiis 1813 typ. Joan. Petri Pinelli, in 4. = *De Panegyrica Oratione habita Mantuae in aedibus Vener. Seminarii Tridentini etc.* Mantuae typis Francisci Agatii 1814 in 4. Qua sit ratione constituenda Oratio Panegyrica Sacra elegantissime docet. Illam dicat sui Fratris filio Cl. Abdoni Pinazzo Canonico Segobrigensi, et in Athenaeo Valentino Matheseos Professori; et spem ibi praebet suas alias disputationes in laudato Seminario habitas in lucem prodituras. His Pinazzi scriptis a me lectis Josephus Fontius a Valle (Honuphrius Prat de Sabat) adjungit quae sequuntur = *Lettera al Ch. Ab. Tiraboschi in difesa d' alcuni punti dell' opera dell' Abb. Andres*: *Origine etc.* (Hac epistola ad Cl. Tiraboschium defenduntur nonnullae sententiae Cl. Joannis Andres in suo opere *Origine etc.*). = *Dissertazione sulla possibilità*, *e sulla maniera di liberare le Campagne dalla gragnuola*. (Quod fieri possit, et qua ratione fiat agros a grandine liberos praestari). = *Dissertazione sull' Influenza delle lettere*, *e delle scienze nello Stato Civile*, *e Politico delle Nazioni*. (Quam vim habeant litterae, et scientiae ad felicem constitutionem civilem ac politicam Nationum) = *Dissertazione sopra alcuni buoni effetti*, *che nascono da' temporali*. (De aliquot commodis, quae tempestates afferunt) = *Dissertazione sopra i vantaggi della pubblica educazione*, *e della sua influenza sulla Società*. (De utilitate institutionis publicae, et quam vim obtineat ad humanam Societatem perficiendam) = *Dell' Utilità de' premj pubblici* (De praemiorum publicorum utilitate).

Plà Joachimus in oppido Aldover Dioec. Dertusensis n. 6 Aprilis 1745, Soc. ac. in Provincia Aragoniae 31 Martii 1761. In Italiam deportatus toto pectore incubuit ad linguas Orientales addiscendas, quarum acerrimi studii hujusmodi fructuosus exitus fuit, ut doctissima Academia Bononiensis Joachimum renuntiaret publicum linguae Chaldaicae Professorem; quo se Magisterio exuit, cum Hispanis Sociis potestas facta fuit in Patriam redeundi. Sed exilio secundo pulsus Romam advenit, et a Principe Barberino eruditionis Joachimi fama excitato praefectus fuit suae publicae ditissimae Bibliothecae; quam praefecturam gerit hoc anno 1815. Opera = *Ode anacreontica* sermone graeco: extat in opere inscripto *Componimenti poetici al ... Cardin. Romualdo Braschi .. in occasione del fausto suo passaggio per Ferrara etc.* Ferrariae per haeredes Josephi Rinaldi 1787. = *Laudatio funebris Josephi Moñino Canonici Murciani*, sermone graeco: est interpretatio laudationis hispanicae auctore Joanne Lozano, Canonico Murciano; et extat in opere insripto Τιτρατλα. *Honores Sepulcrales etc.* Ferrariae per haeredes Rinaldi 1787. In laudato opere extant etiam in-

terpretatio italica laudationis hispanicae auctore Joanne Bap. Colomes, et gallica auctore Raymundo Ximenez, sed tacitis horum trium interpretum nominibus. = *Interpretationes* sermone Etrusco variorum Poetarum Provincialium: extant in opere Joannis Mariae Barbieri inscripto *Dell' origine de la poesia rimata*. Mutinae 1790 in 4. Quod Barbieri opus, e tenebris in quibus jacebat, primus lucem aspicere fecit Cl. Hieronymus Tiraboschi, additis ex suo adnotationibus, et praefatione, in qua ait de Pla nostro, neminem fortasse hac aetate nostra in Italia reperiri illo doctiorem et acutiorem polyglottum = *Carta filologica sobre el estudio de la antiquaria etc.* (Epistola de antiquitatis studio): extat in commentariolis litterariis Matritensibus (*Memorial Literario*), mens. Jul. 1788. Quae secuntur, nondum sunt edita = *Observationes critico-philologicas sobre la: Exercitatio linguarum Orientalium Graecae, Hebraicae, Chaldaicae, et Syriacae, ac Theses philologicae propugnatae a Joan. Bap. Guitard et Ricart Valentiae* 1786 *sub auspiciis* DD. *Joachimi Català, et Bayer Cisterciensis Monasterii Vallisdignae linguae graecae Professoris*. Has *exercitationes*, et *theses* suis Joachimus observationibus philologicis examinat. = *Reflexiones sobre la carta de Don Isidoro Bosarte acerca del origen y significado de las Voces Españolas* Arraez: Res, *que se lee en el Diario curioso, y erudito de Madrid*. *Num.* 209 *etc.* = *Vocabulario manual de las voces mas dificiles de la antigua lengua Provenzal traducidas al Idioma Español, Italiano, y Latino*. = *Idillion Arabicum, Canticum hebraicum, et Epigramma graecum* quae cum aliis Exjesuitarum Hispanorum poematiis edenda erant in Caroli III. laudem, cum ejus Regia nurus geminos fratres peperit. Joachimus hodie fere absolutum habet Indicem non aridum, et exanguem, ut fere contigit indicum Scriptoribus, sed succosa eruditione plenum, quo volumina omnia, quae plurima sunt, Bibliothecae Barberinae seculo XV. typis edita, enucleate persequitur. Plurima Principis Barberini eruditio, et mirificum in Litteratos studium, eosdem in spem certissimam vocant edendi has suae Bibliothecae Praefecti eruditas vigilias. Praetereundum non est, quod Eruditissimus Joannes Andres asserit tomo I. suarum Epistolarum, Joachimum, ut satis Oxoniensibus Litteratis faceret, Sixtinam editionem LXX accuratissime contulisse cum egregio mss. Codice graeco, qui asservatur apud Patres Carmelitanos urbis Ferrariae.

Pleyer Josephus ex Prov. Bohemiae: Anno 1763 in Collegio Pragensi ad S. Clementem Studiorum erat praeses: et anno 1772 in Convictu Pragensi Regens erat Decanus, Senior Theologiae, et examinator Synodalis. Opera. = *Quatuor elementa ad principia peripatetica ... explanata, et firmata*. Pragae typ. Universitatis 1746 in 16 = *Erotema philosophicum de Cometarum diversitate, et genesi*: ibid. 1749 in 12. = *Lux ad Ecclesiasticarum Ordinationum legitimam susceptionem*. Pragae typis Collegii S. Clementis 1771 in 8. Opus utilissimum in Adolescentium usum, qui se Sacris Ordinibus, atque apostolicis functionibus devovent. = *Erotema philosophicum de Planetarum praesertim minorum, et fixarum stellarum, in mundum sublunarem influentiis*. Pragae in 12 = *Dissertatio historico-critica de Berengario circa Eucharistiam*. Extat in tomo I. Thesauri Theologici edito Venetiis 1762 = *Ternarius virtutum Theologicarum ... tractatu theologico expensus*. Pragae typis S. J. 1758. = *Septenarius Sacramentorum tractatu theologico expensus*: Pars prima: quae de Sacramentis ingenere, de baptismo, confirmatione et Eucharistias agit. Pragae typis Soc. Jesu ad S. Clementem 1753 in 4. Alteram partem nondum vidi.

Plowden Carolus Britannus n. 1 Maii 1743. Romae Soc. ac. 7 Sep. 1759. Commorabatur in Seminario Romano anno 1770 theologiae Auditor in annum primum. In patriam reversus in ministeriis

Apostolicis fervide obeundis multum laboris, et operae ponit. Scripta. = *A Discours delivered at the consecration of the Right Rev. John Douglass Bishop of Centuria etc.* (Oratio habita, dum Joannes Douglass Centuriae Antistes inauguratus est). Londini per J. P. Coghlan 1781 in 8. = *Considerations on the moderne opinion of the fallibility of the holy see in the decision of dogmatical questions* (Confirmat egregie certissima esse judicia S. Sedis dogmatica adversus contrariam recentem opinionem). Londini per I. P. Coghlan 1790. Videtur Auctor non pauca hansisse ex Auctore tacito nomine egregii opusculi editi 1768 titulo *Examen du quatrieme article de la declaration du Clerge de France assemblee en* 1682 = *Observations on the oath proposed to the English Roman Catholics*. (Observationes in juramentum propositum Anglis Catholicis Romanis): ibid. 1791. Oppugnatur hoc scripto juramentum quoddam editum 1789, et Brittaniae Regi exhibitum a quibusdam Catholicis Anglis, in quo nonnulla sunt reprehensione digna = *An answer tothe second Blue Book* (Responsum ad alterum caeruleum librum): ibid. 1791. Vindicantur hoc responso Episcopi Catholici Anglicani a calumniis quorumdam Catholicorum, qui juramentum ann. 1789 praescripserant. Extat in fine epistola ejusdem argumenti, quae quamvis subscripta a Catholicis partes Pontificias foventibus, eundem mea sententia Carolum habet Auctorem = *Remarques on the Writings of the Rev. Joseph Berington*. (Annotationes in scripta Reverendi Josephi B.) ibid. 1792 in 8. Extant etiam ibi aliquot epistolae Henrici Garneti, et Roberti Personii S. J. = *Remarques on a Book entitled Memoires of Gregorio Panzani ... preceded by an address to the Rev. Joseph Berington* (Annotationes in librum inscriptum *Memoriae Gregorii Panzani* ... et alloquium cum Rev. Josepho B.): ibidem 1794. His duobus operibus totus est Carolus in confutandis erroribus, ac calumniis Beringtoni qui cum Panzanio mentiebatur quemdam libellum supplicem de potestate Papae parum Catholice disserentem, fuisse anno 1789 exhibitum a 1500 Catholicis, et asservari in Regio Tabulario Londinensi. = *A Letter from the Rev. Charles Plowden to C. Buttler ... in wich their rapports on the authenticity of the instrument of Catholic Protestation lodged in the British Musaeum are examined*. Londini apud Joan. Paulum Coghland 1796 in 8. Hac epistola ad Buttlerum ostendit Carolus argumentorum levitatem, quibus Buttlerus cum sociis nitebatur confirmare libellum supplicem 1500 Catholicorum prius laudatum, revera asservari in Regio Tabulario Londinensi. Scriptores operis *Giornale Ecclesiastico di Roma* tom XIII. praeclaram de Carolo mentionem faciunt. Dominus Gregoire Jansenistarum fautor in opere inscripto *Les ruines de Port-Royal-Des-Champs etc.* calumniam in Carolum instruxit, mendaciter dicens eum Jansenianae factioni favere, qua infami calumnia Carolum purgat doctissimus Auctor operis *Melanges de Philosophie, d' histoire etc.* tom. VII. apud Adrianum Le Clerc 1809; et Gregoirium malum, et ineptum Scriptorem appellat.

Plowden Robertus Caroli supra laudati germanus frater, quem nescio quo scripto legi fuisse e Soc. J. Scripsit = *A letter to Francis Plowden, Esquire, Conveyancer of the middle temple on his Work entitled* Jura Anglorum. *by a Roman Catholic Clergiman* (Epistola ad Franciscum Plowden Equitem, et Notarium templi mediocris de ejusdem opere inscripto *Jura Anglorum*) Londini typis J. P. Coghlan 1794 in 8. Robertus latere amavit sub generali nomine Presbyteri Catholici Romani. Est profecto egregia epistola qua nonnullos errores theologicos a Francisco fratre incaute susceptos valide confutat.

Poczobut Martinus n. 30 Oct. 1728; Soc. ac. 13 Aug. 1745, v. 4 nun. 15 Aug. 1762. In Collegio, et Academia Vilnensi ad S. Joannem an. 1768 Martinus erat Astronomiae Regius Profes-

sor, Typographiae, et Observatorii Astronomici Praeses, et Professor linguae graecae, ut liquet ex Catalogo Proviuciae Lituanae ejusdem anni. Post extinctam Societatem renuntiatus fuit Rector Universitatis Vilnensis, et a Stanislao Augusto Poloniae Rege donatus fuit icone argentea vultu Martinum ipsum referente, quam mihi videndam praebuit Cl. Callandrelli eximius in Collegio Romano Matheseos Professor. Ab eodem Rege in Ordinem Equestrem Aquilae Candidae fuit Eques Martinus adscriptus. Obiit Luneburgi in Livonia ann. 1810 magno Astronomorum moerore. Opera. = *Calculus Ecclipseos lunaris, quae accides* 24 *Feb.* 1766 = *Recherches sur l' antiqaitè du Zodiaque de Denderah etc.* Vindobonae apud Matthiam Andream Schmidt 1805; quas investigationes dicat Auctor Pio VII. Cum doctus Denom reperisset in urbe Aegyptiaca Denderah (Tinthyris) antiquissimum Zodiacum penicillo descriptum, quo nonnulli Sophistae ex incredulorum grege confisi cogitarunt evertere chronologiam Sacram Moysis, Cl. Martinus hac sua brevi dissertatione evidenter ostendit dictum Zodiacum Aera Christiana 546 annis esse solum antiquiorem. = *Oratio habita* an. 1781 *in instauratione Universitatis Vilnensis*; extat in opere inscripto *Universitas, et Academia Vilnensis olim a Valeriano Protosewitcz Vilnensium Antistite condita etc.* Vilnae typis sacrae Majestatis penes Academiam, in fol. Ex *Journal des Savans* mens. Jan. an. 1784.

Poda von Neuhaus Nicolaus, Viennae Austriae n. 4 Oct. 1724 (si fidem habemus Catalogo m ss. Prov. Austriae an. 1770, non vero Catalogo an. 1764 qui Nicolaum tum in Collegio Graecensi degentem ait natum fuisse 1723) Soc. ac. in Prov. Austriae 22 Jan. 1740 (non 2741, ut nonnemo scribit) v. 4 nun. 2 Febr. 1757 ex catal. an. 1770, vel an. 1758 ex catalogo an. 1764. Physicam, Mathematicam, Chymicam, et metallurgiam magna cum opinione docuit; ipse quoque Musaeum historiae naturalis erexit Graecii. Vivebat in patria anno 1778 Opera = *Insecta musaei Graecensis in ordines, genera, et species juxta systema naturae Linnaei digesta*. Graecii 1761 in 8 = *Kurzgefaste Beschreibung derbey dem Bergbau zu Schemnitz errichteten Maschinen nebst* 22 *Tafeln zu derselben Berechnung heraus gegeben von Ignatz edlen von Born.* (Compendiaria descriptio machinarum erectarum pro excavationibus Schemnitzensibus cum 22 tabulis, et earum calculis vulgata ab Ignatio Nobili de Born). Pragae 1771 in 8 = *Berechnung der Luft maschine*, *Welche zu Schemnitz vom Joseph Karl Hell erfunden, und erbavet Worden* (Supputatio, seu calculus aereomachinae a Josepho Carolo Hell inventae, et constructae ad usum fodinarum Schemnizii) Vien. 1771 = *Academische Vorlesung uber die zu Schemnitz in Niederungarn errichteten Pferd gabel*. Dresdae 1773: ex *Austria docta*. Qui urbem Schemnitium noverit, et ejus fodinas probe inspexerit nobis exponet, quid sit equus iste forcillatus Schemnitii erectus, seu constructus in Ungaria inferiori, de quo disserit haec lectio Academica Nicolai: extat in primo tomo *Selectarum ex amoenitatibus Academicis Caroli Linnaei*, editionis Graecensis = *Descriptio corporum terrestrium, et mineralium, quae in monte Arzberg Styriae superioris reperiuntur*. Extat ibidem tom. II. = *Examina lapidum ferrariorum montis Arzberg*; *et descriptio lapidum ferrariorum Musaei Graecensis, cum nominibus specificis vernaculis, synonimis, loco natali, usu, observationibus*: ibid. tom. III.

Pohl Josephus. Viennae n. 16 Dec. 1711. Soc. ac. in Prov. Austriae 15 Oct. 1726, v. 4 nun. 2 Feb. 1745. Commorabatur in Collegio Viennensi an. 1773 professorem agens historiae, quod munus 27 annis, et amplius exercuit. Opera. = *Tentamen physico experimentale in principiis peripateticis fundatum super phaenomenis electricitatis*. Pragae typis Universitatis 1747 in 8 = *Manuductio ad Historiam Ecclesiasticam*. *Pars*

prima Viennae Austriae per Joan. Thomam Trattner. 1753. = *Pars secunda* ibid. 1754 in 8.

Pons Josephus, Barcinone n. 19 Dec. 1730, Soc. ac. in Prov. Aragon. 20 Sep. 1746, v. 4 n. 2 Feb. 1764. Philosophiam anno 1766 profitebatur cum plausu in Universitate Cervariensi in annum quintum. In Corsica Scholasticos Jesuitas Aragonenses eloquentiam docuit; iisdem Ferrariae theologiam tradidit. Extincta Societate non docendi, non scribendi finem fecit, uti meritis debitisque testimoniis praeclare fatentur Urbes Nuceria, Fulginium, Trevia, Camerinum, Spoletum, ac Senogallia in quibus vel Philosophiam, vel Historiam, vel Jus utrumque, vel Theologiam publice explicavit summo cum Auditorum fructu. Est in vivis hoc anno 1815 Senex praecipua observantia colendus ob animi candorem, et mirabilem in docendo et scribendo contentionem. Opera = *Specimen Philosophiae Jesuiticae cum dissertatione de optimo genere tradendi Philosophiam*. Cervariae Lacetanorum 1795 in 4 typis Academicis. Dicatur Cl. Viro Josepho de Mezquia ex Mercedariorum ordine Episcopo Celsonensi = *Dissertatio historica dogmatica de materia, et forma sacrae Ordinationis, et singillatim presbyteratus*. Bononiae ex typog. S. Thomae Aquinatis 1775 in 4 = *Dissertationes binae de intima, ac naturali humanarum actionum ante omnem legem honestate, atque inhonestate: necnon de inhonestarum actionum merito et imputabilitate ad poenam*: ibid. 1780 in 8. Samuelem Puffendorfium, et Christianum Wolfium, egregie, et eleganter confutat = *Episcopus, sive de munere Episcopatus libri tres*, carmine heroico, quos dicat Cajetano ex Comitibus Ginanniis Episcopo Fulginati. Fulginiae 1784 typ. Joan. Tomassini = *Della salute dei letterati: o sia discorso contro il ragionamento sul medesimo assunto del Sig. Tissot etc.* ibid. typ. Jesualdi Fofi. 1789. Optimis argumentis oppugnat Cl. Medicum Tissot docentem mentis attentionem ad litterarum studium litteratorum saluti nocere = *Jus Canonicum ... sive de ratione discendi, et docendi jus Canonicum*: tom. II. ibidem 1794 typis Joan. Tomassini = *De Vita, et honestate Clericorum ... ex universo juris corpore, et Concilio Tridentino selecti Canones criticis notis, et observationibus illustrati*. Spoleti 1800 = *Del regolamento de' Collegj*. (De Collegiorum administratione). Senogalliae per Lazzarini 1801. Dicat auctor opus Cardinali Bernardino Honorati Episcopo Senogalliae. Videtur idem argumentum antea tractasse = *Ristabilimento delle Università, e di altri Studii generali*. (De Academiarum instauratione). Spoleti typis Simonis Saccoccia 1805. Dicat Auctor opus Cardinali Caesari Brancadoro Archiepiscopo Firmano = *Studio degli Ecclesiastici* (Quae litterarum studia viris Sacris conveniant): ibid. 1806 in 8; quod opus dicat Auctor Cardinali Francisco Mariae Locatelli Episcopo Spoletino = *De antiquitatibus Juris Canonici secundum titulos Decretalium*: ibid 1807, et dicatur eid. Cardinali, cui pollicetur auctor se praeter hoc primum volumen quatuor alia ex intervallo editurum, ut quinque Decretalium libros omnino complectatur = *Il Perfetto Scolaro*: Ibidem 1808 typ. Josephi Bassoni. Eximium ac utile opusculum Adolescentibus doctrina, ac pietate informandis. = *Discorso sull' utilità del metodo scolastico per comparazione col geometrico*: ibid. omnino, sed an. 1809. Methodum Scholasticam praefert Auctor in nonnullis Geometriae methodo = *De reditu Pii VII. P. O. M. Oratio*: extat in opere inscripto *Pio VII. P. M. Professores, Alumnique Gymnasii Spoletini ... ob felicem in suam Sedem reditum his poeticis floribus plaudunt*: ibid. omnino, sed an. 1814. His Ponsi operibus a me lectis adjungit Josephus Fontius a Valle (Prat. de Saba) in Indice operum Scriptorum Aragonensium etc. quae secuntur = *Historia Studiorum I. C. ab editione VII. Tabularum usque ad seculum XVIII.* = *Riflessioni intorno l'assistenza da prestarsi a' moribondi* = *Ignis*,

Poema didascalicum = *De Societate civili* = *Philocentrica*, *sive de corporum gravitate*: lib. 2.

Porzia Carolus di Purliliensis (errorem esse puto catalogi Sociorum ... S. J. in regno Siciliae ineunte anno 1814 pro *Foro Juliensis*) nobili genere n. 26 Martii 1740 Soc. ac. in Provincia Veneta 12 Oct. 1758 v. 4 n. 15 Aug. 1809. Venetiis latinitatem docebat an. 1770; anno vero 1772 in Collegio Romano auditor erat Theologiae anno primo. Extincta Societate piis egregiisque S. Philippi Neri alumnis se dedit; restitutae vero Societati in regnum Neapolitan. se addixit; et hoc anno 1814 in Panormitano Collegio Maximo rerum spiritualium Praefectum agit. Oper. = *I Salmi trodotti con note, e riflessioni opera del P. Gulielmo Francesco Berthier dal Francese trasportata in lingua Italiana dal Conte Abate Carlo di Porzia* Venetiis apud Franciscum Andreola 1799 ad 180.: tomi XII. in 8 = *Il vero spirito dei nuovi discepoli di S. Agostino: lettere di un Abbate Licenziato della Sorbonna ad un Vicario generale d'una diocesi de' paesi bassi*: tacito nomine. Venetiis per Franciscum Andreola 1802: tom. II. in 8: est interpretatio operis gallici Patris Lallemand S. J. Continet 38 epistolas, quibus Jansenistarum indoles accurate describitur = *Della divozione al Cuore di Gesù secondo lo spirito della Chiesa. Ragionamenti due etc.* Bassani 1803 typis Remondinianis in 8. Nonnemo hoc pium opusculum tribuit Aloysio Lanzi superius laudato, editionem modo curante Porzia. Idem interpretandum italice susceperat Sacrum Prophetae Isaiae librum a Berthiero gallice conversum, et annotationibus illustratum; nescio an Porzia interpretationem absolverit, typisque vulgaverit.

Pou Bartholomaeus Balearico-Majoricensis in oppido Algaide n. 21 Jun. 1727, Soc. ac. in Provincia Aragoniae 25 Junii 1746, v. 4 nun. 15 Aug. 1760. Tradita Bilbili Philosophia reliquum in Hispania tempus in docendis tum exteris, tum Nostris graecas litteras, atque latinas luculenter posuit. Ipsi profecto Aragoniae Provincia devinctam se magnopere fatetur ob excitatum a Povio in plerisque suis alumnis mirificum litterarum graecarum studium. Tantam sibi Povius in Hispania famam exquisitae eruditionis jam inde comparaverat, ut eruditissimus Jurisconsultus Finestresius, dum in opere inscripto *Sylloge inscriptionum* viros illos recenset, qui ejusdem labores litterarios promoverint, magnificum hocce testimonium de Povio juvene vulgaverit: Inter quos, *principem locum habet R. P. Bartholomaeus Povius S. J. ex eo tempore, quo hic Cervariae humaniores literas summa cum laude profitebatur, mihi amicitia conjunctissimus. Is enim vir singularis eruditionis et eloquentiae Tarracone cum versaretur, sedulam operam navavit inquirendis, summoque fide describendis veteribus epigrammatis marmore incisis, quorum apographum accurata manu exaratum humanissime ad me transmisit, paulo antequam Bilbilim evocaretur ad docendam Philosophiam: quod sane mihi valde profuit, tum ut quae ab aliis perperam scripta fuerant, emendarem, tum ut aliquot nove repertas inscriptiones, ac nondum editas in lucem publicam proferre nunc possem: quo nomine maximas ago gratias viro eruditissimo, cui non minores debet Respublica literaria*. Pari contentione in Italia et nostros literaturam graecam atque latinam edocere perrexit eo successu, ut plures ex ejusdem schola egregii prodierint Discipuli. Bononiae, ubi aliquot annos constitit, nobilissimos Juvenes Hispanos Collegii S. Clementis ab immortali viro Aegidio Cardinali Albornoz erecti graeca eruditione, idque adprobante Aula Regia Hispanica, instituendos suscepit. Romae, quo Cl. Antonius Despuig Dameto in Curia Romana tunc Aragonensis Auditor, deinceps S. Ecclesiae Cardinalis et Patriarcha Antiochenus N. Povium quam primum evocavit. Romae, inquam hoc in splendidissimo theatro, praeter alios habuit ille Discipulos Benedictum Moxo

Benedictinae Congregationis Tarraconensis Monachum, Xaverium Argaiz, et Joannem Despuig Saforteza ingenio, et eruditione praestantes. Moxovium nescio collaudem magis a probatissimis moribus, et sanctitate vitae, an potius ab eximia eruditione in omni scientiarum genere, quo duplici ornamento earum amplumque sibi nomen apud omnes Adolescens ornatissimus traxit. Quid ergo mirum Carolum IV. Hispaniarum Regem, acerrimum meritorum aestimatorem Moxovium ad Infulas Episcopales evexisse? De Argaizio, postquam in Patriam se recepit, etsi nihil ego novi, asseverabo tamen doctissimum esse Juvenem, si contentionem, qua puer Magistro Povio litteras arripuit, eandem perseveranter continuaverit. De Joanne Despuig plura tacebo, quam dicam; dicam tamen illum in Canonicorum Majoricensium ordinem adlectum, ita literis cujuscumque generis sedulam navare operam, ut non solum graece, ac latine sit peritissimus, sed juris etiam tum sacri tum prophani, matheseos quoque disciplinis sit egregie institutus. His optimis, fructuosisque occupationibus inserviebat perlibenter Povius; dum Exjesuitis Hispanis in patriam per Regiam benignitatem remeare licuit. Hujusmodi Regis beneficio usus, Palmam Balearium Povius transmisit, ubi postquam a Rege duplici stipendio annuo affectus fuerat anno 1799, summa pietate obiit 17 Aprilis pridie dominicae Christo resurgenti dicatae, anni 1802. Vir fuit equidem Povius acuto acrique ingenio, memoria valebat plurimum, vixque relaxabat animum a studendi contentione. Omnigena eruditione claruit: theologicis praesertim, ac philosophicis disciplinis eminebat: latinissimus Scriptor, neque minus graece doctus, mira facilitate sane utraque lingua et scribebat, miscebatque sermones. In juvandis, fovendisque aliorum studiis non numquam alacer, ac promptus; ideoque innumera sunt, quae correxit, mutavit, adjecit, digessit, imo etiam principium, finemque imposuerit aliorum lucubrationibus, priusquam in vulgus ederentur. Vir etiam fuit summa in Deum pietate, castigatissimis moribus, et vitae innocentia clarissimus. Plurimis multi Povium laudibus cumularunt. In his Clar. Benedictus Moxo amplum testimonium de Povio Institutore protulit in elegantissimo *de vetustissimis philosophis ab atheismi crimine vindicandis commentario*, a pagina 81, edito Cervariae 1799: ubi inter alia ait *hominem Povio in politioribus litteris doctiorem neminem hactenus invenisse*. Raymundus Diosdado Povio dicavit suum *de lingua Evangelica commentariolum*. Povii opera. = *Ludi rhetorici, et poetici in Academia Cervariensi etc.* Cervariae per Emmanuelem Ibarra 1756 in 4. Complectuntur hi ludi allocutionem de tota ludorum ratione: consequitur tragaedia latina, inscripta *Hispania capta*: Tragaediam excipit oratio latina *de retinenda eloquentiae gloria*. Denique ultimo loco venit *de lingua graeca perdiscenda oratio* graece, ac latine scripta = *Institutionum historiae philosophicae libri* 12. Bilbili per Joachimum Stevanium 1763 in 4. Opus multorum judicio, et optima rerum dispositione, et stili elegantia longe superans historiam Jacobi Bruckeri = *De Vita, et moribus Joannis Berchmansii*. Fulginiae per Joannem Tommassini 1788 in 8 = *De vita Augustinianae Virginis Beatae Catharinae Thomatiae*. Romae typis Salomonis 1797 in 8, quam dicat Auctor Bernardo Nadalio Majoricensium Episcopo = *Apologiae pro Jesu Societate in Alba Russia incolumi etc. libri* 4, *auctore Ignatio Philaereto* (sic voluit latere Povius) *ad Marcum Bolanum*. Amsteledami (haud licuit verum locum invenire) 1793: tomis duobus in 8. Multis confirmat Povius, consensu etiam Clementis XIV. suffragante, Jesuitas Albae Russiae veros etiam post Societatis abolitionem esse religiosos, ac minime schismaticos, uti criminabantur aliqui = *Bassis libri duo: Laurae Bassiae Bononiensis Academiae Philosophae epitaphium: graece ac latine* Bo-

noniae. M SS., quae Povius reliquit, sunt ista = *Interpretatio Hispanica Herodoti*: habita jam a Senatu Regio Castellae facultate illam edendi; et quam novimus placuisse praeter modum Petro Rodriguez, Comiti de Campomanes = *Interpretatio hispanica vitae latinae B. Catharinae Thomasiae* = *Specimen interpretationum hispanarum Auctorum Classicorum tam ex graecis, quam latinis, tum sacris, tum prophanis* = *Interpretatio hispanica Demetrii Phalerei* = *Oratio latina* in ortu geminorum fratrum quos Maria Ludovica Caroli IV. uxor uno felicissimo nixu peperit. Exjesuitarum Hispanorum nomine hanc elegantissimam orationem, quam legi, Povius publice dicturus erat Romae; sed cujusdam Politici artibus disturbatum fuit hoc sincerum Exjesuitarum officium erga suos Reges Carolum III., et ejusdem filium Carolum IV., ac Mariam Ludovicam, quorum virtutes laudibus aeternis Povius prosequebatur. = *Alivio de Parrocos*: brevis est Catechismus = *Logica* sermone hispanico. Haec duo opuscula alium fortasse habent Auctorem, sed a Povio saltem fuerunt correcta. Fortissimus Incredulorum Expugnator Cl. Zevallos ex inclyto Ordine Hieronyminiano eruditissimam misit ad Povium lucubrationem m ss. *De obligatione reridendi quam habent Episcopi Titulares etiam in partibus Infidelium*, ut illam corrigeret, in meliorem ordinem digereret, eastaque latinitate donaret. Penes Cl. Joannem Despuig Povii discipulum extant plura Magistri m ss. Quam gratum esset litteratis epistolas saltem latinas Povii, quae magno sunt numero, typis vulgari. Harum epistolarum optatae editionis spem fere certam nobis afferunt multa, et egregia Familiae Despuigianae in Povium vivum, atque mortuum officia.

Prat de Saba Onuphrius Gotholaunus Vici n. 31 Mar. 1735, Soc. ac. in Prov. Aragoniae 4 Sep. 1748, v. 4 num. 15 Aug. 1766. Philosophiam, ac Theologiam in Hispania tradiderat. Romae Senex a pietate, et eruditione venerandus oblit 16 Nov. 1810. Opera. = *Imago optimi Episcopi, sive de vita, et virtutibus V. Raimundi Marimonii Vicensis in Ausetanis Episcopi Liber singularis*. Ferrariae 1785, typo Francisci Pomatelli; quem dicat Auctor Cardinali Alexandro Mattei Archiepiscopo Ferrariensi = *Borsi Aretini primi Ferrariensis Ducis Prosopopaeia*: carmine heroico: ibid. omnino = *De causis nullius fructur reportati in promovendo probabiliorismo vocibus, et scriptis pluribus Torquati Firmiani ad Laelium Flaminium dissertatio epistolaris*. Venetiis per Josephum Rosa 1786 in 4 = *Sacra Aragonensia sive de viris Aragonensibus religione illustribus etc.* Ferrariae typ. Fran. Pomatelli 1787 in 8; quae dicat Auctor Francisco Benincasa Episcopo Carpensi. = *Vicennalia Sacra Peruviana, sive de viris Peruvianis religione illustribus, hisce 20 annis gloriosa morte functis*: ibid., sed 1788 in 8 = *Pelajum, sive sceptrum Hispanicum divinitus servatum ... canebat Onuphrius Prat de Saba etc.* ibid. 1789. Elegans Poema istud heroicum libros 7 continet eruditis cum adnotationibus Historiam patriam illustrantibus. = *Ramirum, sive Hispaniam ab infami tributo liberatam... canebat Onuphrius Prat de Saba etc.* ibid. omnino. Pari Elegantia, ac *Pelajur*, Poema libros 6 complectitur adnotationibus adjectis = *Ferdinandum, sive Hispaniam a Mauris liberatam ... Onuphrius Prat de Saba ... canebat*: ibid. sed 1792 in 8. Poema hoc heroicum 12 libris constans conditum est a Saba annos vitae 60 numerante, ut ipse poematis initio declarat his versibus: *Bis jam terdenas numerem licet ordine brumas-Canentisque diu sortem morbosque senectae-Experiar, longe patriis distractus ab oris etc.* Unde facile quisque colliget Sabam ad Poesim fuisse natum, quam si a teneris unguiculis coluisset, neutiquam dubitarem, quin magnum inter summos Poetas locum habuisset = *Saggio delle virtù, ed opere prodigiose del P. Giovanni di Santiago della Compagnia di Gesù morto in Cordova 1762*. Parmae 1798 = *Operum*

Scriptorum Aragonensium olim e Soc. J. in Italiam deportatorum index editus in lucem a Josepho Fontio a Valle Auxetano (his nominibus latere voluit Saba) : sine loco, quem Romam esse novi, et sine anno qui certissime prior non fuit an. 1802. Haec m ss. reliquit = *Annus faustus ex diebus fastis quorumdam illustrium virorum S. J. ab Hispaniensibus regnis exulum*. Volum. 2 in 4 : quod opus prae manibus habui. Brevi sermone vitas describit Jesuitarum ex singulis Imperii hispanici Provinciis. In scribendis Sociorum Toletanorum vitis usus est Saba commentario m ss. hispanico, qui penes me est, auctore Raphaele Sandoval a condiscipulatu mihi conjunctissimo = *Carmina varii argumenti* = *Exercitationes sacrae ad D. Ignatii mentem* hispanice. Vol. 3 in 4 = *De religione, ac Divina Providentia* hispanice = *Sermones adversus incredulos* hispanice = *De auctoritate S. Scripturae* = *Philosophia in compendium redacta* = *Historia Sacra de 20 illustrium virorum Veteris Testamenti* = *Trattato aritmetico* italice = *Epistolae familiares de erroribus, qui contra Religionem continentur in quibusdam libellis*, italice = *Historia de haeresi Arriana* hispanice = *Historia de Iconoclastis* hispanice: et alia minutiora.

Prats Bonaventura Tarracone n. 11 Mar. 1749, Soc. ac. in Provin. Aragoniae 7 Sep. 1763. Doctissimo Praeceptore Bartholomaeo Povio in perdiscendis litteris latinis, ac graecis usus, in iisdem penitus cognoscendis quam maxime excellit, nobilissimus tanti Praeceptoris aemulator. In Italia doctrinis Philosophicis, Theologicisque egregie excultus, multaque, ac recondita eruditione ornatus a plurimis Gymnasiis fuit, ejusdem eruditionis fama diffusa, amplis praemiis ad docendi munus vocatus, sed homo litterarum solummodo avidus, conditiones omnes oblatas nullo in pretio habuit. Romae degit hoc an. 1815 haud sine fructu eruditorum, quorum lucubrationes priusquam edantur, vel emendat, vel illustrat. Opera = *Ode graeca* in laudem Cardinalis Romualdi Braschi: extat in opere inscripto *Componimenti poetici al ... Cardinale Romualdo Braschi etc.* Ferrariae per haeredes Josephi Rinaldi 1787 Plurima Bonaventurae judicia, et scriptorum variorum excerpta vulgata sunt in nunciis litterariis Florentinis, Mutinensibus, Matritensibus ac Pisauis, vel omnino anonyma, vel elemento *P* solum expresso, et aliquando verbo *Prati*. Alias etiam lucubrationes graece, aut latine, hispanice, et italice tum soluta, tum ligata oratione vulgavit tacito suo nomine, aut sumptis nominibus Philomolpi, vel Philiberi. M. SS. = *Conjecturae de poesi, et musica veterum*: tribus partibus. In prima illustrantur Veterum dicta. In secunda proponuntur conjecturae Auctoris pluribus dissertationibus instructae. In tertia refutantur opiniones Vossii, Burettii, Arnaudi, Bentlei, et aliorum = *Rhytmica antiquorum Graecorum illustrata*, cum bina dissertatione de metro, et Rhytmo = *Plutarchus de Musica* ex graeco conversus et notis, dissertationabus que illustratus simul cum Luciano, et sectione 19 Problematum Aristotelis = *Observationum in veteres Classicos libri 5*: quibus Plato, Plutarcus, Lucianus, Cicero, Quintilianus, Theodoretus, Tatianus, Clemens Alexandrinus, Basilius, Dionysius Halicarnassus, Laertius, Aelianus, Photius, Plinius, et alii plures illustrantur = *Emendationum, et elucidationum Athenaei libri duo* = *Terentianus Maurus emendatus, et illustratus* = *Dissertatio de vita Theraupentarum secundum Philonem*. = *Procli Chrestomathia ex Photio versa, et illustrata* = *Jonis Chii, et Dithyrambicorum fragmenta collecta, et illustrata*. Haec omnia erudita m ss. Bodonius nobilissimus Typographus fidem Auctori dederat se quamprimum editurum: sed faeda Gallicanae Reipublicae tempestas omnia permiscuit. = *Inscriptio Rosettensis graeca latine reddita, notis illustrata, et 4 commentariolis exornata*. Hanc interpretationem, et illustrationem hortatione, sive mavis precibus eruditissi-

mi Cajetani Marini ab Auctore susceptam neutiquam absolvit idem longinquo, difficillimoque morbo implicatus.

Pray Georgius Ungarus Posoniensis natus (si fidem habemus Catalogo 1 m ss. Provinciae Austriae ann. 1770) die 13 Sep. 1723. (Catalogus ejusd. Provinciae an. 1764 dicit fuisse natum 11 Januarii 1724) Soc. ac. in Prov. Austriae 14 Oct. 1740 juxta Catalogum an. 1770: dicente vero Catalogo an. 1764 Societatem ingressum 15 Octobris, v. 4 nunc. 2 Feb. 1758. Poesim, Rhetoricam, Philosophiam ac Theologiam tradidit. Extincta Societate renuntiatus fuit Regiae bibliothecae Budensis Praefectus, et designatus ad conscribendam Ungariae historiam annuo 400 florenorum censu; quam sibi impositam Provinciam cumulatissime obivit, veritatis fidelissimus custos, antiquitatis sagacissimus investigator, criticusque severissimus haud sine laude in scribendo elegantiae. Erat in vivis an. 1784. Opera = *Annales veteres Hunnorum, Avarum, et Hungarorum ab anno ante Christum natum* 210 *ad annum Christi* 997 *etc.* Vindobonae typ. et sumptu Georgii Ludovici Sculzii 1761 in fol. In praefatione testificatur Erasmum Froelich S. J. eidem fere auctorem fuisse, ut annales istos conscriberet, multis in rem tantam, subministratis monumentis praeter etiam breves commentarios ab eodem Erasmo acri judicio conscriptos = *Annales Regum Hungariae ab anno Christi* 997 *ad* 1564: tom. sive part. 4: ibid. an. 1764 ad 1767 in fol. = *Epistola responsoria ad dissertationem apologeticam Innocentii Desericii ... de initiis ac Majoribus Hungarorum*. Tyrnaviae 1762 = *Supplementum ad annales veteres Hunnorum*. Tyrnaviae 1764 = *Epistola responsoria ad partem primam dissertationum Benedicti Cetto*: ibid. 1768 in 8 = *Vitae S. Elisabethae Viduae et B. Margaritae Virginis*: ibid. 1770 = *Dissertatio historico-Critica de sacra dextra D. Stephani primi Hungariae Regis*. Vindobonae typis Trattner 1771 in 4; quam dicat Imperatrici mariae Theresiae Austriacae = *Dissertatio de Prioratu Auranae*: ibid. 1773 = *Dissertationes historico-criticae in annales veteres Hunnorum etc.* ibid. 1774 in fol. = *Dissertatio de S. Ladislao, et de SS. Salomone R. et Emerico Duce Hungariae*. Posonii 1774 = *Specimen Hierarchiae Hungaricae*: part. siv. tom. II.: ibid. 1776, et 1779 = *Diatribe in dissertationem de S. Ladislao Hungariae Rege ab Antonio Ganoczy conscriptam*: ibid. 1777 = *Index variorum librorum Bibliothecae Universitatis Budensis* Budae 1780, et 1781: part. sive tom II. Nescio quae carmina scripsit *de venatu Falconum*, quae laudat Stephanus Katona S. J. in sua *historia pragmatica* par. 2: quem vide, atque etiam *Austriam doctam*, et tomum I. inscriptum *Transulvania*, auctore Josepho Benko, qui Georgii *Elucubrationes immortali dignas laude* pronuntiat.

Premblechner Joan. Baptista. Viennae Austriae n. 1 Oct. 1731 Soc. ac. in Prov. Austriae 17 Oct. 1746, v. 4 nun. 2 Feb. 1762. Theologiae fuit Bacalaureus, ut vocant. Rhetoricam, ac Poeticam plures annos docuit haud exigua maxime in carminibus latinis pangendis laude. Anno 1773 Poesim profitebatur in domo Professa Viennensi. Opera = *Ode in coronatione Josephi II.* Viennae 1764. = *Idillium in nuptiis Josephae Bavarae*: ibid. 1765 = *Prolusiones octo dictae cum juventus litterarum studiosa praemiis publicis donaretur ab anno* 1762 *usque* 1765: ibid. 1766 = *Ode de Mariae Theresiae Augustae reparata valetudine*: ibid. 1767 = *Ode ad Durinum Legatum Pontificium dum Vienna in Polonium discederet*: ibid. 1767 = *Carmina latina*: ibid. 1771 = *Panegyricus Principi Josepho Wenceslao Lichtensteinio*: ibid. 1772. Haec omnia ex Auctore *Austriae doctae*, qui addit Joannem Bap. absolutam habere sermone germanico in usum Juventutis historiam compendiariam Austriae typis edendam = *Lucubrationes poeticae, et Oratoriae*. Viennae typis Josephi Kurtzbek 1789; quo anno, haud non multa antea obiit vir elegantissimus. In his lucubrationibus

continentur, quae prius ediderat, et nonnulla alia numquam edita.

Prileszki Joan. Bap. Ungarus Prilevziensis n. 16 Martii 1709, Soc. ac. in Provin. Austriae 9 Oct. 1724 v. 4 nun. 15 Aug. 1742. Philosophia, ac Theologia traditis, quarum renuntiatus fuit Doctor, praeerat an. 1773 Collegio Cassoviensi. Opera = *Acta Sanctorum Hungariae ex Joannis Bollandi continuatoribus, aliisque 9 Scriptoribus excerpta, et prolegomenis, ac notis illustrata*. Pars sive Semestre primum Tyrnaviae typis Academicis 1743. Pars secunda ibidem 1744 = *Tractatus de Sacramentis in genere*: ibid. 1752 in 4 = *De Sacramentis in specie*: ibid. 1753 = *Notitia SS. Patrum, qui duobus primis Ecclesiae seculis floruerant*: ibid. 1753 in 8 = *Theologicorum prolegomenon libri duo*. Viennae Austriae typ. Jo. Thomae Trattner 1761 in 8 = *S. Cypriani Chartaginensis ... Acta, et Scripta omnia in summam redacta, et prologuiis, atque annotationibus illustrata*. Tyrnaviae typ. S. J. 1761 in fol. quod summae utilitatis opus Universitas Tyrnaviensis dicat Archiepiscopo Strigoniensi Francisco ex Comitibus Barkoczy = *Acta, et scripta S. Theophili Patriarchae Antiocheni, et M. Minutii Felicis in summam redacta et annotationibus illustrata*: ibid. 1764 in 8 = *S. Justini Acta, et scripta annotationibus illustrata*. Cassoviae 1765 in 4 = *Acta, et scripta SS. Gregorii Neocesariensis, Dionysii Alexandrini, et Methodii Lycii illustrata*: ibid. 1766. Auctor *Austriae doctae* asserit Prileszkium reliquorum SS. Patrum Acta prelo parata habere.

Pubitzka Franciscus, Bohemus Commotovii n. 19 Aug. 1722, Soc. ac. in Prov. Bohemiae 29 Oct. 1739. Fuit Philosophiae Doctor. In Glastoviensi Collegio anno 1763, historicum domesticum agebat, et Bibliothecae Praefectum. Anno vero 1772 Historicus erat Provinciae in Collegio Pragensi ad S. Clementem Opera = *Series chronologica rerum Slavo-Bohemicarum ab ipso inde Slavorum in Bohemiam adventu usque ad baptismum Borzivoii*. Viennae typis Kalliwodianis 1769 in 4; quae dicatur Josepho II. Imperatori. Laudat Joannem Verna S. J. qui sumpto nomine *Adelzreitter* de rebus Bohemicis scripsit. Noster Pubitzka aliud opus ediderat anno priori de Patriae rebus; quod reor esse laudatum ab Auctore *Austriae doctae* hac inscriptione *Series chronologica rerum Slavo-Bohemicarum ab ipso inde usque Slavorum in Bohemiam adventu ad nostra usque tempora*. Idem Auctor Pubitsckae tribuit haec duo scripta: primum *Chronologische Geschickte Böhmen* (Historia chronologica Bohemiae) Pars prima Pragae 1770: Pars secunda 1771: pars tertia 1773: alterum *Dissertatio de Venedis, et Antis*. Lipsiae 1773 in 4; quae praemio Jablonowskizano donata fuit.

Q

Querbeuf Ivo Mathurinus Maria de n. 13 Jannarii 1726, ex Provin. Franciae: in cujus Cadomensi Collegio anno 1751 exeunte nondum Sacerdos Rhetoricam profitebatur juxta Catalogum ejusdem Prov. ac eodem anno. Opera = *Ode sur la naissance de M. le Duc de Berry*: ex opere *La France Litteraire*. Parisiis 1769 = *Oraison funebre de M. le Duc de Bourgogne traduit du latin du P. Willermet*: ex eodem opere. Fere certum habeo hunc P. Wilermet Auctorem laudationis funebris Ducis Burgundiae eundem esse; qui in dicto Catalogo Franciae nominatur Carolus Franciscus Wilhermet (non Wilermet) Rhetorices Professor nondum Sacerdos in Collegio Rothomagensi = Ivo etiam Jussu Cleri Gallicani scripsit sermone mea sententia gallico vitam Fenelonis Archiepiscopi Cameracensis, et vulgata fuit, simul cum operibus Fenelonis editis sumptu Cleri, et curis Ivonis: ex eruditissimo Auctore tomi primi *Melanges de Philosophie, d'histoire etc.* qui corrigit Dominum Bernier dictam vitam tribuentem Abbati Gallard.

Quiroga Josephus, nobilis Gallaicus

in urbe Lucensi (Lugo) n. 14 Martii 1707. Missa facta militia nautica, cui se juvenis dederat, Societati accessit in Provin. Castellana, ex qua infideles ad Fidem Christianam convertendi ardore incensus in Provinciam Paraquariam virorum Apostolicorum, ut ita dicam Metropolim, transmisit; sed cum Matheseos, rerumque maritimarum scientia excelleret, destinatus fuit a Philippo V. Hispaniarum Rege ad lustrandas Regiones Magallanicas comitantibus eum Jesuitis Josepho Cardiel intrepidi animi viro ad Religionis, Regis que Catholici incrementa procuranda, et Mathia Strobl ad utrumque praestandum paratissimo, et variarum diversarumque linguarum summopere perito. Itaque ex Montevideo solvunt die 17 Decemb. 1745 navi appellata a S. Antonio, cui praeerat Joachimus de Olivares cum navarchis Didaco Varela Cantabro, et Basilio Ramirez Hispalensi, artis nauticae experientissimis. Ventis secundis navigatum est; et ubi accessus ad ripam patebat, Cardielus, et Stroblus viis unusquisque diversis pedites regionem illam in plures leucas perlustrarunt, si quem sive oppidanum, sive indigenam reperirent. Quiroga vero scapha vectus maris portus, sinus, flumina, lacus, aquarum altitudinem, ac brevitatem, insulas, syrtes, scopulos, et quidquid Hispanorum navigationi utile, aut incommodum videretur sagaciter explorabat, et in commentarium quotidie referebat. Exploratorum optatis fortuna non respondit: siquidem immenso terrarum tractu peragrato, defatigatione, ac fame pene enecati nullum oppidorum, nullum incolarum vestigium offenderunt. Itaque cum 52 gradus, et 28 minuta attigissent, unde fretum Magallanicum 14 dumtaxat leucas abest, de reditu cogitatum est concordi omnium tum Praefecti, tum Nauclerorum, et Militum sententia: et quarta Aprilis die in portum Bonaurensem se receperunt. Descriptiones littorum, portuum etc. a Quiroga confectae editae fuerunt Matriti maxima Hispanorum utilitate, qui per mare illud turbulentissimum sint navigaturi errorum expertes, et a periculis vindicati, in quae prius incurrebant, dum tabulas narrationesque nauticas ab exteris vulgatas sequerentur. Jussu etiam Regis Catholici Quiroga limites inter ditionem Lusitanam, et Hispanam constituit ad 800 leucas ultra urbem Bonaurensem, terrarum intervallis infinitis in Regis obsequium percursatis. Qui tam longe, lateque America meridiana, peregrinatus fuerat, vitae curriculum tandem urbe Bononiae 23 Octob. 1784 religiose confecit Senex a generis claritudine, eruditione, ac virtutibus spectatissimus. Opera = *Tratado del arte verdadero de navegar por circulo paralelo, a la Equinozial* 1784 ex typograp. S. Thomae Aquinatis. Cum Quiroga tempore editionis in lecto aeger jaceret, ejus consanguineus Emmanuel Mendez, Quirogae sororis filius editionem curavit; qui etiam eruditis pollicetur aliud sui Patrui opusculum latinum *de ratione inveniendi longitudinem in mari ope Solis, Lunae, Planetarum, ac Stellarum fixarum.* = *Charta geographica Paraquariae*: Extat in historia Paraquariae auctore Francisco Xaverio Charlevoix = *Triginta chartae geographicae de regionibus Patagonicis* a Quiroga *inventae ac delineatae*, asservantur in tabulariis secretis Regiis Matritensibus Consilii Indici, vel summi Administri Regii rerum Indicarum = Plura m ss. reliquit, in his = *Osservazioni della longitudine nel mare, sì per le macchie del Sole, come per la Luna, Ecclissi, Satelliti di Giove, e bussola da navigare* = *Regole per fabbricare perfettamente le bussole, e maniera di temprare; e toccare l' Aguglia magnetica* = *Regole, e modo di fare macchine per mutare l'aria, e rinfrescare le camere di navigli, sale degli Spedali, e abitazioni sotterranee* = *Maniera di far camminare le navi con la compressione dell'aria in tempo di calma* = *Modo di fabbricare barche, e ponti di vento per passare i fiumi assai grandi* = *Maniera di fare un molino di vento, che giri orizon-*

talmente, *senza bisogno di mutare le vele*, *quantunque il vento si muti*. = *Divertimento per far uccelli artifiziali*, *che volino mossi dall'aria*, *che contengono in se istessi*. = *Nodus Gordianus solutus*. Alia plura m ss. utilibus inventis referta miserrime perierunt in expulsione hispanica. Consulat Lector Historiam Abiponum auctore Martino Dobrizofer S. J.

Quiros Bernàl Josephus in nobili oppido Jumilla Regni Murciani n. 25 Junii 1745, Soc. ac. in Prov. Aragoniae 18 Nov. 1760. Ferrariae, Thesibus theologicis uberrimis ornatissime propugnatis, plaudente Mégistrorum corona, utrique Juri contentione summa animum adhibuit eo successu ut praemio donatus fuerit, quod tertio quoque anno Scholasticorum praestantissimo defertur. Inauguratus in utraque Jurisprudentia Doctor non multo post in Advocatorum Collegium fuit cooptatus. In Hispaniam remigrans vix ad eam accesserat, repentino obiit Barcinone mense Septembri 1799. Opera. = *De fidejussore in duriorem causam cum juramento accepto*, *dissertatio*. Ferrariae per Josephum Rinaldi 1775 in 4 = *Juris allegatio ad Illustrissimos Rotae Ferrariensis auditores in Causa etc.* Ferrariae typ. Rev. Camerae Apostolicae 1783 = *Votum decisivum in caussa Ferrariensi Fideicommisi Cittadini etc.* ibid. 1787. Habebat m ss. opus *Esame filosofico politico dei principii delle leggi e di loro Codici con un saggio di legislazione*: pluribus tomis.

R

Raffei Stephanus Urbetelli in Etruria n. 21. Sept. 1712, Soc. ac. in Prov. Romana 7 Sep. 1733, v. 4 n. 2 Feb. 1749. Plures annos transegit in Seminario Romano Rhetorices, ac humaniorum litterarum ut dicebant, Repetitor. Multum ingenio valuit, quod assidua Auctorum Graecorum, latinorum, et Etruscorum lectione perpolivit ad scribendas tragoedias. Felix quoque fuit in evolvendis antiquitatibus; qua de causa in locum celeberrimi Winkelmanni a Cardinali Alexandro Albani suffectus fuit statuis aliisque antiquis monumentis ad Villam Albanam illustrandis. In Arcadiam Romanam cooptatus nomen sibi sumpsit *Flaminti Lamsacaei*. Academia quoque Hasso-Casellana Antiquitatum Raffejum sibi Socium honorarium voluit. Romae pie obiit 1788. Opera = *Giovanni Colonna*: *tragedia*. Romae typis Salomonis 1763. = *Flavio Clemente*: ibid. 1764 = *Il trionfo dell' amicizia in Finzia*, *e Damone*: ibid. 1764 = *Dissertazione sopra il Crise di Marco Pacuvio*. Romae typ. Salomonii 1770 in 4 = *Ricerche sopra un Appolline della Villa dell' Eñio Cardinale Alessandro Albani*. Romae 1772, fol. max. typo Salomoni. Dicatur eidem Cardinali. = *Il Nido*. *Canzone didascalica sopra un antico nido di marmo*: ibid. 1770: dicatur eidem Cardinali; extant in fine adnotationes admodum eruditae = *Saggio di osservazioni sopra un basso rilievo della Villa del Eñio Sig. Card. Alessandro Albani*; ibid. 1773; et dicatur eidem = *Osservazioni sopra un' altro bassorilievo della medesima Villa Albani*. In carminibus, quibus Arcades Romani celebrarunt Abundium Rezzonico Senatorem Romanum renuntiatum extat nobile Raffeii epigramma italicum.

Radonvilliers Claudius Franciscus Lysarde de, Parisiis ortum habuit an. 1709. Dum esset Convictor Collegii Parisiensis Ludovici Magni a Carolo Poree et litteris, et religionis officiis fuit optime institutus. Societati accessit in Provin. Franciae; in cujus Collegiis Rotomagensi, Rhedonensi, Aurelianensi, Bituricensi, ac denique Parisiensi litteras amoeniores docuit. Variarum linguarum cognitione expolitus novit hispanice, Anglice, Etrusce, Germanice, ac Graecae. Professionem 4 votorum iam iam erat suscepturus, cum monente, et hortante Domino Maurepas Galliae olim Supremo Administro deliberatae contra Societatem ruinae conscio, ab ea fere invitus discessit, quam-

que numquam non summo prosecutus est amore. Ejusdem Administri auspiciis Cardinali Rochefoucault Archiepiscopo Bituricensi ab scriptis inserviit, ejusque Vicarium generalem egit, et in Legatione Romana a secretis, ac denique consiliarius intimus dum Cardinalis comitiis Cleri gallicani praefuit. Fuit deinceps Claudius Praeceptor secundus designatus Regiis Familiae Bornicae Principibus instituendis. Denique Aula Regia Claudium sibi voluit ab intimis secretis. Regia Parisiensis Academia Scientiarum Claudium sibi adscivit Socium: in quo honoris litterarii gradu simul consortes habuit Olivetum: Gressetum: De la Ville; et Millot, qui quatuor omnes ex Societate J. fuerunt. His splendidis eruditionis honoris ac dignitatis ornamentis majora Claudius adjunxit pietatis in Deum, et effusissimae in pauperes liberalitatis. Plenus meritis obiit Parisiis 20 Ap. 1789 aetatis 81. Opera = *Les talents inutiles, comedie en un acte, representee au College de Clermon en* 1740: (Mentis facultates nulli usui redditae) ex opere in scripto *Supplement alla France litteraire*. = *Oeuvres diverses de M. L. Abbee Randovilliers etc.* tom. III. Parisiis 1807 ex typographeo Scholae mutos surdos loqui docentis. Agitur in 1 de ratione discendi linguas. Hunc primum tomum praecedit longa, et elegans Oratio Cardinalis Maury, Episcopi Montis falisci, in qua multa refert de vita, moribus, et scriptis Claudii. Tomo II. continentur Idyllion de recreata Regis valetudine (*Sur la convalescence du Roi, Idylle*) vivente auctore iam editum; variae fabulae, fragmenta litterarum de veritate Religionis, varia excerpta ex contemplatore. (The spectator) variae orationes academicae, et primi 3 libri Aeneidos soluta oratione gallica redditi. Interpretatio Gallica Cornelii Nepotis conficit totum, integrumque tomum III. Plura Claudii m ss. deperdita fuisse merito conqueritur Cardinalis Maury in laudata oratione praevia.

Rauscher Antonius forsitan, ex Dioecesi Salisburgensi, n. 4 Jun. 1704 Soc. ac. in Prov. Austriae 15 Octob. 1720 v. 4 n. 15 Oct. 1737. Ex Austria transmisit in Philippinas an. 1734, quam vineam excoluit usque ad annum 1768. Reversus deinceps in Austriam, anno 1773 in Collegio Clagenfurtensi degebat. Si non est Antonius erit fortasse Thaddaeus Carinthus Rosembacensis n. 16 Martii 1753, Societatem ingressus in Austriae Provincia 17 Oct. 1769: qui anno 1773 in Collegio Graecensi Philosophiam addiscebat. Si neuter est Scriptor Rauscher erit potius Joannes Baptista, Carinthus Rosembacensis n. 14 Januarii 1748, Soc. in Provincia Austriae ingressus 14 Oct. 1764, qui anno 1773 in Collegio Viennensi Theologus erat primi anni. En in quot dubia, scriptorum omissis nominibus, necesse fit incurrere. Quicumque sit iste Rauscher Auctor est Compendii Chronologici Historiae Ecclesiasticae titulo; *Chronologischer auszug etc.* Viennae Austriae apud Kurzbeck 1788 vol. 4 in 8: Est interpretatio operis Gallici. Eidem Rauschero debetur interpretatio germanica egregiae Historiae Ecclesiasticae a Berault de Belcaster gallice conscriptae, quam etiam Rauscherus ad haec postrema tempora perducit. Ex Feller *Journal*. Martio 1788.

Regoli Joannes Britinorii in Aemilia natus 28 Sept. 1764 Societati Neapoli renascenti nomen dedit 20 Octobris 1805, dimisso Canonicatu Britinoriensi quo potiebatur. Ante ingressum in Soc. edidit *Scuola di Filosofia, e di Religione, e metodo d' insegnarla etc.* (Schola Philosophiae, ac Religionis, et methodus eas docendi). Caesenae 1802 per Josephum Biasini in 12. Hoc libello elegans Auctor multa paucis praeclara complectitur ad imbuendos Religione Juvenum animos. in opusculi appendice spem aliquam nobis Auctor ingerit scribendi tractatum de *Religionis Cristianae natura* (*Lo spirito del Cristianesimo*); In Italicum sermonem

converterat antea Theologiam naturalem Raymundi Sebunde . = *Caratteri della vera religione proposti ai Giovanetti dell' uno, e dell' altro sesso* . Romae 1809 apud Vincentium Poggioli in 12. Dialogis rem agit in quibus Magister Discipulo explanat praecipua religionis Christianae dogmata adversus Incredulos, haereticos, et Hebraeos . = Idem opusculum sed retractatum , et auctum ut frons ipsa libri idipsum significat, ibidem, eodem anno, et typographo, et magnitudine.

Reisner Ferdinandus, Bojus Rheinensis, Dioecesis Augustanae, n. 12. Sep. 1721, Soc. ac. in Prov. Germaniae Superioris 13 Sep. 1742 v. 4 n. 2 Feb. 1758. Rhetoricam docuerat 14 continenter aunos. Director erat domus Exercitiorum in Collegio Monacensi Provinciae Bavaricae an. 1773. Obiit ni fallor 14 Januarii 1789 = *Nova methodus, seu ratio psalmos in officio Divino juxta ritum Rom. occurrentes intelligendi facilius, dicendi religiosius, usurpandi fructuosius etc.* Augustae Vindelic. sumptibus Joa. Jacobi Mauracher An. 1775 in 8. Digna est quae exscribatur dicatio operis, quae est hujusmodi *Universo generali Clero Petrino, ac Religioso maxime earum Dioecesium in quibus cum essem Jesuita, fui, vixi, dixi, didici, docui, scripsi, Salisburgensis Augustanae, Frisingensis, Brixinensis, Eustadianae, Ratisbonensis, Passaviensis, Tridentinae, Constantiensis, Curiensis, quibus omnibus, et debitor sum, et hanc opellam dono, dico, dedico, Servus in Christo.* In praefatione ait Auctor Monacensi in domo Exercitiorum per quadriennum Sacerdotes et Clericos spiritualibus D.Ignatio exercitiis, qui etiam numero propemodum ducenti quotannis erant, se direxisse. Opus utilissimum, et philohebraeis etiam non injucundum; peritum hebraice se ostendit.

Requeno, et Vives Vincentius Aragonensis in oppido Calatraho dicto n. 4 Jul. 1743, Soc. ac. in Prov. Aragoniae 2 Sep. 1757. In Italia multiplici variaque eruditioue ingenium sane acre, ad omnia versatile, et ad utilia inventa odoranda, ac persequenda sagacissimum assidue perpolivit. Usus generali facultate Sociis exulibus concessa in Hispaniam remeandi, electus fuit a Regia Societate Aragonensi Scientiis, et Artibus augendis intenta, ut ejusdem Musaeo numismatico praeesset. Iterum in Italiam actus Societati in utramque Siciliam restitutae se addixit. Tibure extremum vitae spiritum edidit 17 Feb. 1811. = *Saggio sul ristabilimento dell' antica arte de' Greci, e de' Romani Pittori* (Specimen de restituenda prisca Graecorum, et Romanorum pingendi ratione) Venetiis 1784 in 4 apud Joan. Gatti. Quo erudito, et ingenioso opere summa contentione magnisque propriis experimentis couatur restituere antiquorum picturam; iure igitur summo eruditorum plausu fuit exceptum, et iterum cum correctionibus, et accessionibus recusum Parmae typis Regiis 1787 tomis duobus in 8. = *Principj, progressi, perfezione, perdita, e ristabilimento dell' antica arte di parlare da lungi in guerra etc.* Taurini 1790 apud G. M. Briolo in 8. In hoc opere Requenius, quae tum Graeci, tum Latini de ratione loquendi cum longe dissitis tradiderunt, diligenter excutit, ac declarat, novaque perfectione artem iamdiu perditam ingeniose restituit. Natio Gallica utilissimo Requeni invento diindicato jussit conventu generali Parisiis habito juventutem militarem hanc artem telegraphi edoceri. = *Scoperta della Chironomia, ossia dell' arte di gestire colle mani* (inventum artis loquendi manibus) Parmae per Fratres Gozzi 1797 in 8 = *Medallas ineditas antiguas existentes en el Museo de la Real Sociedad Aragonesa etc.* Caesaraugustae typis Mariani Miedes 1800 in 4. Societas Aragoniensis opus adprobavit, sumptusque editionis suppeditavit. Continet partes duas, quibus errores celebriorum de numis Scriptorum

deteguntur novis conjecturis propositis ad veram numorum explicationem = *Esercizj Spirituali , o sieno meditazioni per tre settimane sulla necessità , e sulla utilità , e sui mezzi da guadagnarsi il Sacro Cuor di Gesù , e il suo amore* (Meditationes de necessitate , utilitate , et ratione reddendi nobis benevolum S. Cor Jesu). Romae per Fulgoni 1804 = *Appendice ai Saggi sul ristabilimento de' Greci , e de' Romani Pittori etc.* Romae ex typographeo Aloysii Perego Salvioni . 1806 in 8 . Opusculum pictoribus utilissimum , quo multiplex ratio exhibetur en caustice, piugendi . = *Osservazioni sulla Chirotipografia , ossia antica arte di stampare a mano* . Romae typis Mariani de Romanis, et filiorum 1810 in 12 . Validissimis conjecturis confirmare nititur typographiam multo priorem et antiquiorem esse saeculo 15 , etsi non ita perfectam , qua nos utimur .

Reviczki Antonius Ungarus Zempliniensis n. 17 Janu. 1723 , Soc. ac. in Provincia Austriae 15 Oct. 1739 , v. 4. n. 2 Feb. 1756 . Praeerat Collegio Budensi anno 1773 ; traditis antea Philosophia , Mathesi , et Historia Ecclesiastica Tyrnaviae . Post extinctam Societatem renuntiatus fuit Abbas Abbatiae Lekir in Ungaria . Opera = *Elementa philosophiae naturalis , seu physica generalis* . Tyrnaviae typis Academicis S. J. 1757 in 8 . = *Elementa philosophiae generalis , seu metaphysica* : ibidem . = *Elementa philosophiae rationalis , seu logica* : ibid. Auctor *Austriae doctae* tribuit Antonio *Universae Matheseos brevem institutionem* : partes 3 . Tyrnaviae 1752 1753 in 4 .

Reyre N. de quo nil novi amplius, quam ejus Opera = *Le Mentor des enfans , ou recueil d'istructions , de traits d' histoire , et de fables nouvelles , propres a former le coeur , et l' esprit des enfans . Nouvelle edition revue , corrigee , et augmentee* . Parisiis apud Berton 1786 in 12 : ex Felleri *Journal* mens. Apr. 1787 (Mentor puerorum , sive monita , gesta historica , et novae fabulae ad instituendam puerorum mentem et animum aptissimae) = *L' Ecole des jeunes demoiselles ; ou lettres d' une Mere vertueuse a sa fille avec les responses della fille a sa mere* (Scola puellarum nobilium , sive epistolae matris probae ad filiam , et filiae responsa) . . . *seconde edition revue , corrigee , et tres considerablement augmentee* : ibidem apud Varin 1786 : volum. 2 in 12 : ex eodem Fellero , mens. Majo 1787 = *Bibliotheque poetique de la jeunesse, ou recueil de pieces, et de morceaux de poesie propres a orner l' esprit , et a former le gout des jeunes sau uuit ses moeurs par l' Auteur du Mentor des enfans* (Bibliotheca poetica ad usum juventutis , collectis poematibus , et fragmentis , sive excerptis poeticis juvenum mentibus ornandis , et exquisito judicio parando sine morum corruptione , apprime opportunis) : tom. II. in 12 . Parisiis apud Onfroi = *Le Fabuliste des Enfans ou Fables nouvelles pour servir a l' instruction , et a l' amusement du premier age avec des notes pour en faciliter l' intelligeuce* (Fabulator puerorum , seu novae fabulae primae adolescentiae , edocendae , et delectandae utiles) : ibid. apud Onfroy = *Prones nouveaux en forme d' homelies , ou explication courte et familiere del' Evangile de tous le Dimanches del' annee pour servir a l' instruction du peuple des villes , et des campagnes* (Brevis explicatio Evangeliorum pro omnibus anni Dominicis in usum urbanae ac rusticanae plebis) . Parisiis apud Adrianum le Clerc : tom. II. in 12 . Explicationem praecedit Epistola Episcopi Burdigalensis in operis , et Auctoris commendationem . Parabatur altera editio . = *Petit Careme en forme d' homelies , ou explication courte et familiere del' Evangile de tous les jours du Careme etc.* (Brevis , ac familiaris explicatio Evangelii pro omnibus Quadragesimae diebus) . Parisiis apud Adrianum le Clerc : tom II. in 12 . De nostro Reyre meminit cum laude Clar. Auctor ope-

ris inscripti *Melanges de Philosophie, d'histoire*: et ejusdem operis inscriptione sic variata *Annales litteraires, et Morales*, voluminibus 3° 4° 7°, et 8°. Parisiis apud Adrianum le Clerc. Egregiam, multoque commendandam Reyreus posuit operam in juventute populoque rudi instituendis, et a tanta librorum colluvie obscoenitatibus, et Religionis contemptu redundantium liberandis.

Riccati Vincentius, Tarvisinus, nobili stirpe n. 11 Jan. 1707 Soc. ac. in Prov. Veneta 20 Dec. 1726, non vero 1729, ut nonnemo scribit contra catalogorum omnium Venetorum auctoritatem: v. 4 nunc. 2 Febr. 1741. Sui genitoris Comitis Jacobi insignis Mathematici laudem aemulatus se totum disciplinis mathematicis tradidit, quas 35 saltem annos Bononiae docuit, tanta sibi comparata fama, ut inter Matheseos Principes prima fere subsellia occuparet. Dirigendis fluviorum Reni, Padi, Athesis, ac Brentae cursibus a Senatu Veneto, ac Bononiensi fuit destinatus. Iidem Senatus Riccatium decorarunt icone ex argento Bononiensis, Venetus vero magni ponderis aureo numismate hac inscriptione: *S. C. MDCCLXXIV. Munus Reipublicae Vincentio Comiti ab Riccati*. In disciplina religiosa tenenda maxime excelluit nulla sibi patiens privilegia, ut ejusdem merita ferebant, concedi. Ab idoneis testibus accepi eum etiam senem omnium postremum sua voluntate quotidie rem divinam paulo ante prandium peragere. Quo fiebat neque fabam arabicam, neque Caracensem gustaret, quibus alii summo mane recreantur. Obiit in Patria 17 Janu. 1775. Cl. Augelus Fabroni scripsit Vincentii vitam tomo XVI. Vitae Italorum. Opera = *De centro aequilibrii*. Bononiae typis Pisarri 1746 = *De velocitate accessus a puncto, aut linea data*: ibid. sed 1747 = *Dialogo dove ne' congressi di più giornate delle forze vive, e dell' azioni delle forze morte si tien discorso*. (Dialogus de viribus vivis, ac de virium mortuarum actionibus): ibid. typ. Laelii Volpi 1749 in 4 = *Opuscula ad res physicas, et mathematicas pertinentia*: tom. II. Tomus primus Bononiae apud Laelium Volpi 1757 in 4. Tomus secundus ibid. 1762 ex typograp. D. Thomae Aquin. Monet primo tomo Riccatius se cum antea plura opuscula seorsus ediderit, ne ista sparsim errantia deperirent, in hos duos tomo collegisse. Omnia sunt scripta latine, etiam illa prius italice vulgata. Desiderantur in his tomis duobus Dialogus laudatus de viribus vivis, et commentaria duo italica; unum de usu motus tractorii in constructione aequationum differentialium editum Bononiae per Volpi 1752; alterum de seriebus recipientibus summam algebraicam, aut exponentialem editum ibidem per Pisarri 1756 = *Dell'integrazione della formola ... disertazione analitica*: extat in tomo IV. inscripto *Memorie sopra la Fisica*. Lucae 1757 = *Institutiones analyticae collectae*: tom. II. Primus Bononiae ex typog. D. Thomae Aquin. 1765 in 4. Tomus II. in duo volumina divisus ibid. 1767. Ex operis fronte, ac praefatione liquet doctissimum virum Hieronymum Saladini ex illustri Caelestinorum Ordine una cum Riccatio suo Magistro has institutiones collegisse: declaratur etiam quantum industriae huic operi perficiendo uterque contulerit = *De principj della Meccanica, lettere etc.* Venetiis 1772 ex typog. Coleti in 4. Epistolae sunt numero omnino 19, quas Riccatius dum Bononiae degeret misit an. 1770, et 1771 ad Virgilium Cavina S. J. a Rege Sardiniae renuntiatum Regium ac publicum Matheseos Professorem in Universitate Calaritana = *Lettera ... al Sig. Conte Giordano suo Fratello in difesa di Giambattista Baliani Cavalier Genovese*: extat in tomo XXI. operis inscripti *Nuova raccolta de opuscoli scientifici, e filologici*. = *Delle bilancie dissertazione meccanica* (de Stateris) ibid. sed tomo XXVJ. = *Del cuneo Lettera ... al Sig. Arciprete Giambattista Nicolai*: ibid. tomo XXVIII. = *Intorno alla scelta dell'ottimo dissertazione postuma* (de Optimo

eligendo): ibid. tom. XXXI. = *Lettera di Vincenzo Riccati della C. di G. al P. Don Girolamo Saladini Monaco Celestino ... nella quale trattasi della combinazione del moto rotatorio col progressivo*: extat in primo volumine opusculorum Florentiae edito 1771 = *Dei principii, e dei metodi della meccanica colla loro storia critica libri due*. Hoc opus nondum absolutum Riccatius moriens reliquerat, sed Comes Jordanus ejusdem Frater, et eximius Mathematicus illud absolvit, et edidit inscriptione dicta. In Academiae Bononiensis Commentaria plura sunt Riccatii opuscula Mathematica inserta: tom. videlicet II. par. prima, et secunda: tom. III. tom. IV. tom. V. par. prima, et secunda et tom. VI., et VII. In opere eruditissimi Salvatoris Corticelli inscripto *Della Toscana Eloquenza discorsi etc.* edito Bononiae 1752, pagina 238 extat Epistola Riccatii, in qua multis laudibus ornat Joannem Baptistam Baliano insignem de descensu gravium Scriptorem. Clarissimae familiae Riccatianae summae putem laudi fore, si eadem scripta omnia sui praestantissimi consanguinei in unum corpus redacta typis commendaret.

Rieger Christianus, n. Viennae 14 Maii 1714 Soc. in Prov. Austriae ac 17 Octob. 1731 v. 4 n. 2 Feb. 1749. Callebat linguas latinam, germanic. gallic. Hispanic. Italicam, et Anglicanam. Physicam, Mathematicam, et Architecturam docuit. Matritum vocatus, renuntiatus fuit Cosmographus Regius Aulae Hispanicae. Academia Regia Matritensis S. Ferdinandi Christianum sibi Socium elegit. Anno 1778 degebat Viennae, postea quam praefuisset Collegio Passaviensi. Opera = *Universae architecturae civilis elementa brevibus recentiorum observationibus illustrata*. Viudob. 1756 typis Joan. Thomae Trattner. = *Observacion del transito de Venus por el disco del Sol en el dia 6 de Junio de este año de 1761 hecha en el Observatorio del Colegio Imperial* (observatio transitu Veneris per discum Solarem ann. 1761 etc.) Matriti = *Observationes physicas sobre la fuerza electrica etc.* (Observationes de vi electrica etc.) Matriti 1763 in 4.

Ries Daniel Christophorus ex Prov. ad Rhenum Superiorem in cujus Heidelbergensi Collegio Grammatices erat Professor 1766. Deinceps renuntiatus fuit SS. Scripturarum, et linguarum Orientalium in Universitate Moguntina publicus Professor. Opera. = *Lehrbuch fur das grieschische Sprachstudium etc.* Moguntiae 1782 typ. Universitatis: vol. 2: in primo volumine perspicue tradit elementa linguae graecae: in secundo tabulam Cebetis explanat: omnia ad usum Scholarum Moguntiae. Ex Feller. Journal to. 165 = *Quid conferant linguae orientales in systemate Catholicorum ad exegesin Scripturae Sacrae Dissertatio*. Moguntiae 1784: quo opere, seu potius alio, quod mihi est magis probabile, oppugnavit quamdam thesem biblicam minus Catholicam R. P. T. a Sancto Adamo: de quo Feller Journal tomo CLXX. nisi forte sit quaedam ipsius Danielis Thesis, cujus meminit ipse Fell. Journal. mense Majo 1785 = *Linguae Hebreae philologia critice exposita ac nonnullis digressionibus illustrata*; Moguntiae ex typog. Electoralis 1785 in 8. = *Institutiones linguae hebraicae*. Moguntiae 1787 in 8. Ex indice inscripto *Catalogue des livres latins, et grecs ... chez B. Cormon, et Blanc.* = *Chrestomathia biblica analytica linguarum Orientalium Candidatis primae interpretationis textum sistens*. Moguntiae apud haeredes Haeffner. 1790 in 8.

Rigord Aloysius in Insula Melitensi n. 4 Maii 1737, Soc. se addixit in Provincia Siciliae 19 Dec. 1752. Auditor erat Theologiae anno 1766 in Collegio Maximo Panormitano. Vota 4 nuncupavit Viterbii anno ni fallor 1771. Patriae redditus erat in vivis ann. 1807. Sumpto nomine Arcadiae Romanae in quam fuerat cooptatus, *Ruidarpe Etolio* edidit = *C. Valerio Catullo purgato, ed in rime tradotto col testo latino a fronte*. Romae per Archangelum Casaletti 1774 in 8. In prologo ad Lecto-

rem ait se operam dare convertendis italice selectis poematiis Hieronymi Fracastori, M. Antonii Flaminii, et Joannis Cottae, quae nescio an ille ediderit.

Roberti Franciscus Neapoli n. 27 Junii 1726, Soc. ac. in Prov. Neapolitana 14 Martii 1742: v. 4 n. 15 Aug. 1759. In exilio Jesuitico Physicam experimentalem tradebat in Collegio Maximo Neapolitano magna ingenii, et doctrinae existimatione. Erat in vivis an. 1785. Opera = *Ristretto di Geometria Piana coll'aggiunta di alcune proposizioni pratiche* (Compendium Geometriae planae additis nonnullis propositionibus exequendis). Romae apud Casaletti 1780 in 8 in usum Seminarii Verulani: dicatur opus Joanni Bap. Jacobini Episcopo Verulano, a quo judico Cl. Roberti designatum fuisse Magistrum, vel Moderatorem dicti Seminarii. Idem opus Romae per Joannem Desideri 1790 cum hac inscriptione *Ristretto di Geometria piana ... edizione 2 accresciuta delle note Algebraiche, spiegazione, ed uso delle medesime, di cui servonsi i Moderni Fisici* = *Disquitiones Criticae Philosophicae et historicae*. Romae ex typis Archangeli Casaletti 1782, quas dicat Auctor Petro Speranza Episcopo Alatrino. Disquisitiones hae sunt numero decem summa eruditione refertae. In Disquisitione quinta laudat Roberti suam *Artem Criticam*, = *Polymathia, seu ad multiplicem Scientiarum Notitiam Brevis Methodus, et accurata*. Tomus, sive pars prima Romae ex typis Archangeli Casaletti 1782. Dicatur opus Praesuli Romano Joanni Giovardo. Hoc ergo tomo continetur ea *Ars critica*, quam in Disquisitionibus pollicebatur = Tomus sive pars altera, ibidem 1783, quam dicat Balthasari Odescalchio Ceritum Duci, Viro multiplicis doctrinae, et Eruditorum Maecenati. = *Pars tertia* ibidem 1784. Tribus hisce tomis eruditissimus Auctor non polymathiam tantum, sed olomathiam se obtinere plane demonstrat. = *Dodici dubbj da proporsi al Sig. Teologo Compilatore del libretto, che ha per titolo Breve Catechismo sulle Indulgenze secondo la vera dottrina della Chiesa proposto dal Vescovo di Colle etc.* Errores Robertus oppugnat Episcopi Collensis Riccianorum Errorum defensoris. Extat in fine Dissertatio chronologica de Indulgentiis ab Ecclesiae initio adusque nostra tempora deducta; sine loco, nec anno editionis, tacitoque Roberti nomine, quod palam fecit Noster Cernitori in *Bibliotheca Polemica* pag. 127 edit. Rom. 1793. = *Defensio Ordinum Religiosorum* italice = *De hominis felicitate Dissertatio* italice. = *Dissertationes metaphysicae*. Haec tria scripta nondum vidi.

Roberti Joan. Bap. nobilissima familia Bassani n. 4 Martii 1719, Soc. ac. in Prov. Veneta 20 Maii 1736, v. 4 nun. 15 Aug. 1753. Traditis tum Brixiae, tum Bononiae Philosophia, aliisque Societatis muneribus cum laude expletis, destinatus fuit ut Bononiae lectiones sacras ad populum haberet; quod officium cumulate praestitit 18 continenter annos, usque ad Societatis extinctionem magno quidem civium Bononientium plausu, sed majore animorum profectu cujus rei me testem produco, qui non semel eum explicantem auscultavi. Totas enim, quas maximas habebat, styli gratias in loquendo, et scribendo, ad morum emendationem summa dexteritate convertebat. Assiduus confessionibus excipiendis, meditationibus S. Ignatii explicandis, moribundis confirmandis, et afflictis tum opere, tum consilio recreandis maximum horum piorum laborum fructum cepit. Redditus, deleta Societate, Bassano, pristini instituti tenax non tantum suggerente, sed hortante etiam Marco Cornaro Episcopo Vicentino confessiones et Urbanorum, et rusticorum excipiebat; pueris, et rudioribus catechismum declarabat: neque his contentus, ut aegrotos Nosocomii Urbani proprius confoveret, aediculam sibi in ipso Nosocomio praeparavit, ut ipsis inserviret, morientibusque adesset. Istis in aliorum commodum occupatio-

nibus adjunxit semper lectionem, ac scriptionem continuam. Tandem plenus meritis, charus Deo, et hominibus placidissime vitam finivit 29 Jul. 1786. Senatus Bassanensis affuit ejusdem funeri ad aedes PP. Cappuccinorum, eleganti laudatione funebri dicta a Cl. Comite Josepho Remondini. Plura possem congerere clarorum Virorum testimonia in Roberti commendationem. Eruditissimus Joannes Bap. Alexander Moreschi elegans commentarium edidit italice de vita Roberti. Petrus Martinato pulcrum poemation italicum, et Comes Joannes Bap. Giovio elogium insigne ediderunt. Sed lucubrationum Roberti declaratio amplius elogium feret eruditionis, venustatis, probitatis, ac Religionis Roberti, quem Gratiarum manibus factum fuisse dixeris. Quibus styli nitor, ac mundities est in pretio, jucundissimum ex ejus scriptis fructum gustabunt. Opera = *Opere dell' Abbate Giambattista Conte Roberti: seconda edizione Veneta colla aggiunta degli opuscoli postumi dello stesso autore, colle notizie intorno alla sua vita, e un saggio delle sue lettere familiari*. Bassani impensis Remondini 1797: tomulis XV. in 12. Cum ista editio auctior sit omnibus prioribus, eas praetermitto, ut de singulis tomis ob rerum varietatem, nonnihil breviter disseram. Tomo I. continentur Oratio italica ad Studiosos Picturae, Sculpturae, et Architecturae Academiae Clementinae, quam Joannes Petrus Zanotti ejusdem Academiae a Secretis dicat Joanni Andreae Archetti Prolegato Pontificio Bononiensi, deinceps Cardinali: et vindicantur in ea Scolae Italicae ad animadversionibus Marchionis de Argens: duae orationes Academicae, una pro, altera contra linteola quibus infantes arcte involuntur: item sermones duo, unus cum Ordinem Cappuccinarum ingrederetur Comitissa Diodata Beltramini, quem dicat Auctor Paulo Francisco Giustiniani Tarvisii Episcopo: alter dum vota religiosa nuncupavit Cappuccina Maria Mathildis Scarani: monita de Clathris Monialium ad collocutiones cum exteris: ac denique oratio de icone Deiparae a S. Luca appellatae. Tomo II. continentur Oratio de Jesu Corde; altera ad Virgines Salesianas cum exhortatione: Panegyricus B. Joannis Marinonii, quem dicat Archiepiscopo Utinensi Gradenigo: alter S. Francisci Salesii: elogium Joannae Franciscae de Chantal cum egregia epistola ad Annam Mariam Roberti: panegyricus Beatae Beatricis Estensis cum praefatione Cl. Joannis Andreae Barotti: denique laudatio funebris Petri Pauli Molinelli medici praestantissimi. Tomo III. continentur epistolae 5 de usu Phisices in poematibus; de quodam infante 6 mensium aetate cum eruditis annotationibus cujusdam Philosophi: de cantu piscium: de floribus; et 5 denique de apricationis usu. Tomo IV. continentur etiam Epistolae ad Petrum Zaguri; ad ejusdem Fratrem Cenedae Episcopum: ad humaniorum litterum professorem: ad quemdam Episcopum de non concionando ad populum contra incredulitatem, quod argumentum meo judicio egregie tractat: ad Vincentium Caraffam, Camillum Zampieri, Jordanum Riccati, Jacobum Vittorelli simul cum venusto poematio inscripto *Le Najadi Nimfe de Fonti*. Absolvitur tomus eleganti commentariolo latino de vita Jacobi Antonii Bassano e Soc. Jesu. Tomo V. continentur praestans praefatio qua oppugnatur opus quoddam gallicum contra utilitatem Sacrarum concionum ad populum, quod Voltaireo attribuebatur, sed Abbati Coyer videtur potius attribuendum: duo sermones, unum de ratione legendi libros metaphysicos, alter de ratione legendi libros ad voluptatem compositos, qui duo praestantes sermones ad religionem, et bonos mores retinendos maximae sunt utilitatis: denique libellus supplex comitiorum generalium Cleri gallicani oblatus Ludovico XV. de impediendis libris impiorum, et incredulorum a Roberto in italicum sermonem versus. Tomo VI. continentur sermo Christianus in luxum:

Dialogus philosophicus ejusdem argumenti: elogium continentiae luxus gubernatricis: epistola critica de hodierno Italiae luxu. Egregius est hic tomulus, et ab argumenti utilitate; et ab invictis, splendidisque rationibus quibus luxum confutat. Tomo VII. agitur de probitate, et honestate urbanorum hominum qui legibus Divinis fere spretis se se tamen in numero proborum hominum haberi contendunt, et ad civilem Societatem se magis idoneos putant. Dignissimam tractationem istam censeo, quae in linguas omnes vertatur, cum error quem confutat, latius serpens totas nationes occupet. Tomo VIII. continentur sermones duo paris elegantiae, et utilitatis; unus de amore erga Patriam; alter de humanitate seculi 18; adjuncta epistola de mancipiis Africanis, ut liberalius tractentur, omissis furentibus illis, ac pene fatuis declamationibus Abbatis Raynal, qui oratione cum factis pugnante, mercaturam etiam egit infamem horum misserimorum. Tomo IX. continentur poematia de studio rerum novarum: de fragis: de margaritis: de Comoedia: de harmonia: de apotheosi S. Hieronymi Miani: de nuptiis Archiducis Ferdinandi cum Maria Atestina: dramaticum de laudibus D. Aloysii Gonzaghae inscriptum *Il Paradiso terrestre*. Finem tomulo facit epistola carmine libero ad Carolum Frugoni. Tomo X. continentur fabulae 102 versu italico lepidissimae cum dissertatione de ratione illas scribendi. Fabulas excipiunt carmina latina, et aureus Hendecasyllaborum liber varii arguenti, qnem dicat Auctor Joanni Molino Cardinali, et Brixianorum Episcopo. Postremae veniunt duae ad Franciscum Zanotti epistolae latinae, quarum altera de latinitate Exterorum oppugnata fuit a Cl. Didaco Josepho Abad sua *dissertatione ludicroseria*. Tomo XI. continentur litterae de Institutione Christiana ad quendam Nobilem Adolescentem, et ad ejusdem duas juvenes Sorores, ubi multum laudat Liviam Doria Caraffa Rocellae Principem: alia ad Ludovicum Preti de eloquentia sacri suggesti; ubi multa disserit de celebratissimis Oratoribus Jesuitis italis Torniel-li, Masotti, Rossi, Granelli, Bassani, Venini etc. alia ad Fridericum Giovanelli Patriarcham Venetorum de obitu Hieronymi Henrici Beltramini Miazzi Episcopi Feltriensis, et Roberto consanguinei: aliae denique litterae breviores, et aliquot praefationes. Tomo XII. continentur epistola ad Joan. Ludovicum Bianconi, Consiliarium, ubi diserit de Medico Celso: alia ad Comitem Joannem Bapt. Giovio de laudibus eximii Pictoris Jacobi da Ponte vulgo *Bassan il vecchio*: alia data 6 Dec. 1780 nomine Exjesuitae senis ad Exjesuitam juvenem cujusdam praeclarissimae Cathedralis canonicum egregiis conferta monitis, ut cum hominibus profanis se quam dignissime gerat: alia numquam edita ad Alphonsum Comitem de Maniago Exjesuitam nonagesimum aetatis annum attingentem de obitu sanctissimo in oppido Crespano Angeli Melchiori, quos duos ego novi Bononiae primum Praefectum Bibliothecae Collegii S. Luciae, alterum Provinciae Venetae Moderatorem. Quod reliquum est hujus tomi continet elogia, quibus viri illustres Robertum exornarunt. Tomi XIII. et XIV. continent lectiones sacras nunquam editas de fine mundi cum praefatione comitis Tiberii Roberti. Tomo XV. continentur multae ad varios Roberti epistolae. Nobilis Typographus Etruscus, ut audio, suscepit novam editionem operum Roberti perficiendam longe nitidiorem, et fortasse magis auctam, quam illa Bassanensis parum respondens nitori, et elegantiae Auctoris.

Rodriguez de Mello Josephus Lusitanus Portuensis. Transmisit in Brasiliam illius indigenis doctrinae, et religionis exempla praebiturus. Exilio lusitanico Romam adiit; ibique obiit. Opera. = *Carmen in nuptiis Joannis Ricci, et Faustinae Parraciani*. Romae 1778. = *De rusticis Brasiliae rebus carminum libri* 4. Accedit Prudentii Amaral Brasiliensis Carmen de Sacharo. Romae 1781

in 8 ex typog. Puccinelliorum. Rodriguezium Virgilii vestigia prementem miraberis super argumento Musis fere incognito ut de Mandiocae cultura; de cultura boum in Brasilia, et de cultura herbae Nicotianae. = *Vita Ven. Patris Emmanuelis Correae e Societ. J. in Brasilia Missionarii. Una cum adjectis animadversionibus Historicis.* In Fano S. Martini 1789 in 8 sine auctoris nomine. Terso, nitidoque stylo describitur vita Correae viri Sanctissimi, qui Romae obiit nono Kalendas Martii 1761. Eandem vitam legi, sed animadversionibus nullis instructam, quae profecto res lusitanicas mirifice illustrant, et Marchionis de Pombal Carvallo fata describunt. Dubius sum annotationes ne istae sint Rodriguezii, vel alius hominis, uti suspicor.

Rossi Ignatius Viterbii 3 Febr. 1740 natus, Soc. Jesu ac. in Provincia Rom. 11 Nov. 1753. Junior Rhetoricam ac humaniores litteras Spoleti, Maceratae ac Florentiae tradidit, multam publice in dicendo tum latine tum italice laudem adeptus. Romam se referens, ut theologiae studiis operam daret, primum Logices, tum Physices, demum Theologiae ob ingenii perspicaciam ac doctrinae amplitudinem Academicus renunciatus fuit. Spoletum reversus anno 1772 philosophiam ibi ac Mathesim tradebat, quum anno sequente extincta Societate, denique Romam, ut ibi maneret iterum, se contulit: ubi plures annos in studiis abditus, ac linguas orientales in Collegio Romano magna cum opinione professus, tum etiam libris editis famam ubique sibi comparavit. Opera etc.. = *Commentationes Laertianae*. Romae 1788 typis Archangeli Casaletti, in 8. Dicat Auctor opus Cardinali Ignatio Boncompagnio. Difficiliores Diogenis Laertii locos erroribus purgat et illustrat magna eruditione, acri judicio, ac venusta sermonis elegantia = *Etymologiae Aegyptiacae*. Romae 1808 in 4, typis (licet non expressis) Congregationis de Propaganda Fide. Dicat illas Auctor Cardinali Alexandro Litta perpulcro carmine heroico latino. Elucent in his etymologiis eximia linguarum Orientalium peritia, summa industria, et eruditio cum styli nitore conjunctae: quibus ornamentis in provincia summa inopia, ac siccitate insigni, plurimam sibi laudem Rossius a viris eruditis promeruit. Minuta quoque alia tam soluta, quam ligata oratione etrusce, ac latine edidit, quae neque vidi neque Auctor possidet rerum suarum, indignabundis Musis, nimis quam par est negligentior. Vehementer vero doleo deperditam fuisse orationem latinam *De praestantia, et usu Metaphysicae pro tuenda Religione adversus recentiores incredulos* Florentiae habitam 1765, quam Clar. Archiepiscopus Stephanus Incontri et totus nobilissimus coetus cum stupore ascultarunt ob styli elegantiam, summumque rationum pondus. Absolutam habet interpretationem latinam Codicis lingua coptica, quem e bibliotheca ditissima Angelica Romana accuratissime exscripsit, Prophetas sacros Minores continentis cum notis, et illustrationibus. Adjecta sunt isti interpretationi plurima fragmenta eorumdem Prophetarum dialecto Thebaica, quae idem latina fecit, et notis illustravit. Plura prae manibus habet, quae si Deus intersit (Maecenatem dico) qui difficilem solvat angustiarum pecuniae nodum, perficere valetudine firma cogitat. Hujusmodi sunt correctiones, et illustrationes in preparationem Evangelicam Eusebii; emendationes, et explanationes plurimarum Inscriptionum Gruterii, Muratorii, Sponii etc., quae ab iisdem, vel sunt depravate editae, vel nullomodo, aut male explicatae; et observationes denique in plurimos auctores veteres tum Graecos, tum Latinos.

Rubbi Andreas n. 2 Nov. 1739, Soc. ac. in Prov. Veneta 4 Jun. 1754, v. 4 nun. 25 Martii 1772: quo anno litteras humaniores tradebat in convictu Brixiensi Nobilium S. Antonii. Opera: = *Interpretatio et illustratio Epitaphii Graeci* Ravennae reperti: extat in opere inscri-

pto *Gasparis Aloysii Oderici Gen. e S. J. Dissertationes et adnotationes etc.* Romae typis Francisci Bizzarrini Komarek 1765 = *Parnasso Italiano* . Continet 56 tomos. Primus tomus Venetiis 1784 apud Antonium Zatta et filios in 12. Parnassus incipit a Petrarca, et desinit in Auctores poematum *Bertoldino* et *Cacaseno*, tomis scilicet 55, et 56, editis ibid. sed an. 1791 . Poetarum singulis praemittit Rubbius brevem , et elegantem praefationem; eorumque poemata claudit brevi etiam narratione de eorum vita, et gestis = *Tragoediae* sermone Etrusco, quas laudat Xaverius Bettinelli epistola ad Comitem Tiberium Roberti , quae extat in tomo XII. editionis Bassanensis 1797 operum Joan. Bap. Roberti . In opusculo *Saggio di studii del P. Luigi Lanzi etc.* auctore Cl. Mauro Boni extat nobile Rubbii Epigramma Etruscum (Sonetto) Lanzi tumulo inscribendum = Interpretandum italice, augendum, et corrigendum Rubbius suceperat spissum opus Samuelis Pitisci inscriptum *Lexicon antiquitatum Romanarum etc.* Hujus interpretationis plures tomos iam typis editos se vidisse sancte mihi testatur Cl. Titus Cicconi e S: J. Itaque non imprudenter putem interpretationem aut omnino absolutam, aut in exitu saltem esse.

Ruggia Hieronymus n. 30 Sep. 1748, Soc. ac. in Prov. Romana 31 Oct. 1763. In Collegio Illirico Lauretano Rhetoricam docebat anno 1772 . Bononiae institutor aderat an. 1809 egregio adolescentulo Camillo Monarini Sorra, cujus genitoribus dicat Ruggia poema de excolendo Lindori (sic placuit Camillum alumnum venuste appellare) praecipue virtutibus animo; quod inscripsit. = *La coltura del Cuore al Giovinetto Lindoro Poemetto* . Bononiae typis Ulyssis Ramponi. 1809: in 4. Luculentis hendecasyllabis, quos luminibus descriptionum, exemplorum, sententiarum, ac verborum mirifice exornat, alumnum Camillum ad virtutis iter arripiendum excitat = *Pel ritorno della Casa Estense agli Ereditarii suoi Stati Cantata* (Carmen musicum ob restitutas Familiae Attestinae ditiones suas haereditarias). Mutinae per G. Vincenzi, et Socios 1814 in 8 . Hoc trium Scenarum dramate parem vim poeticam quam in antea laudato ostendit Auctor laurea Apollinea cingendus.

Rupp Joannes Baptista ex Provincia ad Rhenum Superiorem, plures annos Theologiam Scholasticam docuit in Collegio Heidelbergensi, ubi eandem obibat Provinciam an. 1766 . Opera = *De adoratione Christi latreutica in Eucharistia* . Heidelbergae 1759. = *De obligatione praestandi culpam seu damnum culpa, ut vocant, mere juridica datum* . 1754. Videm verbum *Schmidt Antonius* . = *Praelectiones Theologicae ad commodiorem usum DD. Auditorum*. Heidelbergae 1764 tomis VIII. in 8 . Ex Zaccaria in *Apparatu omnigenae eruditionis ad Theologiam, et Jus Canonicum* edito Romae sumptibus Monaldini 1773 .

S

Salazar Joannes Climacus in Caravacae nobili Dioecesis Carthaginensis oppido claro genere n. 30 Martii 1744, Soc. ac. in Prov. Toletana 6 Aprilis 1759. Post exilium etiam secundum Sociorum ab Hispania ibi remansit , et in vivis esse anno 1810 compertum fere habeo: certior quoque suum e vita migrasse ante annum 1815 in oppido dicto Hellin regni Murciani. Opera = *Mardoqueo Tragedia en 5 Actos* . Matriti 1791 in 8 per Viduam Ibarrae : quam Mardochei tragoediam dignam judicarunt Hispani Poetae, quae primas in Theatro tragico haberet, horum judicium probante Joanne Paulo Forner scriptis, et laude poetica clarissimo . = *Los versos que se cantan en el Viernes Santo ... de las tres horas de agonia de C. N. Redentor* . Barcinone apud Antonium Sastres 1801 in 12 : tacentur vero locus , annus , bibliopola et Auctor, qui haec carmina a nostro Petro Cordon italice condita, Hispanica fecit . Manuscriptam habebat interpretationem hispanicam versu libero endecasyl-

labo artis Poeticae Horatianae novo, sed vero ordine a Cl. Advocato Petrini digestae, et adornatae. Carmen etiam Hispanicum octonum (*Octava Rima* vocant) ad Academiam Regiam Matritensem misit, quae praemium pollicebatur Poetae, qui magis eleganter celebraret immortale illud Ferdinandi Cortesi facinus suas naves comburendi. Climacus vel sero poema misit, vel Judices Academici suboluere Auctorem e Societate fuisse. Judicia quoque m ss. tulit acerrima, et subtilissima de Racinei Tragoediis. Plurima etiam poematia condidit salibus, et elegantia referta. Nobilissimi Climaci consanguinei viris eruditis rem gratissimam agent, omnium scriptorum ejusdem editionem suscipientes.

Sagner Gaspar Silesius ex Provincia Bohemiae, ex qua Toletanam adiit ut in Seminario Regio Nobilium Matritensi Mathesin doceret, posteqnam in Universitate Regia Pragensi Philosophiae Professor fuerat. Anno 1763 Matriti Gasparem novi, mihique cum illo fuit amicitia non vulgaris. Anno ni fallor, 1764 in Bohemiam remeavit; in cujus Pragensi Collegio a S. Clementem an. 1772 Jus Canonicum profitebatur, ab Archiepiscopo Pragensi designatus ut Sacerdotio initiandorum doctrinam excuteret. Opera = *Institutiones philosophicae etc.* Pragae typis Academicis 1755 in 8; quae Philosophis adeo placuerunt, ut editiones iteratae fuerint. Nunc memini editionis Placentiae adornatae impensis Nicolai Orcesi 1767, et 1768 ad usum Scholarum Collegii Alberoniani Placentini cum annotationibus cujusdam anonymi, hac inscriptione *Institutiones philosophicae*: tomis IV. in 8: quae annotationes non omnibus omnino placent, in his defensio de mundo optimo = *De ortu stratorum Telluris, et ratione qua corpora marina in loca mediterranea translata sint Commentatio*. Pragae litteris Fran. Ignatii Kircher 1758: ex *Austria docta*, et Zaccaria tom. III. *Saggio critico della corrente litteratura stranierra* = *Discursus de terrae motus causa*: ibid. ex cod. Zaccaria = *Dissertatio de pabulo ignis*: ibid. 1758: *ex Austria docta*.

Sailer J. Michael, Bojus, ortu Aresingensis Dioecesis Augustanae n. 9 Jul. 1753, Soc. ac. in Prov. Germaniae Superioris 13 Sep. 1770. Cum anno 1771 ex hac Provincia constituta fuerit Bavarica, in hujus Collegio Landspergensi tyrocinium continuavit. Anno deinceps 1773 in Collegio Ingolstadiensi Philosophiae addiscendae operam dabat. Extincta Societate Theologiae Doctoris gradu insignitus renuntiatus fuit Theologiae Pastoralis, et Ethice Professor in Universitate Dilingana. Opera. = *Theologi Christiani idea. Prolusio Academica*. Monachii sumptibus Joan. Nepomuceni Fritz 1781. Ex hac prolusione novimus Clar. Sailerum duo alia scripta edidisse: primum. = *Theologiae Christianae cum Philosophia nexus*: Augustae Vindel. apud Rieger 1779: alterum = *Fragment von der Reformations geschichte der christlichen Theologie* (De emendanda Historia Christianae Theologiae). Ulmae per Vohler 1779 = *Glückseligkeits lehre aus Vernunftgrunden mit Rucksicht auf das Christenthum* (Doctrina de habenda felicitate ex rationis humanae momentis cum respectu ad Religionem Christianam). Pars prima Monachii apud Josephum Lentner 1787 in 8: pars secunda ibid. 1791 = *Das Buch von der Nachfolgung Christi etc.* Monachii apud Josephum Lentner Bibliopolam. Plurimi a Germanis habetur haec novissima interpretatio aurei libelli Kempensis de imitatione Christi, quam Cl. Sailer suscepit, ornavitque notis, et ingressione ad opus, in qua agit de praecipuo argumento, et scopo libri, de animi comparatione a Lectoribus habenda, cum responsione ad ea quae huic libello objecta sunt. Est tertia editio omnino correcta, et aucta. Editio prima fuit an. 1794; secunda vero ni faller 1797. Ad unam emendatissimam nostri Desbillonsis editionem latinam oculos semper adjicit Cl. interpres = *Veber die Wasserfluth zur Ehre der Fursehung.* 1784 in 8 (De Diluvio ad

Providentiae honorem) . = *Veber den Selbstmord, fur Menschen, die sich fühlen den Werth, ein Mensch zu seyn.* 1785 in 8 (De suicidio ad homines, qui non aestimant excellentiam hominis) = *Vorlesungen aus der Pastoral theologie*, (Lectiones ex Theologia Pastorali): tom. III. in 8 an. 1788: 89: jussu Electoris Archiepiscopi Trevirensis. = *Das gebet unsers Herrn für Kinder in ihrer Sprache* (De oratione *Pater noster* pro pueris ad eorum loquendi rationem explicata). 1788 in 12 = *Kirchengebete, aus dem Missal ürbersetzt*. (Missalis preces germanice versae) 1788 in 18. = *Vollstandiges Lese und Gebetbuch für Katholische Christen, mit 13 Kupfern*. Copiosus lectionum, et precum liber in Catholicorum usum cum 13 iconibus: an.1789 sex tomulis. = *Predigten etc.* (Conciones) 1790 tom. II. = *Vollstandiges Gebetbuch für Katholischen Christen aus seinem groszern Werke von ihm selbst herausgezogen*. (Copiosus precum liber pro Catholicis quas ex ampliori suo opere ipse Auctor desumpsit) 1791: est 4 editio. Haec octo opera laudantur in tomo II. operis *Gluckseligkeitslehre*: et omnia puto edita fuisse Monachii.

Salazar Melchiades in oppido dicto Hinojosos Dioecesis Conchensis n. 9 Dec. 1737, Soc. ac. in Prov. Toletana 1 Oct. 1751. v. 4 nunc. Forolivii. In Collegio Optensi concionatoris munere fungebatur an. 1765. Potestate in Hispaniam redeundi exulibus Sociis a Rege facta usus, in eadem mansit, donec iterum actus in Italiam domicilium Caesenae collocavit, ubi nunc (an. 1815) senectutis incommoda studet assidua lectione levare. Opera. = *La ragione* Caesenae per haeredes Biasini 1789 tomis III. in 8: opus egregium adversus libertinos ob invictum rationum robur, et ob styli nitorem. Plurimam tulit opem Laurentio Hervas in convertendis italice nonnullis tomis operis inscripti *Idea del Universo*. Multa etiam poemata tum latina, tum Italica vulgavit, sed aliorum nomine = *Consilium Burgofontanum* hispanice; est interpretatio illius egregii operis *Projet de Bourgofontain*, in quo Jansenistarum fraudes, et machinationes adversus Ecclesiam, et Principes deteguntur = *Opusculum* Francisci Antonii Zaccariae adversus Lusitanum Pereyra de Pontificis auctoritate male sentientem: hispanice. Has duas interpretationes confecit noster redux in Hispaniam, quas m ss. reliquit bibliothecae sui leviri.

Salvatori Philippus Maria, Romae n. 16 Nov. 1740, Soc. ac. in Provincia Romana 17 Nov. 1754. Litteras humaniores tradidit Asculi, et Maceratae; et anno 1773 Ministrum agebat in Collegio Pratensi. Societati in Neapolitanum Regnum restitutae se addixit, et Professione 4 votorum nuncupata 15 Aug. 1806, nunc (1815) degit in Collegio Maximo Panormitano. Opera = *S. Paolo Apostolo esemplare di una vera, e stabile conversione etc.* (S. Paulus in exemplum syncerae, ac permanentis peccatorum detestationis). Romae apud Lazzarini 1802, indicato Auctoris nomine siglis F. M. S. (Filippo etc.) = *Vita della Beata Veronica Giuliani Badessa delle Cappuccine in S. Chiara della Città di Castello*: ibidem 1803; quam Floridus Pierleoni Episcopus Aquarum Taurinensium (Acquapendente) dicat Pio VII., qui mirabilem hanc Virginem anno 1727 vita functam in Beatorum album recensuit = *Vita della S. Madre Angela Merici Fondattrice della Compagnia di S. Orsola etc.* ibid. 1807. Praeeessit alia editio. Hanc secundam Virgines Ursolinae Romanae dicarunt Pio VII, qui eodem anno B. Angelae Beatorum honores decrevit. = *Vita del Beato Andrea Ibernon laico professo dell'ordine di S. Francesco etc.* Romae 1791 typis Joachimi Puccinelli in 4: nomine Vincentii Mondina Causae Postulatoris = *Gesta, virtù, e doni del Beato Leonardo da Porto Maurizio etc.* nomine Josephi Mariae di Masserano Causae Postulatoris. Romae apud Salomoni 1796 in 4 = *Istruzione pratica per i Confessori novelli*: ibid. 1798: tacito nomine = *Riflessioni proposte ai peccatori più*

rozzi: ibid. apud Lazzarini 1801: tacito auctoris nomine. Dicta duo opuscula una simul, et eodem volumine copulata in meliorem ordinem digesta, et cum additamentis et appendice, et expresso auctoris nomine edita fuerunt titulo *Istruzione pratica per i confessori novelli divisa in due parti etc.* Romae 1802 per Lazzarini. In appendice leguntur praeclara Judicia de dignitate, ac praestantia hujus opusculi lata a Clar. Viris doctrina, ac Religione praestantibus Josepho Bartholomaeo Menochio, Augustiniano, Episcopo Porphyriensi, et Sacrarii Apostolici Praefecto, a Thoma Maria Mancini O. P. Theologo Casanatensi eximio, a Pio a S. Francisco Carmelitano Excalceato, Viennae, ac Pragae Theologiae Professore, et a Josepho del Pino Cleri Romani Examinatore. His tantorum virorum judiciis se Salvator munitum voluit adversus quemdam eum nimiae benignitatis in peccatores poenitentes incusantem = *Appendice terza da inserirsi in una nuova edizione dell' operetta intitolata* Istruzione pratica per i Confessori novelli: ibid. per Salomoni 1803 = *Compendio della vita di San Luigi Gonzaga etc.* Romae per Puccinelli 1793 sine nomine. Ex ampliori vita Aloysii auctore Virgilio Cepari S. J. confectum est hoc compendium, quod ornatur pulcris iconibus praecipua Aloysii gesta referentibus = *Compendio della vita di S. Francesco Saverio*: ibid. 1795 sine nomine. Digestum est etiam, hoc compendium ex ampliori vita auctore Josepho Massei S. J. et ornatum est iconibus satis nitidis praecipua Xaverii gesta exprimentibus = *Vita della Ven. Veronica Laparelli di Cortona*. Romae 1774: suo nomine. Reor esse synopsim vitae editae ab Antonio Maria Bonucci S. J. an. 1714 = *Vita della Ven. Anna di S. Agostino*. Romae 1777: nomine sui germani fratris Beatorum ut dicunt Advocati.

Sanchez Angelus natus, in oppido celebri Rioseco Dioecesis Palentinae 1 Martii 1727, Soc. in Prov. Castel. ac. 28 Ap. 1747, v. 4 nun. Philosophiam, et Theologiam docuit. Opera = *Filosofia del espiritu, y del corazon etc.* Est interpretatio carmine hispanico notis illustrata librorum sacrorum Proverbiorum, Ecclesiastes, Sapientiae, et Ecclesiastici. Matriti per Benedictum Cano 1786, et 1787 tomis IV. in 8. = *Salmos traducidos en verso Castellano* cum notis. = *Canticos de la Escritura en verso Castellano* cum notis. = *Trenos de Jeremias traducidos en liras* cum notis; omnia hec Matriti per Placidum Barco, tom. III. in 4. Istis operibus magnam sibi Angelus opinionem comparavit ob numerorum elegantiam, et hispanici sermonis dignitatem. Obiit Palentiae 15 Dec. 1803: ubi viribus corporis omnino fractis constiterat, quin Socios ab Hispania iterum depulsos comitari possit. Sua mss. reliquit Illmo Domino Almonacid Episcopo Palentino, cui erat apprime carus.

Sanchez Labrador Josephus, Guardiae Dioecesis Toletanae oppido n. 19 Sep. 1717, Soc. ac. in Prov. Toletana 5 Oct. 1731. v. 4 nun. 20 Mai 1751. Ex Provincia Toletana, in Paraquariam se transtulit. In Academia Neo-Codubensi Philosophiam et Theologiam magna doctrinae opinione publice fuit professus. *Vir prudentia, solertia, patientiaque insignis, ac rerum naturalium diligens investigator*: verba sunt Clar. Viri Martini Dobrizhoffer in sua egregia de Abiponum, quorum fuit in Paraquaria Missionarius, Historia, tomis tribus edita Viennae 1784. Idem Martinus alio dictae historiae loco haec de Sanchez addit: *Haec ... et nonnulla alia Josephi Sanchez diligentissimi naturae exploratoris observationibus, relationibusque debeo ... Utinam ad manus mihi essent ferarum, volucrum, piscium, plantarum imagines solerti ejusdem calamo expressae, dignissimae profecto, quae ad historiae meae ornatum Vindobonensi scalpro excuderentur*. Haec ille. Acerrimam Sanchez, nuncio splendidis Cathedris remisso, diu navavit operam Nationibus barbaris Paraquariae ad Fidem Christianam convertendis, et ad suave jugum Regis Catholici adducendis, immensis

terrarum tractibus peragratis, et summis periculis, et aerumnis toleratis. In medio tot illustrium, et utilium ad Dei gloriam, et Hispaniarum Regis utilitatem expeditionum fuit Sanchez cum reliquis Sociis in Italiam deportatus. Sanctissimus Senex de religione, de Rege, et Natione Hispana et de viris omnibus eruditis benemeritus obiit Ravennae 1799. Opera M SS. = Cathechismum convertit in linguam Mbajarum, pro quibus expoliendis, ad humaniorem vitam traducendis, et Evangelio illuminandis plurimum idem sudaverat. Ejusdem linguae Dictionarium produxerat ad litteram *P.* praeceptis grammaticalibus adornatum, reliquas, non intercedente exilio, persecuturus; Ex historia gallica Paraquariae Petri F. Xav. Charlevoix latine versa a Dominico Muriel, et Venetiis edita 1779 fol. = *Paraguay natural ilustrado. Noticias de la naturaleza del Pays con la explicacion de Phenomenos Physicos, generales, y particulares: usos utiles que de sus producciones pueden hacer varias artes. Parte primera contiene los libros siguientes. Primero Diversidad de tierras, y cuerpos terrestres. Segundo. Agua, y varias cosas a ella pertenecientes. Tercero: Ayre, vientos Estaciones del año, clima de estos payses, y enfermedades ordinarias.* Est tomus in 4 spisso caractere, in quo Paraquaria naturalis illustratur tribus libris ubi erudite, et copiose tractatur de terrarum, et corporum terrestrium diversitate, de aquis, de aere, et ventis, de anni tempestatibus, temperamento, et morbis magis communibus hujus regionis. = *Parte secunda contiene los libros siguientes: primero. Botanica, o de las plantas en general: segundo Selvas, campos, y praderias del Paraguay: tercero Los Arboles en particular: quarto Palmas, tunas, y cañas: quinto Tcipos y otras plantas sarmentosas: sexto Algunos arbolillos, matorrales, y hiervas: septimo Algunos utiles, y curiosas usos.* In hac secunda parte libros septimos continente agit copiose de Paraquariae Botanica. Laudat Petrum Montenegro Adjutorem temporalem Provinciae Paraquariae, qui reliquit opus m ss. hispanice de plantis Paraquariae morbis medendis utilibus. Ait quoque in praefatione hujus secundae partis se omnino absolvisse tomum primum operis inscripti *Paraguay cultivado = Parte tercera contiene los libros siguientes: primero Animales quadrupedos: segundo Las aves: tercero Los Peces.* In hac tertia parte agit de quadrupedibus, Avibus, et piscibus; et laudat secundam, et tertiam partem operis as e conscripti titulo *Paraguay Catolico = Parte quarta. Contiene los libros siguientes: primero De los animales anfibios: secundo De los animales reptiles: tercero De los insectos.* De amphibiis, reptilibus, et insectis Paraquariae agitur his tribus libris quartae partis. Hic quoque mentionem facit operis *Paraguay Catolico*; et reprehendit dissertationem Raymundi Mariae Termeyer de *rebus Tucumanicis* insertam operi inscripto *Memorie erudite*, quod edebatur Mediolani 1778.

Sandoval Joan. Franciscus nobilibus genitoribus Auriae in Gallecia n. 12 Aprilis, 1747, Soc. ac. in Provin. Castellana 12 Nov. 1764 contempto luculento patrimonio, cujus erat unicus haeres. In otio Italico tum Bononiae, tum Romae in graecis litteris, quas iam in Hispania ardore summo arripuerat, omnino comprehendendis animum obfirmavit, cujus perseverantiae haud inutiles extitere fructus. Haud semel ad juvenum nobilium institutionem Christianam, et litterariam accersitus, Juvenes Marchiones Costagutos Romanos, et Sampierios Discipulos habuit. Obiit Romae 29 Martii 1809. Reliquit m ss. absolutissimam interpretationem hispanicam, ac latinam Theocriti, Moschi et Bionis collatis inter se codicibus m ss. Vaticanis 30 praeter alios, quos in aliis Bibliothecis Italiae perlustrarat. Pluribus, et summopere eruditis annotationibus has suas interpretationes illustrat. Volumen etiam reliquit variorum poematum linguis latina, italica, et Hispanica, quae ipse condiderat.

Sanna Demetrius in Sardinia natus, in Provinciam Novi Regni Granatensis transmisit. Fani post exilium sedem fixit. Auctor vivebat an. 1801. Opera = *Il peccato in Religione, ed in Logica degli Atti, e Decreti del Concilio Diocesano di Pistoia*. Assisiis per Octavium Sgariglia sumpto nomine *Mariano Pistofilo degli Eusebii di Città Geropoli*. = *Seconda parte, o sia appendice all'opera intitolata il peccato in Religione, ed in Logica etc.* Pisauri. Ex multis operibus adversus Synodum Pistoriensem editis, nullum forsitan majori rationum pondere ac istud Pistorienses errores frangit, et debellat. In hac secunda parte acerrime tnetur ordines Religiosos a Pistoriensium censura. Plura alia babet ejusdem argumenti sed adhuc inedita = *In insanientem Theologum Pistoriensem*. *Elegia*: ex Josepho Cernitori Bibliothecae Polemicae Auctore.

Sanseverino Carolus ex nobilissima familia Placentiae n. 15 Aug. 1700, Soc. ac. in Prov. Veneta 4 Nov. 1714, v. 4 n. 15 Aug. 1733. In Collegio Bononiensi S. Luciae an. 1773 Rectori erat a consiliis qua in Urbe obiit eodem anno. Poeta fuit clarus, Orator, ac Philosophus. Opera. = *Orazione delle lodi di Bened. XIV. recitata in Bologna* il dì 6 di Nov. 1740. Bononiae eodem anno = *Panegirico in lode di S. Vincenzo de' Paolis* ibid. 1746 = *Panegirico in lode di S. Gertrude detta la Magna* ibid. 1749 = *L'Annibale Cartaginese. Tragedia*. Bononiae 1750; Ex Zaccaria *Storia letteraria d'Italia*, tom. II. = *Cyrus Babilone*: italiae, ex eod. tomo V. = *Panegyricus de Corde Jesu*: Italice. = *Poeticam, atque oratoriam facultates esse necessario inter se conjungendas*. *Oratio habita Patavii in instauratione Studiorum Nonis Januarii* 1725. Parisiis typis Gabrielis Francisci Quillau 1725 in 4 = *Della morale filosofia degli antichi Filosofi Pagani raffrontata all' Evangelica etc.* Bononiae per Ferdinandum Pisarri 1764.

Sardagna Carolus: ex Prov. Germaniae Superiores in cujus Lucernensi Collegio an. 1773, explanabat libros Sacros, et controversias; fuerat antea Historiae professor; et in Episcopali Lycaeo Ratisbonensi Professor Theologiae ordinarius = *Theologia Dogmatico-polemica* tomis VIII. Ratisbonae 1771 in 8 ex typographia Zunckeliana. Collegium Ratisbonense dicat opus Episcopo Ratisbonensi, cujus Suffraganeus Adamus Ernestus Episcopus Abilenae approbat hanc Theologiam miro ordine, styli nitore, rationum pondere praestantem, et Juventuti non satis commendandam ob controversias cum recentioribus Incredulis egregie tractatas. Adjecit Carolus luculentum *Indiculum Patrum, ac veterum Scriptorum Ecclesiasticorum ordine alphabetico*: iisdem typis sed an. 1772.

Sarracinelli Antonius Acacius Urbeveteri nobili familia natus 11 Oct. 1725. Soc. in Prov. Rom. ac. 12 Nov. 41, v. 4 nun. 2 Feb. 59. Vir eruditione, eloquentia, ac virtutibus religiosis insignis. Ab illustribus Italiae urbibus expetitus, ut in iis sacra pulpita occuparet, hanc sacram Provinciam fructuosissime obiit Bononiae, Ferrariae, Mantuae, Mutinae, Mediolani, Taurini, Florentiae, Genuae, Venetiis, Romae, et aliis in urbibus. Mira in eo dicendi vis effulsit ad commovendos homines ad poenitentiam erratorum; et mira in miserabiles, aegrotos, pauperes, afflictos charitas. Juvandis proximis et Dei gloriae augendae vehementer intentus, piissime obiit Tibure 1802. Arcades Tiburtini Saracinello, de Tibure benemerentissimo parentarunt solemniter laudatione Academica, quam habuit Peon Androniacus, et pluribus carminibus, quae simul cum laudatione Romae typis edenda erant. Clarissimi Episcopi Tiburtini curis, cui moriens Saracinellus sua m ss. reliquit, Saracinelli orationes tum panegiricae tum quadragesimales, et de Adventu, editae fuerunt tribus voluminibus in 4 hoc titulo; volumen primum. *Prediche quaresimali del celebre Exgesuita Conte Abate Arazio Antonio Saracinelli Patri-*

zio Orvietano. Fulginiae 1803 per Joannem Tomassiui, qui totum opus dicat Sigismundo ex Comitibus Hohenwartz, Archiepiscopo Viennensi in Austria (de quo in loco). Volumeu secundum iisdem, typis loco, anno, et titulo. Volumen tertium ibidem omnino, sed titulo *Panegirici e discorsi morali*. Primo volumini praeit elegans inscriptio sepulcralis, auctore nostro Antonio Morcelli subjecta imagini marmoreae Saracinelli jussu Senatus Tiburtini collocatae in Aedibus Senatoriis; quam excriptam vide in Gloria posthuma. Sarracinello tribuitur etiam opus *Elementi di Storia*, *ad uso delle Scuole*; quae Elementa tomos saltem 5 complectuntur; et est interpretatio operis latini.

Scanelli Caesar, nobilibus genitoribus Forolivii n. 2 Feb. 1723, Soc. ac. in Prov. Veneta 14 Oct. 1738 v. 4 nunc. 15 Aug. 1756. Placentiae, Mutinae, et Imolae Philosophiam tradidit. Extincta Societate, Canonicatu in Ecclesia Cathedrali Foroliviensi honestatus suis scriptis philosophicis expoliendis manum admovit. Opera. = *Ragionamento d' Fedeli sulla nota che in alcuni calendarj si vede aggiunta alla Festa del SSmo Cuore di Gesù Christo*. Venetiis apud Bettinelli 1773. Oppugnat Camillum Blasi contendentem Cor Jesu carneum adorandum non esse = *Lettere cosmologiche che spiegano tutto il trattato del Cielo*: tom. V. Venetiis apud Laurentium Baseggio ab an: 1777 quo editus fuit tomus primus ad ann. 1783 quo tomus quintus fuit editus. Epistolae sunt numero 100 ac missae ad Patritium Venetum Aloysium (Alvise) Pisani, et postrema subscripta est ab Auctore Forolivii 24 Dec. 1782. Mira perspicuitate sine tanto, uti alii volunt, Geometriae fundo, explicat res astronomicas ad captum etiam illorum, qui Geometrarum gymnasia parum triverunt.

Scherffer Carolus in oppido Emunden Austriae Superioris n. 3 Novem. 1716, Soc. ac. in Prov. Austriae 27 Oct. 1732: v. 4 nun. 2 Feb. 1750. Traditis Rhetorica, ac Poetica multam nulla cessatione interjecta in excolendis physicis, ac mathematicis disciplinis operam posuit, quas plures annos docuit usque ad Societatis extinctionem ingenti sibi comparata opinione apud celebriores harum disciplinarum Professores. Suam quoque praestitit operam Josepho Liesganig Soc. J. in inveniendo Meridiano Viennensi. Opera = *Institutionum Physicae*. Pars prima. Vindobonae, typis Joan. Thomae Trattner 1752 in 8 = *Pars secunda*, ibid. 1753, quas duas partes dicat Josepho Trauthson Archiepiscopo Viennensi = *Institutiones logicae*, *et metaphysicae*. Vindobonae typis Joa. Thomae Trattner 1763 in 8; et est editio altera = *Lectiones elementares Mathematicae*, *seu elementa Algebrae*, *et Geometriae*. Viennae typ. Trattner 1762. Est interpretatio operis gallici Domini de la Caille = *Lectiones elementares Mecanicae* ibid. 1759 in 4. Est interpretatio operis Domini de la Caille = *Lectiones elementares astronomiae geometriae*, *et physicae*: ibid. 1757: est etiam interpretatio operis ejusdem de la Caille. = *Lectiones elementares Opticae*: ibid. 1757: est interpretatio operis ejusdem de la Caille. His lectionibus accessit auctarii loco brevis theoria micrometri objectivi Rogerii Boscovich Soc. J. Laudatae interpretationes latinae Scherfferi pluris habentur quam ipse scripta gallica Domini La Caille ob correctiones, et additamenta m ss. quae ipse ad interpretem misit, suis locis collocanda. = *Brevis Theoria motus corporum projectorum in medio non resistente viribus centralibus agentibus in ratione reciproca duplicata distantiarum etc.* ibid. 1760 = *De cellulis Apum Dissertatio*: ibid. 1760 = *De Iride Dissertatio physica*: ibid. 1761 = *De coloribus accidentalibus*; *Dissertatio physices*: ibid. 1761 = *De emendatione telescopiorum*, *dioptricorum per vitrum objectivum compositum recens a Dollondo in Anglia inventa*: ibid. 1762 = *Ad lectiones elementares astronomiae Cl. viri de la Caille appendix complectens praecipuas*

mutationes, quas Auctor in ultima editione Parisiensi anni 1761 *fecit etc.* Viennae, Pragae. Tergesti 1762. = *Calculi infinitesimalis pars prima, seu calculus differentialis expositus analysi infinita parvorum Marchionis Hospitalii ex editione Parisiensi an.* 1716 *etc.* ibid. 1764. = *Calculi infinitesimalis pars secunda seu calculus integralis expositus opere bipartito Domini Bougainville ex editione Parisiensi an.* 1754, *et* 1755 *etc.*: ibid. 1764 = *Abhandlung von den zufälligen Farben* (De coloribus accidentalibus Dissertatio): ibid. 1765 in 8. Est eadem ac latina superius laudata novis experimentis, ac notis aucta = *Institutionum analyticarum pars prima, sive analysis quantitatum finitarum etc.* ibid. 1770 in 4 = *Pars secunda de calculo infinitesimali, liber primus de calculo differentiali. Sectio prima* ibid. 1771 = *Liber secundus de calculo integrali. Sectio prima* 1772 = *Liber secundus de calculo integrali. Sectio secunda* ibid. 1772 = *Institutionum Geometricarum. Pars prima sive Geometria elementaris*: ibid. 1770 = *Pars secunda sive Trigonometria plana*: ibid. 1770 = *Pars tertia de lineis secundi ordinis, sive de sectionibus conicis*: ibid. 1771 = *Pars quarta de curvis algebraicis altiorum ordinum, et locis geometricis*: ibid. 1771 = *Institutionum mechanicarum Pars prima sive de motu, et aequilibrio corporum solidorum*: ibid. 1772. = *Pars secunda de motu, et aequilibrio, corporum fluidorum*: ibid. 1773. = *Abhandlung von der Wasserschraube* (De cochlea aquali) ibid. 1774 in 8 = *Institutionum opticarum Partes quatuor*: ibid. 1775 = *Brieve an Hrn. Maxim von Moszhardt ... uber einer Entwurf einer sphärischen Geometrie* (Epistola ad Dominum Maximilianum Moszhardt de idea seu specimine geometriae sphoericae) ibid. 1775 in 8 = *Trigonometrischer Versuch uber die Wahl des standes aus welchem man die Enfernung zweyer Oerte miszt* (Tentamen trigonometricum de eligendo situ ad metiendam distantiam duorum locorum): ibid. 1776. = *Institutiones geometriae sphoericae*: ibid. 1776. = *Institutiones Astronomiae*: ibid. 1778 quo anno invivis erat Auctor.

Scherschnik Leopoldus Joannes Teschinii in Silesia Austriaca n. 3 Martii 1747, Soc. ac. in Provin. Bohemiae 1764 in cujus Pragensi Collegio ad S. Clementem an. 1772 Theologiae addiscendae dabat operam in annum primum. Non sibi exiguam laudem promeruit ab eruditione litterarum graecarum, Mathesi, et Historia. Opera = *Dissertatio de migratione*. Lipsiae 1773 in 8 = *De doctis Reginohradecensibus commentarius*. Pragae 1775 in 8 = *Dissertatio de lacu Musiano*: Extat in actis Jablonowskianis = *De manuscriptis bibliothecae Collegii S. Clementis Pragensis*, quae ipse in ordinem redegerat. Ex Austria docta.

Schez Franciscus Xaverius, Viennae n. 8 Julii 1701. Soc. ac. in Prov. Austriae. 9 Oct. 1717, v. 4 n. 2 Feb. 1735. Poesin, Rhetoricam, Philosophiam, Mathesin, Canones, Theologiam, et Sacros libros explanavit. An. 1773 in domo Professa Viennensi domesticis explicabat controversias, quae ad conscientiam pertinent. Dum esset AA. LL. (Amoeniorum Litterarum) et Philosophiae Doctor, Professor que Ordinarius, in Universitate Viennensi, edidit egregium opusculum inscriptum = *Hispaniae veteris geographia carmine didactico exposita etc.* Viennae Austriae per Mariam Theresiam Voigtin 1737 in 12. Perpetuo subjectae extant annotationes, quae rem mirifice illustrant. Pollicetur auctor de Hispanis benemerentissimus reliquas se Europae partes persecuturum. Utitur carmine heroico, et in re scabra affatim splendido.

Schiffermiller Ignatius, in oppido Helmondsedt in Austria Superiore n. 2 Nov. 1727, Soc. ac. in Provin. Austriae 18 Oct. 1746, v. 4 nunc. 2 Feb. 1764. In Collegio Theresiano an. 1773 Professor erat Architecturae civilis, ac Militaris. Optime perspectas habebat Mineralogiam. Botanicam, historiam naturalem, ac numismaticam. Ab Augusta Maria There-

sia post extinctam Societatem renuntiatus fuit Regius Caesareus Consiliarius, et institutionibus Septentrionalibus praefuit. Opera = *Versuche eines Farbensystems* (Tentamen de colorum systematibus) Viennae 1772 in 4 = *Systematisches Verzeichnisz der Schmetterlinge der Wienergegend* (Catalogus systematicus papilionum tractus Viennensis) ibid. 1776 in 4: in quo perficiendo partem etiam habuit Michael Denis.

Schmidt Antonius (quem duo Catalogi Provinciae ad Rhenum Superiorem ann. 1754 et 1766 *Schmitt* vocant; ipse vero in suis scriptis se semper *Schmidt* appellat) Ab istis phtisicis catalogis frustra expiscari quidquam contendes de patria, ortu, in Socitatem ingressu, et gradu in eadem obtento. Noveris tantum ex illis Antonium anno 1753 in domo primae probationis Moguntina esse *Repetentem inferiora*, biennio tyrocinii decurso: anno deinceps 1765 tertiam probationem in Collegio Ettlingano subire. Indagationibus alio translatis novi in Collegio Heilderbergensi an. 1768 Philosophiam tradidisse, et ibidem plures annos usq. ad extinctionem Sacros Canones fuisse professum. Extincta Societate Princeps Episcopus Spirensis Antonium Canonicum constituit Collegiatae ad SS. Trinitatem, et omnes Sanctos Spirae, et sibi delegit consiliarium ut dicunt *respective intimum et Ecclesiasticum actualem, necnon et Referendarium intimum in Ecclesiasticis*. Fuit postea renuntiatus Episcopus Sufraganeus Episcopi Spicensis. Opera = *De Structura interiori globi terraquei*. Hildelbergae 1768 typ. Joann. Jacobi Haener in 12. Ait in praefatione anno superiori Heildeebergae prodiisse dissertationem *de exteriori globi terraquei structura*, cujus Auctorem suspicor eundem fuisse Antonium. = *Meditationes philosophicae in varias recentiorum quorumdam opiniones maximam partem juris naturae etc.* Heilderbergae 1767: ibidem 1768: deinceps Coloniae Agrippinae 1779 sumptibus Thomae Odendall titulo *Meditationes Philosophicae etc. adnexa disquisitione philosophico-critica de auctoritate humana*. Eleganti, subtilique disputatione refellit effraenatas quorumdam sententias, et in his insanissimum Consilium Scriptoris *de la Beaumelle*, qui in suis cogitationibus (*Mes pensees*) ridicule, et insipienter contendebat nulla a Parentibus esse pueros religione imbuendos, donec ipsi provectiores effecti, quam mallent, eligerent. In his meditationibus philosophicis haud obscure significat, se saltem metaphysicam edidisse = *Institutiones juris Ecclesiastici Germaniae accommodatae* tom. II. in 8. Heilderbergae 1771 sumptibus Tobiae Goebhardt. Laudantur in prologo Jesuitae Mulzer, qui anno 1770 scripsit *de Praecognitis, juris Canonici*: Rautenstrauch, qui eodem anno edidit *Prolegomena institutionum juris Ecclesiastici*; et Streinius Professor Bambergensis. Landatae Antonii Institutiones emendationibus, et additamentis instructae prodierunt an. 1778 Bambergae, et Wirceburgi sumptibus ejusdem Tobiae Goebhardt in quibus laudat dissertationes Petri Gallade *de usu concordatorum apud Catholicos, et Protestantes in Imperio*: aliam *de Vicario in Divinis* editam an. 1765: tertiam *de emolumentis ex beneficii Ecclesiastici pacifica possessione* editam 1756: quartam *de matrimonio sine consensu Parentum contracto* editam 1758: quintam *de divisione Parochiarum* editam 1766: sextam *de juribus Patroni in Ecclesia sui Patronatus* editam 1762: septimam *de doctrina Catholicorum, et erroribus Protestantium circa sponsalia de futuro, et praesenti* editam 1766: octavam *de matrimonio civiliter inaequali* editam 1764: nonam *de vinculo matrimonii rati auctoritate Ecclesiastica aliquando solubili* editam 1759: decimam *de Ecclesia sanguinem non sitiente* editam 1768. Laudantur etiam haec Jesuitarum scripta: *Praelectiones theologicae* Joannis Rupp, et ejusdem duae dissertationes, una *de obligatione praestandi culpam, seu damnum culpae, ut vocant mere juridica datum*: altera *de adoratione Christi latreutica in Euchari-*

stia edita 1759: Josephi Pichler *Historia Augusta quinque Carolorum* edita Viennae 1735: Joannis Streinii *Summa Juris Canonici*: Andreae Rudel *Ecclesiarum, et Altarium consecratio, sacri juris argumentum illustre canonica dissertatione illustratum, et vindicatum* edita 1754: Adami Reitzer dissertatio *de Collaterali, qui a primo adquirente non descendit etc.* et illa alia *de jure, et praxi circa Sacra in Castro nobili*: Josephi Kleiner dissertatio *de necessitate baptismi parvulorum ex Scriptura, et primis Ecclesiae seculis* edita 1765: denique Philippi Friderich dissertatio *veram legis* (Si sponso 16. C. de donationibus ante nuptias) *indolem, interpretationem, atque usum practicum sistens* edita 1765 = *De Synodis archidiaconalibus, et archipresbyteralibus in Germania dissertatio* Heilderbergae 1773, quam eruditissimam vocat Fran. Xaverius Holl in *Statistica Ecclesiae Germanicae* = *De varietate praebendarum in Germania*. Heilderbergae 1773: teste laudato Holl. Suspicor has duas Antonii dissertationes contineri tomo secundo *Thesauri juris Ecclesiastici etc.* sed cum *Thesaurus* mihi sub manu non sit, nihil decerno = *Vindiciae adversus responsiones etc.* Heilderbergae 1772. Confutantur responsiones, quibus Febronius se tuebatur adversus Antonii opus, quod nondum vidi, contra illum vulgatum. Vindiciae istae extant etiam in tomo II. *Thesauri Juris Ecclesiasticit etc.* (de quo illico) edito 1772 = *Thesaurus juris Ecclesiastici potissimum Germanici, sive Dissertationes selectae in jus Ecclesiasticum, quas juxta seriem institutionum ejusdem juris a se editarum, in ordinem* (Antonius) *digessit, illustravit animadversionibus novis, adauxit lucubrationibus propriis*. Tomus I. Heilderbergae 1772 etc. sumpt. ejusd. Tobiae Goebhardt: in 4. Hoc I. tomo continetur Dissertatio Petri Gallade S. J. Professoris Heildebergensis ann. 1755 ad caput *Hadrianus*. 22 dist. 63. = Tomus II. ibid: sed 1773; et ibi extat dissertatio Philippi Friderich S. J. Professoris Heildebergensis an. 1746 inscripta *Idea nomothesiae Ecclesiasticae*. Extant etiam *Animadversiones* Martini Bender. S. J. Professoris Theologiae in Universitate Trevirensi an. 1767 cum animadversionibus etiam Antonii in vindicias historico-criticas Georgii Christopori Neller: ejusdem Benderi *Pythagoras novus excussus etc.* adversus eundem Nellerum: Duae etiam dissertationes *de origine, antiquitate, muniis, et praerogativis Cardinalium* Auctore Josepho Kleiner S. J. Professore Theologiae Heilderbergensi. Tomus iste II. absolvitur disertatione Petri Gallade S. J. Professoris SS. Canonum Heilderbergensis anno 1758 *De capitulatione Episcopo Germaniae electo a suis Electoribus proposita et jurejurando confirmata* = Tomus III., et IV. ibid. an. 1774, in quibus nulla extat aliorum Auctorum lucubratio = Tomus V. ibidem an. 1776 continet dissertationem Petri Gallade S. J. *de Advocatis Ecclesiasticis*, et aliam Philippi Friderich *de eo quod justum est circa amortizazionem* = Tomus VI. ibid. 1777, et VII. an. 1779 absque nulla aliorum lucubratione instructi. Lectoribus spem Bibliopola facit edendi tomum VIII. quem nondum vidi.

Schoenwisner Stephanus, Ungarus n. 21 Dec. 1738, Soc. ac. in Provin. Austriae mense Nov. 1756. Rhetorica tradita tertiam probationem subibat in Collegio Neosoliensi an. 1773. Novit linguas latinam, germanicam, hungaricam, Slavonicam, et Gallicam. Post extinctam Societatem electus fuit ab Aula Caesarea in Bibliothecae Regiae Budensis Custodem, antiquitatum et rei numariae professorem quae munera praeclare obibat an. 1784. Opera = *De ruderibus Laconici, Caldariique Romani, et aliis monumentis in solo Budensi .... liber unicus*. Budae 1778 *in* fol.: Continet duas partes allatis etiam aliquot inscriptionibus ad argumenti illustrationem. = *Commentarius geographicus in Romanorum iter per Pannoniae ripam, in duas partes divisus*; ibid. 1780.

Schoenberg seu Schönberg Mathias Ehinganensis ex Dioecesi Constantiensi n. 9 Nov. 1732. Soc. ac in Prov. Germaniae Superioris 13 Sep. 1750, v. 4 nun. 2 Feb. 1768. In Monacensi Provinciae Bavaricae recens erectae Collegio Praefectus erat Bibliothecae anno 1773. Extincta Societate renuntiatus fuit Consiliarius Ecclesiasticus a S. A. E. Palatina, et Bavarica. Obiit 20 Ap. 1792 Opera. = *Von den Kircherverbothe wider die schadlichen Bucher* (De Ecclesiastica pravorum librorum prohibitione) Monachii apud Fritz 1784 in 12. Hic auctor se dicit in Theologia Doctorem, et Consiliarium Ecclesiasticum S. A. E. Palatinae et Bavaricae. = *Kurz gefatzte Biblische Geschickten etc.* (Compendium Bibliae historicum) Monachii 1780 in 12 = *Die Zierde der Jugend* (Juventutis ornatus). Salisburgi 1778 in 12 = *Religionsgrunde in ihrem ordentlichen Zusammenhange*. (Religionis fundamenta suo nativo ordine, ac nexu proposita) 1776 = *Der Zufriedene Christ etc.* (Probi Christiani animi jucunditas) Francofurti 1775 in 12 = *Kurzangezeite sammiitche Wahrheits - grundeder gottlichen Christus - Religion* (Demonstratio brevis omnium veritatum Religionis Chistianae). Coloniae apud Langen 1783 in 12 = *Der Christliche Philosoph. etc.* (Philosophus Christianus) ibid. 1781. Quae omnia opuscula magnifacit Fellerus (Journal to. 169) = *Karl Rollins Naturleyre der kinder zum Vergnugen und Unterricht etc.* (Caroli Rollin Physica ad instructionem, et oblectationem juvenum) Monachii 1767 in 12 cum subjectis notis. Auctor in hoc opere latet his siglis M. S. Recusum fuit hoc opus Coloniae 1783 apud Langen = *Der Tagdes Christen* (Dies Christianus) Monachii apud Strobl 1782 in 8 = *Regeln fur die Gesundheit etc.* (Regulae pro conservanda salute ex religione, et ratione erutae) ibidem apud Fritz = *Practischer unterricht vom Gebrauche des heiligen Bussacraments* (De Sacramento Poenitentiae instructio practica) ibid. 1782 = *Vom widrigen und glucklichen Schicktale des Menschens auf Erden* (De felici, et adversa fortuna hominum) ibidem 1782 = *Unterhaltung mit Gott* (cum Deo colloquia) ibid. 1785. = *De fiducia in Dei providentia*. Credo etiam esse lingua germanica scriptum = *Wahrheitsgrunde des Katholischen Hauptgrundsatzes für die Unfehlbarkeit der Kirche wider den sogenannten ersten Schritt etc.* Ex Francisco Xaverio Holl in *Statistica* pag. 17. Agitur de veris fundamentis doctrinae Catholicae circa infallibilitatem Ecclesiae.

Schwaab Joannes Christophorus Soc. ac. in Prov. ad Rhenum Superiorem, in cujus Seminario Carolino Heidelbergensi an. 1766 Logicae studentibus praeerat. Extincta Societate Serenissimus Dux Wirtembergensis Schwabium renuntiavit Consiliarium Aulicum, a secretis Senatus sanctioris, et publicum, et ordinarium in Academia Carolina Philosophiae Professorem. Opera. = *De Deo existente, providente, ac revelante*. Badenae 1767. Ex Antonio Schmidt in *Meditationibus philosophicis* = *De miraculis dissertatio critico philosophica*. Heidelbergae typis Universitatis 1773 in 8: Ex *Journal* historique, et litteraire edito Lucemburgi 1774, mense Novembri = *Dissertatio: Qui fit, ut summa religionis Christianae efficacia ad imbuendos virtute animos in paucis ejus cultoribus appareat, et quae sunt remedia, malo huic publice, et privatim sine vi adhibenda?* Cui subjuncta est alia *de permissione mali divinis perfectioninus non refragante*. Ulmae 1786 apud Wohler. Laudatur magnifice a Fellero (journal Octob. 1786.)

Serna Santander Carolus de la, natus 1 Feb. 1751 in oppido Colindres haud procul ab urbe Sanctandreana (Santader). Soc. ac. in Provin. Castellana mense Junio 1766, in cujus Villagarsiensi Collegio tyronem agebat, anno expulsionis Jesuitarum Hispanorum. Ex Hispania Bruxellam se contulit, cujus Bibliothecae publicae custos designatus fuit. Ipse quoque insignem pretiosorum, rarissimo-

rumque librorum, atque m ss. suppellectilem sibi ad proprium usum comparavit qua cum fortasse nulla hominis privati bibliotheca conferri possit. Exemplari perfectissimo sibi proposito Joanne nempe Santander, eruditissimo ejusdem Patruo, viro in primis ornatissimo, et eruditissimo, quem ego Matriti novi, Regiae Bibliothecae Praefectum, pluribus Pontificiis Sacerdotiis ob modestiam recusatis, Carolus noster ad eruditionem omnem ita animum applicuit, ut apud Belgas eruditissimus haberetur, quod saepe mihi confirmavit Ludovicus de Potter nobilissimus Belga eruditione praecipue graeca illustris, quem Romae amicissimum habeo. Opera. = *Dictionnaire Bibliographique choisi du 15 Siecle*. Bruxellis 1805. Volum. 3 in 8 = *Memoires historiques sur la Bibliotheque, dite de Bourgogne, presentement bibliotheque publique* ibidem 1809 in 8 = *Memoire sur l'origine, et premier usage de signatures, et chiffres dans l'art typographique*. Bruxellis in 8. Cogitabat in publicum proferre *genuinam collectionem veterum Canonum Ecclesiae Hispanae*; cujus praestantissimi, utilissimi que consilii indicem typis vulgavit hoc titulo = *Praefatio historico-critica in veram, et genuinam collectionem veterum Canonum Ecclesiae Hispanae a Divo Isidoro ... primum ut creditur adornatam, consequentibus deinde saeculis ab Hispanis Patribus auctam, e pluribus m ss. Codd. venerandae antiquitatis, Toletanis nempe, Scurialensibus, Rivipullensibus, Gerundensi, Cordubensi, Urgellensi, at aliis erutam. et ad eorum fidem castigatam; studio, et opera Andreae Burriel S. J. quam accuratissime exscriptam variantibusque leetionibus ornatam possidet Carolus de la Serna Santander*: Bruxellae ex typographia Armandi Gaborria Reipublicae Gallicae anno 8 in 8. Totam inscriptionem exscripsi, quia ex ea tanti operis erudita, et laboriosa moles intelligitur. Dolendum vehemente est nihil adhuc ob temporum asperrimorum difficultates in lucem prodisse tot illustrium monumentorum quibus antiquitates Ecclesiae maximae Hispanae mirifice illustrarentur. Eodem fere tempore quo noster Serna, vir doctissimus Petrus Aloysius Blanco Bibliothecae Regiae Matritensi Praefectus, eodem proposito suscepto edendi Collectionem Canonum Ecclesiae Hispanae Prodromum in publicum protulit hoc titulo *Noticia de las Antiguas y genuinas colecciones Canonicas ineditas de la Tglesia Española q. de orden del Rey Nuestro Senor se publicaran etc.* Matriti typis Regiis per Petrum Pereyra 1798. Blanci consilium iisdem temporum acerbitatibus impeditum fuit summo eruditorum omnium praecipuae Hispanorum, qui in hac editione nihil desiderandum haberent sive ad operis correctionem, sive ad cartae magnificentiam, sive ad typorum, formarumque pulcritudinem sive ad iconum repraesentationem; omnia enim impensis Regiis perficienda erant tribus tomis folio athlantico, nullius parcendo sumptibus, ut editio Hispano nomine digna prodiret. Obiit Serna an. 1814.

Serrano Josephus, Boeticus Acci (Guadix) n. 8 Sep. 1740. Soc. ac. 13 Aug. 1765 in Paraquariam migraturus. Migravit profecto cum Sociis aliis; sed e navi desilire prohibiti, et in aliam navim invecti, quin solum Paraquariense calcarent, longam, difficilemque in Europam navigationem iterarunt. In Italia Philosophiae maximae Physicae totum se dedit, quam non sine plausu in nonnullis Ditionis Pontificiae urbibus publice tradidit. Est in vivis hoc an. 1815. Opera = *Vera origine delle Sovranità temporale*: (Vera Principatus civilis origo) Imolae typis Seminarii 1792 in 8. Totus est in confirmanda Regum potestate, ut a Deo proxime progrediente contra Cl. Virum Nicolaum Spedalieri, quem fere atrociter exagitat. Verum tamen est Josephum in praefatione veniam suae acerbitatis a Lectoribus petere = *Planeticoli. Canti* 3. Luci (Lugo) apud Joan. Melandri 1797 in 8. Hisce tribus cantibus amoene, atque erudite, notisque

etiam subjectis agit de Planetis et eorum incolis. = *Popolazione di tutti gli Astri si opacchi, che luminosi etc.* Luci apud Joa. Melandri 1813 in 8. Est fere idem opus, a praecedens *Planeticoli*, sed oratione soluta et plurimis incrementis auctum. A pag. 219 sibi sumit oppugnandum Auctorem operis *Histoire Philosophique du Monde primitif*, quem dicunt esse Dominum Delille, cujus insanos errores feliciter profligat. = *Sul Tremuoto* (De terraemotu) Placentiae 1806.

Serrano Thomas Castaliae (Castallà) in regno Valentino nobilibus genitoribus n. 7 Nov. 1715, Soc. ac. in Provin. Aragoniae 7 Nov. 1730, v. 4 nun. 2 Feb. 1749. Eloquentiam, Philosophiam, ac Theologiam docuit. Graecis, latinisque litteris mirifice excelluit. A Senatu Valentino fuit honorifico decreto renuntiatus de rebus Valentinis Scriptor publicus. Pari honorifico decreto Academia Roboretana illum sibi socium adjunxit. Acutissimo ingenio a natura instructus illud plurima lectione, ac scriptione perpolire nunquam idem destitit. Plures doctissimaeque lucubrationes ab ejus calamo erant expectandae, sed id indolis erat homo ut qui aliorum scripta etiam discipulorum impense laudaret, sua fere despiceret, quod nescio an dicam vitium, aut virtutem quod egregie declaravit Michael Garcia ejus vitae Scriptor hoc pulcro distycho *Parva, et pauca dedis, plura, et majora daturus = Si minus ipse sibi displicuisset, erat*. Aut potius, quia laboris unius impatiens, plures una amplectebatur. Ipse quidem sub effigie sua calamum suspensum habente ita festive lusit: *Semper scripturi, numquam scribentis imago = Serrani veram quis neget effigiem?* Immo litteris ad Marcum Andream Burriel S. J. virum ad miraculum eruditum recensitis Serranus suis laboribus litterariis haec addit facete: *Hae operum enumeratione tibi significo quid velim scribere, ut certus maneas me illa non scripturum*. Obiit Serranus Bononiae 1 Feb. 1784. Opera = *Carta de edificacion del P. Vicente Juan de la Comp. de J.* (Epistola de vita, et gestis Vincentii Juan). Valentiae. Edita fuit nomine Philippi Musoles Provinciae Aragoniae Moderatoris an. 1754, = *De foedere eloquentiae, et sapientiae Oratio*: ibid. = *De foedere Sapientiae sacrae, et prophanae Oratio*: ibid. 1744 = *De perfecta Christiani Doctoris forma in Clar. Viro Marcellino Siuri adumbrata Oratio*: ibid. 1745 = *De Sacra Critice Oratio*: ibid. 1746 = *De prima Academiae Valentinae gloria*: ibid. 1747 = *Mercurio Sacro*: ibid. nomine Joachimi Castelvi, et la Figuera = *Viage del Parnaso*: ibid. nomine Josephi Casaus, et Navia = *Carta* (Epistola) de *Don... de la Vega, y Exea*: ibid. = *Octavas* (Poemation hispanicum in laudem Joannis Bap. Ferrer electi Episcopi Lucensis): ibid. = *Octavas* (Poemation Hispanicum in laudem Gandiae Ducum): Extat in panegyrico D. Francisci Borgia habito Gandiae ab Antonio Mira, qui an. 1755. Collegium Maximum Valentinum D. Pauli moderabatur; quique obiit Valentiae 9 Julii 1765 = *Poematia Hispanica* in funere Philippi V. extant in descriptione typis edita apparatus solemnis celebrati a Senatu Regio Valentino in Templo Carmelitarum Calceatorum = *Epistola* hispanice de laudibus Geographiae: extat in Dictionario geographico Domini Echard hispanice reddito = *Fiestas seculares con que la Coronada Cuidad de Valencia celebrò el feliz cumplimiento del tercer siglo de la Canonizacion de su esclarecido hijo y Angel Protector S. Vicente Ferrer*. Valentiae 1762, typis Viduae Josephi de Orga in 4. Opus amoenum soluta et ligata oratione variatum, quo describuntur exquisitae magnificentiae apparatus quibus Cives Valentini tertio seculo decurso ab apotheosi D. Ferrerii eosdem, uti mos fert unoquoque seculo, celebrarunt = *Thomae Serrani Valentini super judicio Hieronymi Tiraboschi de M. Valerio Martiale, L. Annaeo Seneca, et M. Annaeo Lucano, et aliis argenteae aetatis Hispanis ad Clementinum Vanettium epistolae duae*. Ferrariae

1776 per Josephum Rinaldi in 8. Acri, nitidoque stylo, multa eruditione, testium auctoritate, ac rationibus Martialem etc. defendit a judicio parum amico Clar. Tiraboschi, his duabus elegantissimis epistolis ad Claris. Vanettium, quas existimo magno usui esse posse Epigrammatum conditoribus, ut illorum indolem penitissime perspectam habeant. Leges quidem Valerianae a Serrano pag. 76 latae structuram totam epigrammatum perspicue describunt = *Thomae Serrani Valentini Carminum libri 4 opus posthumum. Accedit de ejusdem Serrano vita, et litteris Michaelis Garciae Commentarius*. Fulginiae 1788, typis Joannis Tommasini. In his epigrammatis Serranus sanctissime servat legem IX. legum Valerianum de brevitate, claritate, et argutia. Commentarius Michaelis Garciae optimo ordine, et eleganti latinitate commendatur = *Relacion de las Fiestas, y Ensayo* (Narratio solemnis apparatus, ac specimen) alieno nomine: Ex Josepho Fontio a Valle (Prat de Saba) in operum Scriptorum Aragonentium olim e S. J. indice. Suspicor esse idem opus, atque supra laudatum *Fiestas seculares*, aut fortasse illius adumbratiouem ac prodromum. Haec m ss. Serranus reliquit = *Magnum Mundi Poema* = *Gratia restituta* = *Arx inocentiae* = *Oratio latina in funere Comitis Benavente*, *Gandiae Ducis* = *El Caduceo de Mercurio*, *y la Primavera* = *Rhetorica hispanice* = *Dialogus adversus Barbadihnum* = *Historia Monasterii Clarissarum Gandiae* = *Epistola de Theatro hispanico* = *Ducis Roni in astrum metamorphosis* = *Vera Hispaniae effigies ex antiquis numis expressa Dialogi* = *Hispania poetica*, *hispanice* = *Musaeum Hispanum Vetus* = *Musaeum Hispanum Novum*. = *Hispania Arabica* = *Eridanarum quaestionum libri* = *Martialis Geographia*. = *Martialis Roma*.

Silva Josephus de, Hispali n. 21. Feb. 1750, Soc. ac. in Prov. Baetica 15 Ap. 1765. Cum optio in exilio hispanico nostris Tyronibus in patria remanendi fieret, Silva officii memor, minis, blanditiis, et id genus artibus animo magno contemptis, quibus eum de curriculo vitae suscepto decedere fere cogebant, delituit, et navi Gadibus clanculum conscensa suae se Provinciae in Italia reddidit. Humanioribus litteris, Philosophicis, ac Theologicis praeclare eruditus Cardinali Garampio Litteratorum Maecenati, et ipsi Litteratissimo suam in persequendis litterarum studiis operam praestitit, ditissimaeque ejusdem Cardinalis bibliothecae curam gessit. Alia quoque munera egregie obivit: In his praefecturam Seminarii ab Episcopo Tiferni illi demandatam laudabiliter tenuit. Tifernatum Senatus Silvam renuntiavit bibliothecae publicae Praefectum; sed temporum perversitas in causa fuit ut neque de bibliotheca, neque de Praefecto plus cogitaretur. Academia Liberorum Tiferni cum sibi Socium adscivit, cujus partes egregie sustinuit recitatis in comitiis Academicis perplurimis poematiis latinis, quae si ederentur volumen justum conficerent. Opera = *Inscripti honores Josepho Garampi cum in Collegio PP. Purpuratorum adlegeretur*. Arimini ex Calchographia Nicolai P. et Pauli F. Alberticiorum 1785. Omittitur Auctoris nomen, quod ansam dedit Ephemeridum Florentinarum ejusdem anni Scriptori has elegantes inscriptiones tribuendi Clar. Canonico Epiphanio Brunelli. Istiusmodi inscriptionibus conficiendis a natura, et lectione comparatus plures composuit quarum nonnullae sunt vulgatae, ut illa in honorem V. Veronicae Giuliani, quae extat in homilia de laudibus ejusdem Ven. habita a Paulo Antonio Augustino Zamperoli Urbaniae Episcopo, et cui Silva fuit a Secretis, et a consiliis Theologicis. Plura m ss. habet prelo digna; nempe = *Scritto apologetico della condotta del Nunzio Apostolico nella Corte di Vienna nel 1783* = *Duas orationes italice in laudem Cardinalis Garampi* publice habitas Arimini. = *Storia critica dell'opinioni filosofiche sulla causa fisica de' terremotti* = *Storia critica dell' ori-*

gine, progressi, e stato attuale del Giansenismo = *Allarme della vera Religione, e della sana politica contro gli odierni attentati dell' irreligione e dell' anarchia*. = *Duas orationes* hetrusce publica concione Tiferni habitas unam de lingua gallica, de graeca alteram, quas publice linguas Tifernates docuit annuente Senatu = *Orationem de Christi cruciatibus* etrusce habitam in Palatio publico = *Orationem de Deiparae animi cruciatibus* etrusce habitam in Templo Collegii olim Societatis Jesu.

Smet Cornelius Belga natus in oppido Moorsel non procul ab Alosto 10 Julii 1742. Soc. ac. in Provincia Flandro-Belgica, in cujus Lovaniensi collegio anno 1770 Theologiae addiscendae operam dabat in annum primum. Obiit Buxellis 11 Feb. 1812 magna cum opinione sanctitatis. Edidit = *Responsum ad quaesitum: quo jure Hermannus Maritus Comitissae Richildis, Comes Hannoniae fuerit suone an jure uxoris*. Quod responsum praemio affectum fuit ab Academia Bruxellensi an. 1785 = *De Roomisch catolik Religie in Brabant* (Religio Catholica Romana in Brabantia). Bruxellis 1807 in 8 = *Heylige en roemwerdige personem de velke in de 8 laeste eeuwen etc.* (Saneti, et viri Illustres, qui ultimis 8 saeculis Religionem Romanam in Belgio stabilierunt, et amplificarunt): volum. 3 in 8: annis 1808, et 1809. = *Hesleven van den saligen Franciscus de Hieronymo* (Vita Beati Francisei de Hieronymo). Est interpretatio Belgica vitae Germanico sermone. Magistratus Civilis exempla omnia jam edita summopere curavit minime in lucem dari. Smetius quoque multum juvit nostrum Ghesquierum in adornandis Actis Sanctorum Belgii. Haec habui ex Carolo Serna, et Santander, qui Cornelium intime novit.

Spagni Andreas Florentiae natus 8 Aug. 1716. Soc. ac. in Prov. Rom. 22 Oct. 1731 v. 4 nun. 15 Aug. 1749. Philosophiam et theologiam docuit eximiae doctrinae opinione. In Collegio quoque Romano Matheseos fuit Professor multoque adjumento fuit Josepho Asclepi ad conficiendas observationes de facili Mercurii elevandi ratione, ut ipse Asclepius fatetur in sua ad Alamannum Epistola. Vir fuit Spagnius apprime doctus et pius omnibusque ob morum suavitatem acceptissimus. Obiit Romae 16 Sept. 1788 Opera = *De causa efficiente dissertatio*. Romae typis Salomoni 1764 in 4 = *De bono, malo, et pulchro*: ibid. typis Bizzarrini Komarek 1766 in 4: iterum ibidem secundis curis an. 1776 apud Casaletti in 4 = *De Mundo dissertatio*: ibidem 1770 per Laurentium Capponi = *De motu*: ibidem 1774, per Casaletti in 4 = *De anima brutorum*: ibidem 1775 et cum additamentis 1776. = *De miraculis* ibidem 1777 in 4, et 1779 cum additamentis; ibidem 1785 magni momenti aecessionibus. Haut exiguae landi Spagnio vertendum est, quod spinosas Metaphisicae subtilitates multa et amoena eruditione emolliat.

Stadler Fran. Sales, in oppido Matray Comitatus Tirolensis n. 10 Feb. 1735. Soc. ac. in Provin. Germaniae Super. 9 Oct. 1775 v. 4 nun. 15 Feb. 1788. Fuit Philosophiae Doctor, et Professor publicus, et ordinarius historiae naturalis in Universitate Oenipontana, in qua anno 1773 Logicam profitebatur. Obiit 15 Feb. 1788. Opera = *De atractionibus specialibus etc.* Oeniponti 1770 = *Dissertatio de ventis*: ibid. 1772. = *Dissertatio de natura, et effectibus ignis vulgaris*: ibid. 1776: ex *Austria docta*.

Stattler Benedictus, Bojus, ortu Koztingensis Dioecesis Ratisbonensis natus 30 Januarii 1728, Soc. ac. in Provin. Germaniae Superioris 13 Sep. 1745, v. 4 n. 2 Feb. 1763. Poesim Philosophiam ac Theologiam docuit, quam facultatem publice dictabat an. 1773 in Collegio Ingolstadiensi Prov. Bavariae in annum septimum. Cum scriptis suis Philosophicis, ac Theologicis summam in utrisque disciplinis sibi existimationem comparavisset a Serenissimo Bavariae Electore extincta Societate renuntiatus fuit

Consiliarius Ecclesiasticus. Fuit etiam Parocus Praesidii militaris, ac Rector Ecclesiae Parrochialis D. Mauritii, et Academiae Boicae Monacensis Socius. Opera = *Philosophia methodo scientiis propria explanata*: tomi, sive partes 8. 1769 ad 1772 Augustae Vindelicorum sumptibus Matthiae Rieger, et Filiorum in 12 = *Compendium Philosophiae. Volumen primum*. Ingolstadii sumptibus Antonii Attenkhover 1773. Reliqua volumina nondum vidi hujus compendii in adolescentium usum, qui aegre copiosissimae Stattleri Philosophiae mentem adhibebant = *Demonstratio Evangelica, sive Religionis a Christo revelatae certitudo*. Ibidem 1770 in 8. Omnes sui acerrimi ingenii vires ponit in debellandis egregie Philosophis Incredulis, una Christi Religione mirifice defensa, et confirmata. = *Theologia Christiana Theoretica*: Pars prima, secunda, tertia, et quarta. Insgolstadii sumptibus Craetzianis 1776. Pars quinta. Monachii 1777 iisdem sumptibus: Pars sexta. Eustadii sumptibus Joan. Bapt. Widenmann 1780: omnes in 8 = *Demonstratio Catholica, sive Ecclesiae Catholicae sub ratione Societatis legalis inaequalis a I. C. Deo hominae institutae genuinum systema secundum juris naturae socialis principia*. Pappenhemii 1775 typis Joan. Jacobi Seybold in 12: iterum Eustadii, et Gunzburgii 1781 sumptibus Joannis Babt. Widenmann = *Responsa praecisiora etc.* Eustadii et Gunzburgii sumptibus Joan. Bapt. Widenmann 1780 in 8. Est Benedicti responsio ad doctissimum, et religiosissimum W. F. qui edito opusculo inscripto *Reflexio* impugnandam susceperat *Demonstrationem Catholicam*. Quis omnia probare ausit in *Demonstratione Catholica* quae ab integerrimis, doctissimisque Judicibus Romanis in indicem librorum prohibitorum relata fuit? sed etiam Claris. impugnatorem vehementer obsecrarem, ut illustriorem faceret Reflexionem, paginis praecipue 25. *Denique exploratorum*; pag. 126 *Possem etiam*: pag. 131. *Quantum tempora*, et denique pag. 171, *Infallibilitatem Ecclesiae* = *Ethica Christiana communis*; tribus partibus in VI. tomos divisis. Pars prima Augustae Vindelic. 1783 sumptibus Francisci Antonii Craetz: secunda Monachii, et Ingolstadii 1782: partis secunda, 2 sectio ibidem 1784: Pars tertia ibidem 1785: ejus partis sectio 2. Augustae, et Monachis 1788: Ejusdem partis sectio 3 ibidem 1789: omnes in 8. Eadem Ethica Christiana communis iterum edita fuit Augustae Vindel. sumptibus Matthaei Rieger 1791 = *De locis theologicis*. Weissemburgi typis Meyeranis 1775 in 8 = *Ethica Christiana universalis anno 1772 primum, et nunc 1793 secundo edita, et ab ipso Auctore revisa*. Augustae Vindel. sumptibus Matthaei Rieger 1793 = *Responsio amica data Baccalaureo Moguntino ... cum appendice etc.* Eustadii, et Gunzburgii sumptibus Joannis Bap. Widenmann 1780 = *Refutatio amica reflexionum in litteras retractatorias Febronii ab auctore anonymo editarum*: ibidem omnino = *De bono conjugali, et sanctitate coelibatus in Ecclesia Christi dissertatio theologica cum thesibus quas ... publico examini submittit Gaspar Hoeber*: ibid. sed 1781. = *Antikantius*: volumina duo: quibus garrulum, ineptum, et impium Philosophum Kantium plane convincit. Laudatur hoc opus a Nostro Jacobo Antonio Zallinger primo libro *Disquisitionum Philosophiae Kantianae*, qui laudat etiam *compendium Antikantii* ab eodem Stattlero compositum.

Stefanucci Horatius, Anagniae n. 10 Oct. 1706. Soc. in Prov. Romana acc. 11 Oct. 1725. V. 4. nun. 2 Feb. 1740 Magnam sibi opinionem in Urbe comparavit ob exquisitam Juris Canonici universalem doctrinam quod per annos 25 docuit in Collegio Germanico. Urbis Principibus carissimus fuit: in his maxime Cardinali Joanni Fran. Albani, et Cardinali Duci Eboracensi, cui etiam a Confessionibus fuit, et in rebus Theologicis Consultor. Extincta Societate, traditur in arcem S. Angeli, ubi diem supremum obiit moerore consumptus 3

Feb. 1775 Amplissimum Cardinalium Collegium honores funebres Stefanuccio decrevit apud Patres Carmelitanos S. Mariae Transtiberinae, ubi sepulcro donatus fuit. Opera = *Vita di S. Febronia* (est interpretatio vitae gallice S. Febroniae Auctore nostro Ioan. Fran. Baltus) Romae typis Salomoni 1752 in 12: tacetur interpretis nomen = *In titulum 41 lib. tertio Decretal. de Celebratione Missarum, et Divinis Officiis, Dissertatio Canonica*. Romae 1755 = *De Appellationibus ad Sedem Apostolicam Dissertatio*. Romae 1768 = *Synodus Tusculana celebrata an. 1763 cum Appendice*. Romae 1764: tomis II. in 4. Opus eximium a Stefanuccio impulsu, et impensis Cardinalis Ducis Eboracensis conscriptum, et typis editum. Plures reliquit dissertationes m ss. de jure Canonico, in his illam *de Electione Simoniaca*, quae licet impulsore eodem Cardinali jam esset elucubrata ab anno 1768, temporis decursu graves Auctori aerumnas creavit. Christophorus Gottlieb von Murr in suis 28 litteris germanice scriptis dicit Stefanuccium repudiasse purpuram Cardinalis a Clementi XIII. oblatam in ejusque locum suffectum Ganganellium fuisse, quem Pontificem summum nomine Clementis XIV. venerati sumus.

Steinmayer Philippus, Herbipoli n. 6 Oct. 1710, Soc. ac. in Prov. Germaniae Super. 20 Sep. 1726, v. 4 nun. 2 Feb. 1744. In Collegio Friburgo-Brisgoico Logicam, et Metaphysicam tradebat anno 1773. Philosophia, ac Theologia, quarum renuntiatus erat Doctor, cum existimatione traditis, Mathesim etiam annis decem docuit. Opera. = *Epitome elementorum matheseos universae. Partibus sive tomis V.* Augustae Vindelic. et Friburgi sumptibus fratrum Ignatii Wagner 1764 ad 1766 in 8 = *Mathesis succinta*: tom. II. Augustae Vindel. 1767. Auctor *Austriae doctae* addit Philippum Caesareum fuisse Professorem publicum Historiae naturalis Friburgi in Brisgovia post extinctam (ita opinor) Societatem et eidem tribuit haec opera. = *Regulae praecipuae methodi arithmeticae etc. scientificae*. Augustae 1750 in 8 = *Tyrocinium elementorum ad praeparandos adolescentum animos severioribus disciplinis*. = *Institutiones logicae electicae* 1770 in 8 = *Institutiones metaphysicae universae cum tabulis Mnemonicis logicae* 1771 = *Institutiones physicae Wolfianae* 1774.

Stepling Josephus ex Provincia Bohemiae Pragae n. 1716. In duobus Catalogis Provinciae Bohemiae an. 1763, et 1772 tacentur patria, ortus, in Societatem ingressus, et in eadem gradus. Id unum ex illis liquet Josephum in Collegio Pragensi ad S. Josephum fuisse Directorem Physices, et Matheseos, Praefectum Speculae astronomicae, et Bibliothecae mathematicae. Magistro usus est in Mathematicis ac Physicis disciplinis Joanne Wedlingen: in quibus tantum sibi nomen comparavit, ut celebriores sua aetate Physici, ac Mathematici illum summis laudibus exornarent: in his Wolfius, Eulerus, Nollet, de la Caille, doctissimus Christianus Reinhardt de Pristerlich, qui castris lutheranis relictis Romanae religionis restitutus Josephum dicit *Philosophorum nulli secundum*. Scriptores Actorum Lipsiensium quorum Princeps erat eruditissimus Fridericus Menckenius inter primos Mathematicos locum splendidum tribuunt, et plures alii cum nostris Wedlingenio Boscovichio, Hellio, Maireo etc. etc. Tanta tum exterorum, tum domesticorum elogia nil dimoverunt Claris. hominem ab animi modestia, cujus insigne praebuit exemplar, cum Augusta Maria Theresia Austriaca decreto suo honorificentissimo eum constituit Regium Directorem: illico summis precibus obsecravit Balthasaren Lidner Praepositum Provincialem, ut hunc sibi honorem delatum pedibus, manibusque niteretur impedire. Opera = *De actione solis, et caloris in diversis latitudinibus*, Dissertatio inserta actis erudit. Lipsiensibus anni 1750. = *Brevicula descriptio speculae astronomicae Pragae instructae*. Wittembergae 1755 = *Discursus de serrae motus causa, occasione motuum similium anni superioris, et*

labentis 1756. Pragae 1756 = *De pluvia lapidea anni* 1753 *ad Strkow in Bohemia, et ejus causis meditatio*. Pragae 1759 in 8 = *Observationes baroscopicae, thermometricae, Hyctometricae ad ann.* 175 *factae*. Pragae 1759 in 8 = *Exercitationes geometrico-analyticae de ungulis aliisque frustris cylindrorum, quorum bases sunt sectiones conicae infinitorum generum*. Dresdae, et Lipsiae 1760 in 4 = *Contra insignem superficiei oceani, et marium cum eo comunicantium inaequalitatem a Cl. Henrico Kühnio P. M. Gedan. assertam observationes*. Pragae 8; et in actis Lipsiensibus an. 1760 simul cum responsione ad varia quaesita de natura luminum nocte apparentium die 20 Februarii, et de Aurora boreali an. 1761 in 4 = *De aberratione astrorum, et luminis*. Pragae 1761 4 = *De mutatione axis terrestris historica relatio* ibid. 1761 4 = *Miscellanea philosophica* ibid. 1762 8 = *Eorundem continuatio* ibid. 1763 4 = *Differentiarum minimarum quantitatum variantium calculus directus vulgo differentialis* ibid. 1763 4: quod opus Academicum Collegium S. Clementis dicat Petro Leopoldo Hetruriae Duci, deinde Imperatori Germanico = *De terrae motibus quaesita cum meditatione de causa mutationis Thermarum Toeplicensium facta* 1 *Novembris* 1754 ibid. 1763 4. In opere continente dissertationes privatae Societatis, sive Academiae in Bohemia extant Nostri = *de proprietate numeri* 9 Germanice = *Observationes de acu magnetica factae Pragae*: germanice = *Determinatio longitudinis urbis Pragensis*; latinae 1763 = *De aqua conglacianda* = edidit etiam = *Soliditas, et area superficierum singularium resectorum a cylindris rectis, quorum bases sectiones conicae etiam altiorum generum ope calculi investigatae*. Dresdae, et Lipsiae apud Waltherum in 4: ex actis Lipsiensibus an. 1761 = *Litterarum commercium eruditi cum primis argumenti*. Wratislaviae sumptibus Guilielmi Theophili Kornii 1782; quo anno Steplingius non erat in vivis. Nonnullos sentio Steplingium fuisse criminatos de nimio ejusdem in Aristotelismum odio, quod unde sit natum, penitus ignoro. Probe noverat vir Clar. doctrinas Aristotelicas Mathematicis studiis nihilum obesse. Locupletissimos hujus rei testes habebat Clavium, Gregorium, a S. Vincentio, Casatum, Schottum, Ricciolium, Milietum Deschales et sexcentos alios, qui doctrinas aristotelicas cum doctrinis Euclidis sociare noverunt.

Storchenau Sigismundus Hollemburgi in Carintia n. 15 (alibi lego 17) 1731 Soc. ac. in Prov. Austriae 31 Octob. 1747, v. 4 nunc. 2 Feb. 1765. In Collegio Academico Viennensi anno 1773. Logicam, et Metaphysicam docebat in annum XI. Opera = *Institutiones logicae*. Venetiis apud Franciscum Pitteri 1783. Est editio saltem secunda ab Auctore emendata = *Institutiones metaphysicae in 4 libros distributae*. Ibid. omnino. Summopere viris doctis probantur institutiones istae ob styli, ordinis, et claritatis excellentiam. = *Philosophie der Religion* (Religionis Philosophia); tomi duo quibus adjunxit tertium inscriptum *Zugaben zur Philosophie der Religion* (Additamentum ad Religionis Philosophiam). Augustae Vindel. 1787. Franciscus Xaverius Feller in oper *Journal etc.* men. Decemb. 1791 asserit 12 esse tomos de religionis philosophia a Sigismundo vulgatos. Immo alicubi legi usque ad tomum XV. hanc philosophiam continuasse; qui numerus neutiquam mihi incredibilis videtur in argumento admodum copioso et doctissimi viri Sigismundi ardori Religionis defendendae consentaneo. Quae in numerandis hujus argumenti tomis varietas reperitur nullomodo obstat numero XV. tomorum, quem dixi. Non una simul, sed interjectis intervallis hoc opus vulgatum est; unde qui duos, vel IV. tomos laudarunt, nondum viderant consequentes posterius editos = *Seltnere urkunden aus dem archive des Religion Philosophie* (Monumenta pretiosa eruta ex archivio Philosophiae Religiosae). Multis laudibus hoc opus cumulat Fellerus in sua Ephemeride (*Jour-*

nal etc.) mense Decemb. 1791; quo loco nos docet Incredulos machinas omnes comparasse, ut Sigismundi metaphysicam eorumdem metaphysicas obcaecantes opprimerent. = *Geistliche Reden auf alle Sontage des Jahrs*. (Sermones scripti pro omnibus anni Dominicis) tom. IV. in 8 = *Die Moral des Christen, wie sie seyn soll; eingekleidet in geistliche Reden auf die feste des herrn, und Mariens* (Morum conditio cujusmodi illos esse oporteat apud Christianos explicata sacris sermonibus pro Domini, et Mariae V. festis): tom. II. in 8: an. 1793, et 1794 Tomus III. pro Sanctorum festis quam primum in lucem edendus erit. = *Der Glaube des Christen, wie er seyn soll ein Philosophisch-Theologisch-Moralisch-Praktischer Werk*. (Qualem esse oporteat Christianorum fidem. Opus philosophicum, Theologicum etc.): uno tom, an. 1792: Haec tria laudata opera exhibet indiculus librorum qui extat parte septima *Scripturae Sacrae adversus Incredulos propugnatae*, edita Augustae Vindel. 1794 auctore Laurentio Veith. = *Tractatus de religione desumptus ex Theologia naturali*. Viennae: Ex indice librorum inscripto *Catalogue des livres latins, et grecs chez* B. Cormon et Blanc. = *Grundsatze der Logik*. (Elementa Logices). 1775 ex Auctore Austriae doctae. Reor esse idem opus, ac illud primo loco laudatum, ab alio, vel a Sigismundo germanice conversum.

T

Tartagni Joannes Bap. ex Comitibus Tartagni Forolivii n. 31 Oct. 1735, Soc. ac. in Provincia Veneta 27 Feb. 1752, v. 3 nun. 15 Aug. 1769. Litteris humanioribus traditis, perspectis ejusdem religiosae disciplinae studio, in agendo prudentia, et humanissimis moribus Tartagnium Praesides ad Praefecturarum praeludia admoverunt; itaque Ministrum egit aliquot annis in Collegio Mantuano ad majora salva Societate provehendus. Magno usu familiaritatis cum Sodalibus Hispanis, quos ipse omni beneficiorum genere levare nitebatur, Hispanicam linguam didicit, ac penitus novit; uti testantur haec opera = *Considerazioni de' 4 Novissimi etc.* Parmae, per fratres Gazzi 1797 in 12 sine auctoris nomine: est interpretatio operis hispanici Sebastiani Izquierdo S. J. = *Vita Christiana etc.* Venetiis 1791 in 12 per Dominicum Fracasso: tacito Tartagni nomine: est interpretatio operis hispanici Hieronymi Dutari; huic vitae Christianae adjectum fuit opus *Il Peccator pentito* translatum ex hispanico nostri Joannis Antonii de Oviedo, qui illud convertit ex latino nostri Pauli Celt S. J. edito Ingolstadii 1719 = *Giorno pieno, cioè esercizii divoti per impiegar il giorno in servizio di Dio etc.* Venetiis apud Sebastianum Valle 1791. Est interpretatio operis hispanici Francisci Garcia editi Matriti 1682. Huic versioni adjuncta est opella inscripta; *Contratto spirituale dell' anima con Dio*: quae iterum edita fuit Romae apud Pagliarini 1807; in cujus allocutione dicitur Franciscum Nieto, cujus vitam scripsit Cardinalis Alvarus Cienfuegos fuisse hujus *pactionis* Auctorem: sed hic locus emendandus est; quia verus Auctor fuit Alvarus Arias de Armenta, uti liquet ex Sotuello, et ex V. Joanne Eusebio Nieremberg qui dictum *Contractum* inseruit in tractatum inscriptum *Codicia Santa de gracia, y merecimientos*. Non Francisci Nieto, sed Joannis Nieto vitam scripsit Cienfuegos, qui eum novit = *Le Glorie di S. Giuseppe*: interpretatio opusculi Josephi Becerra Losada = Convertit etiam differentiam inter bona aeterna, et non aeterna Nierembergii: Historiam de Christo patiente Ludovici de la Palma: Vitam V. P. Balthasaris Alvarez auctore V. Ludovico de Ponte: ac denique opus Joachimi Montoya de D. Theresiae amore in Societatem etc.

Tentori Christophorus (*Tintori* Catalogo Baetico ad an. 1767) Utrerae n. 10 Jul. 1745. Soc. ac. in Prov. Baetica 28 Jul. 1761. Opera = *Saggio sul-*

la storia civile, politica, ecclesiastica, e sulla geografia, e topografia degli stati della Repubblica di Venezia etc. tomi 12 in 8. Venetiis 1785 ad 1790, quos dicat Alexandro Almoro Tiepolo Patricio Veneto, cujus Filius Joannes religione, et bonis artibus instituendus a Genitore Christophoro fuerat commendatus. Hoc copiosissimum Historiae generalis Venetae specimen Illustres Veneti summopere probarunt = *Della legislazione Veneziana sulla preservazione della Laguna, dissertazione*. (De Venetorum legibus super Paludis praeservatione). Venetiis 1792 in 8 = *Dialogo sulla vera regolazione del Fiume Brenta* (de dirigendo cursu fluminis Medoaci) Venetiis apud Josephum Rosa 1790 in 8. Est secunda editio cui adjunxit appendicem. = *Il matrimonio. Riflessioni filosofiche*: ibidem 1793: editio secunda = *Raccolta Cronologica Ragionata di Documenti inediti che formano la Storia diplomatica della rivoluzione, e caduta della Repubblica di Venezia, corredata di critiche osservazioni*. Augustae (credo confictum esse locum pro Venetiis) 1799 duobus tomis in 8. Chorographiam ditionis Venetae adornabat, quae nescio an fuerit incisa.

Tentscher Ignatius ex Provincia Bohemiae, in cujus Pragensi Collegio ad S. Clementem Theologiam polemicam tradebat 1763; fuerat quoque Professor publicus graecarum litterarum, et denique an. 1772 Seminarium Commotoviense regebat. Opera = *Dissertatio super textu S. Matthaei cap. 6 vers. 11 ... Panem* nostrum etc. Pragae typis Francisci Ignatii Kirchner 2756 in 4. = *Institutiones polemicae*: tom. II. ibid. per Ignatium Franciscum Pruscha 1761 = *De sententia B. Joan. Chrysostomi, quoad duas in Christo personas Dissertatio*: ibid. typis Academicis 1758 in 4: extat etiam in tomo IX. Thesauri Theologici, edito. Venetiis 1762 = *Plures simul unius ejusdem sedis Episcopi rectenè admittantur in primitiva ante Concilium Nicaenum Ecclesia. Dissertatio*: ibid. typ. Academicis 1760 in 4. Auctor *Austriae doctae* praeter Ignatium laudat etiam Josephum Tenscher, quem dicit Auctorem duorum voluminum *Controversiarum fidei*: sed errorem suspicor esse, cum neque in Catalogis m ss. Austriacis ann. 1764, et 1770, neque in edito 1773 legatur Josephus, quem neque nominant catalogi Bohemici editi an. 1763, et 1772. Meam etiam suspicionem auget idem argumentum diversis titulis *institutiones polemicae, et controversiae fidei*: tom. II.

Terreros, y Pando Stephanus, in Valle Trucios Dioecesis Sanandreanae (Santander) nobilibus genitoribus n. 12 Julii 1707; ita ipse Stephanus litteris scriptis Forolivio 16 Julii 1779 ad doctissimum Matthaeum Aimerich; sed catalogus Prov. Toletanae anni 1765 ait natum fuisse 1 die Julii quod sphalma reor celeritatis typographi notam 2 omittentis. Societati ac. in Provincia Toletana 16 Julii 1727 v. 4 n. 15 Aug. 1744. Tradita Rhetorica in Regio Seminario Nobilium Matritensi, ibidem plures annos nobiles illos Adolescentes mathematicas docuit, nec sine summo honore, cum Reges Catholici Ferdinandus VI., et Maria Barbara, Magistrum, et Discipulos publice suos in hac disciplina progressus aperientes Regio suo aspectu, et praesentia honestarunt. Easdem Mathematicas una cum disciplinis politicis persecutus est naviter tradendas in Collegio Imperiali Matritensi ab an. 1755 ad 1767, in quo decreto Regio exilio solum vertere coactus est. Obiit Forolivii an. 1782 optimus Senex aeterna laude dignus ob candorem animi, religionis studium, invictum in scribendo laborem, et in Nationem Hispanam amorem singularem, quam omni eruditionis genere illustrare conatu maxime studuit. Opera = *Espectaculo de la naturaleza o conversaciones acerca de las particularidades de la Historia natural etc.* Est interpretatio praestantissimi operis gallice scripti ab Abbate Pluche multis annotationibus a Stephano exornata: tom. XVI. in 4. Primi 6 tomi Matriti 1753 typ. Gabrielis Ramirez: tomi reliqui ad 13

ibid., sed an. 1754: tomi XIII., et XIV. ibid. sed 1755: tomi denique XV., et XVI. eodem loco, et anno, sed typis Joachimi Ibarra. Dicantur omnes ab Auctore Mariae Barbarae Lusitanae Hispaniarum Reginae = *Paleografia Española que contiene todos los modos conocidos que ha habido de escribir en España etc.* Matriti ex officina Joachimi Ibarra 1758 in 4: extat etiam antea edita in tomo XIII. laudati Spectaculi naturae, loco Paleographiae gallicae a Plucheo conscriptae. Fatetur Stephanus in Paleographia adornanda adjutorem habuisse Marcum Andream Burriel. Neque fas est credere Stephanum virum modestissimum, ac candidi pectoris opus Burrielis, ut nonnulli volunt, sibi vivo ipso Burriele tribuisse = *Ragguaglio della vita di S. Eurosia*: Forolivii = *Reglas a cerca de la lengua Toscana, o Italiana etc.* (sumpto anagramate *Rosterre*) Forolivii ex typog. Acchillis Marozzi: sine anno, quem reor fuisse 1772. Est grammatica linguae Etruscae in usum Hispanorum = *Diccionario Castellano con las voces de ciencias, y artes, y sus correspondientes en las tres lenguas Francesa, Latina, e Italiana*: tom. III. in fol. maximo. Matriti typ. Viduae Ibarrae. Tomus I. 1785: II. 1787: III. 1788 Eruditissimi Viri Franciscus Meseguer Arrufat, et Michael de Manuel, et Rodriguez, quibus a Comite de Florida Blanca summo Hispaniae Regis Administro hujus dictionarii edendi cura mandata fuit, illud eidem Comiti eleganti alloquio consecrarunt. In praefatione oppido erudita disserit Auctor de natura, elegantia, et copia linguae hispanicae, de ejusdem orthographia, et accentibus. Ex eadem praefatione liquet hoc dictionarium constare 180000 vocabulis, et eorum variis significationibus; 60 millia horarum et amplius in eo adornando fuisse consumptas. Tanta erat hominis il suis vel minusculis rebus accuratissima diligentia. Novimus etiam Auctorem cogitasse de tribus dictionariis brevioribus uno tomo edendis lingua latina, gallica, et italica cum interpretatione hispanica ad usum studiosorum linguae hispanicae: quae tria dictionaria pro certo habeut Editores laudati a Stephano fuisse absoluta. Hanc fere incredibilem vocum copiam sibi Auctor comparaverat immensa Scriptorum lectione; neque hac contentus se se intrudebat in officinas omnes ferrarias, argentarias, textrinas etc. aquarum opificibus extorquebat, ut ita dicam, instrumentorum vocabula, usus et quaecumque alia si in rem suam essent. Praeter hos herculeos labores numquam in otio considens plura alia scripsit, quae non sunt edita; nempe *historiam Coeli* Abbatis Pluchei hispanice interpretatam. = *Vitam Lupii de Veg a Carpio*, hispanice = *Publicam felicitatem* Muratorii, hispanice. = *Vitas P. Ven. Ludovici a Ponte, et Alphonsi Rodriguez*, hispanice = *Lectiones sacras Jo. Granelli S. J.* hispanice. = *Monumenta pro scribenda vita D. Mariae a Capite, D. Isidori Agriculae uxoris*, hispanice = *Descriptionem suorum itinerum*, hispanice.

Tessauek Franciscus ex Provincia Bohemiae in cujus Universitate Olomucensi Regius fuerat Ethices Professor, et in qua anno 1772 S. Scripturam explanabat, ab Archiepiscopo Sacerdotii Candidatorum doctrinae explorandae constitutus. Opera = *Elementa Philosophiae Moralis*. Olomucii typis Josephae Hirnlianae in 8: sine anno; sed cum in his pulcherrimis elementis vestigiis haereat nostri celeberrimi Francisci Xaverii Roys quem plurimum laudat, manifestum fit editionem horum elementorum posteriorem esse anno 1755, quo Roys suam Ethicam vulgavit = *Institutiones philosophicae juxta systema Boscovichii*: ex Auctore *Austriae doctae*.

Tessanek Joannes: Matheseos sublimioris in Universitate Pragensi Regius Professor, et SS. Patrum explanator erat anno 1772. Opera = *Expositio sectionis secundae, et tertiae libri primi principiorum Mathematicorum philosophiae naturalis a Cl. Isaacco Newtono inventorum*. Vetero-Pragae typis Joannae Pruschiu Viduae 1766 in 8 = *Neutoni libri princi-*

piorum mathemat. philosophiae naturalis etc. Pragae 1768 in 8 = *Pertractatio quorumdam modorum quaestiones geometricas resolvendi*: ibid. 1770 in 8 = *Pertractatio elementorum calculi integralis*: ibid. 1771 = *Methodus inveniendi perfectissimam divisionem cujuscumque dati numeri*: germanice: extat in collectione dissertationum adornata ab Ignatio Born S. Rom. I. Equite, Pragae edita 1775 hac inscriptione. *Abhandlungen einer Privatgesettschaft etc.* = *Illustratio methodorum*, *quibus integralia in praecedenti dissertatione inveniuntur*: Germanice, et ibidem = *Consideratio de arithmetica regula duarum falsarum positionum*: Germanice, et ibidem. = *De peculiari curvae proprietate*: extat in commercio litterario Josephi Stepling. Consulat Lector *Acta litteraria Bohemiae et Moraviae* auctore eruditissimo Adaucto Voigt a S. Germano ex illustri Piarum Scholarum Ordine.

Tetamo Benedictus. Panormi n. 4 Apr. 1731 Soc. ac. in Prov. Sicula 19 Apr. 1745 v. 4 nun. 15 Aug. 1764. Physicam docebat in Monregalensi Collegio 1766. Opera = *De vero cultu*, *et festo SS. Cordis Jesu adversus Camilli Blasii commonitoriam dissertatianem Apologeticus*. Venetiis apud Guillielmum Zerletti 1772 in 4 = *Ad apologeticum de vero cultu*, *et festo SS. Cordis J. Appendix refutatio antitrhetici Christotimi Ameristae etc.* ibidem 1773.

Tetamo Ferdinandus in oppido S. Frat. Insulae Siciliae n. 13 Jul. 1725, Soc. ac. in Prov. Sicula 7 Apr. 1741 v. 4 n. 15 Aug. 1758. Theologiam de moribus profitebatur in Collegio Thermitano 1766. Opera = *Diarium liturgico-Theologico-Morale*, *sive Sacri ritus*, *institutiones Ecclesiasticae*, *morumque disciplina notanda singulis temporibus*, *atque diebus anni*, *civilis*, *et Ecclesiastici*. Venetiis 1779 per Petrum Savioni; tomi IV. in 4 quos Savioni dicat Aloysio Mariae Gabriel Episcopo Vicentino = *Diarium liturgico Theologico-Morale ... Annus Ecclesiasticus*: tom. IV. ibid. 1784.

Thiulen Laurentius Ignatius, Suecus n. 22 Oct. 1746 nobilibus genitoribus, quorum jussu e Suecia Gades transmisit, ut artis nauticae, ac mercaturae experimentum caperet. Hunc celeberrimum portum id temporis tenebant Jesuitae Mexicani in Italiam deportandi. Ex his Cl. Emmanuel Iturriaga amicitia sibi cum Sueco comparata, omnem lapidem movet, ut ad Religionem catholicam novum amicum adducat. Ille tandem crebris Iturriagae sermonibus commotus, Deo favente Lutheri errores detestatur et relictis Suecis, clam cum Mexicanis in Italiam navigavit. Bononiam cum iisdem adiit, ibique Societati se dedit 7 Jan. 1770. Extincta Societate Sacerdotio inauguratus nova munera sacra sedulo obivit. Opera = *Prospetto generale della Svezia etc.* tom. II. in 8. Bononiae typis Sassi 1790: est interpretatio operis gallici Domini Cattean adjectis aliquot interpretis annotationibus = *Nuovo Vocabolario filosofico-democratico indispensabile ... per intendere la nuova lingua rivoluzionaria*. Venetiis per Franciscum Andreola 1799: tom. II. in 8 = *Sul giuramento civico confutazione del sentimento dell' Ab. Gian Vincenzo Bolgeni etc.* ibidem omnino tomo uno. Jam prius ediderat de eodem argumento opusculum inscriptum *Parere etc.* = *Fasti della rivoluzione Francese etc.* (Reipublicae Gallicanae calamitates describit): ibid. omnino; tomis tribus in 8, tacito auctoris nomine, quod certe dignoscitur, cum fateatur se Auctorem fuisse *novi dictionarii* primo loco laudati. Horum fastorum, quorum tomum IV. pollicetur, praecessit alia editio Bononiensi, ann. 1795; sed non ita correctior, et auctior, ut ista = *Ribellioni degli animali contra gli Uomini*. (Per lepida fabula versu italico, quo libertas, et aequalitas recens praedicatae irridentur) Bononiae typis Sassii 1794 in 8; et est tertia editio correctior, et auctior; in Praefatione ait Auctor hanc fabulam hispanice versam fuisse, sed remanere m ss. gallice quoque coeptam fuisse reddi a quodam prae-

stante viro = *Storia universale Sacra, e Profana etc.* Hujus Historiae auctor fuit Jacobus Hardion, illam continuavit Linguetus, et eandem auxit Noster Historia saeculi XVIII. tomis decem descripta. Venetiis apud Joannem Antonium Curti 1804 ad 1806: Edita quoque fuit Romae typis Pagliarini 1808 nonnullis resectis, ac mutatis = *Sugli antichi Zodiaci dell' Egitto etc.* Venetiis apud Franciscum Andreola 1802: est interpretatio operis Francisci Gyssman de quo superius dixi: tacetur nomen interpretis.

Tiraboschi Hieronymus honestissima familia Bergomi n. 18 Dec. 1731, Soc. ac. in Provincia Mediolanensi 25 Oct. 1746, v. 4 nun. 2 Feb. 1765. Haec habeo ex Catalogo typis edito Provinciae Mediolanensis Societatis J. an. 1772. Sed eruditissimus Carolus Ciocchi bibliothecae Atestinae praefectus epistola ad Franc. Antonium Zaccaria edita ann. 1794 de gestis ac scriptis Tiraboschii ait eum natum fuisse 28 Decemb. et in Societatem adscriptum 15 Octobris: quae duo, uti existimo, errata typis tribuenda sunt. Primum vero errorem idem clarissimus Ciocchius correxit in editione Romana Historiae de Litteratura Italica, tomo X. Expletis cum laude solitis Societatis muneribus, ac tradita in Universitate Braydensi Eloquentia Tiraboschium Franciscus III. Mutinensium Dux Bibliothecae Atestinae, ac Musaeo numismatico praefecit, Consiliarumque renuntiavit. Senatus Mutinensis in equitum, conservatorumque ordinem eundem adscripsit. Bergomates etiam de tanto Cive gloriosi eidem effigiei, et inscriptionis honores ad Concilii Maximi Palatium decreverunt. Adeo per universam Italiam opinio de eximia Tiraboschii eruditione diffusa vigebat; ut Eruditorum hominum nemo Tiraboschium non vehementer suspiceret ob incredibilem omnium fere doctrinarum cognitionem. Hinc fere omnes Italicas Academias summa cupido pervasit Tiraboschium suis coetibus adjungendi; quo illustrior earum gloria Socio eruditissimo redderetur. Satis erit appellare Academias Cortonensem, Roveretanam Mutinensem, Taurinensem, Mantuanam, Bergomensem, Lucensem, et Arcadiam Romanam quae Tiraboschio nomen *Cratilli Idaei* indidit. Hanc litterariam laudem splendidiorem reddebant Religionis studium, morum facilitas, et in miseros quosque levandos propensio. Dum multis aliis lucubrationibus parandis, atque edendis vehementer incumbit, mors eum Mutinae rapuit 3 Junii 1794: sepultusque fuit in templo D. D. Faustini, et Jovitae hac inscriptione *Hieronymus Tiraboschius = Bergomas = Sacerdos pientissimus = Atestiae bibliothecae Praefectus = De monumentis italicae litteraturae = Optime meritus = Obiit III. Non = Jun. an. MDCCXCIV = Vixit ann. LXII. M. V. D. VI.* Elegantissimam aliam inscriptionem confectam ab eruditissimo Pompilio Ponzetti ex Ordine Scholarum Piarum lege sis apud *Gloriam posthumam S. J.* Angelus Fabroni eleganti sermone latino Tiraboschii vitam conscripsit. Opera = *Nuovo Vocabulario Italiano latino etc.* Romae 1811 typis S. Michaelis ad magnam Ripam. Continet duas partes: prima initium ducit a vocibus italicis; secunda a latinis. Primus hujus vocabularii Auctor fuit, Carolus Mandosius S. J. Tiraboschius illud correxit. Perplures praecesere editiones; sed haec nostra est omnium, mea sententia, novissima, et prioribus excellit additis plurimis vocibus ab eruditissimo Medico Petraglia mihi familiarissimo = *Vetera Humiliatorum monumenta annotationibus, ac dissertationibus prodromis illustrata*: tom. III: Tomus primus Mediolani typis Josephi Galeatii 1766 ad 1768. Laudatur hoc opus ab Auctoribus Actorum Lipsiensium ann. 1766, et 1767 et Tiraboschium vocant *celeberrimum, doctissimum, humanissimum.* = *Vita di Sant' Olimpia Vedova Diaconessa della Chiesa di Costantinopoli* Parmae ex typog. Regia 1775 in 4 = *Vita del Cavaliere Fulvio Testi.* Mutinae 1780 in 4: quam dicat Hercu-

li III. Mutinentium Duci = *Storia dell' Augusta Badia di S. Silvestro di Nonantola: aggiuntovi il Codice diplomatico della medesima illustrato con note*. Mutinae apud Societatem typographicam tom. I. fol. max. 1784: tomus II. ibid. 1785, quos dicat Francisco Mariae d'Este Episcopo Anastasiopolitano, deinceps Rhegiensi in Insubria = *Storia della Letteratura Italiana etc.* tom. X. Tomus primus. Romae 1782 apud Aloysium Perego Salvioni in 4: tomus IX. ibid. 1785 et continet litteras quibus se Tiraboschius defendit a criminationibus Xaverii Lampillas, et harum litterarum refutationem ejusdem Xaverii: tomus X. qui est ultimus: ibid. 1799, qui continet additamenta, et correctiones Historiae litteraturae italicae ab eodem Tiraboschio conscriptas; epistolam Caroli Ciocchi ad Franciscum Antonium Zaccariam seorsus jam editam Mutinae 1794 de vita, et scriptis Tiraboschii: carmina tum latina, tum italica, ac per pulcras inscriptiones. Continetur etiam hoc ultimo tomo elogium italicum Tiraboschii, pronuntiatum in Arcadia Romana ab Arcade Alcisco Solaidio (Marchio Eugenius Guasco vir eruditissimus); et litterae Tiraboschii ad Reverendissimum Patrem Mamacchium S. P. A. Magistrum inscriptae *Lettera al Remo Padre N.N. autore delle annotazioni aggiunte alla edizione Romana della Storia della Letteratura Italiana*. Ita concluditur opus doctissimum, quo gloria litteraria Italiae in lucem a Tiraboschio prolata immortalis apud quoscumque eruditos viros redditur. Editio Romana ista liberum, ac solutum me facit a memorandis aliis editionibus Romana longe inferioribus. Antonius Landi Academicus Florentinus, Consiliarius, ac Poeta apud Borrussiae Regem compendiariam fecit historiam Tiraboschi sermone gallico hoc titulo *Histoire della litterature d'Italie, tire · del'Italien de Mons. Tiraboschi, et abregè*: quae Fr. Xaverio Feller (Journal tom. 169) parum probatur ob aliquot asserta contra Tiraboschi mentem, Religionis Catholicae Romanae studiosissimi = *Biblioteca Modonese, o notizia della vita, e delle opere etc.* Mutinae apud Societatem typographicam: tom. VI. Tomus primus an. 1781: tomus VI. 1786, qui continet duas partes, quarum prima correctiones affert, quibus emendantur priores tomi: secunda vero supplementa bibliothecae, et indicem historicum Pictorum, Architectorum etc. Mutinensium = *Dell'origine della Poesia rimata, opera di Giammaria Barbieri*. Mutinae 1790 apud Societatem typographicam in 4. Hoc Barbierii opus e latebris in lucem Tiraboschius protulit, praefatione ac notis illustravit. His Tiraboschii scriptis quae legi, adjicienda sunt, quae Cl. Carolus Ciocchi recenset tum edita, tum m ss. = *De Patriae Historia, Oratio*. Mediolani 1759, ex typog Marelli in 4 = *Invenzione della stampa*; extat in prodromo novae Encyclopedicae Italicae edito Senis 1779 = *De incolumitate Mariae Theresiae Augustae solemnis gratulatio etc.* ibid. 1786 = *Notizie, e descrizione di un Codice m ss. della Poetica del Vida*: extat in Ephemeride Mutinensi (Giornale di Modena) tomo XIV. = *Notizie, della Vita, e delle opere di Zaccaria Ferreri, Vescovo della Guardia*: ibid. tom. XVI. = *Lettera al Cl. Sig. Ab. Francesco Antonio Zaccaria sull'iscrizione sepulcrale di Manfredo Pio Vescovo di Vicenza*: ibid. tom. XXXIX. = *Notizie della Academia Torinese detta Papinianea etc.* ibid. tom. XXXIII. = *Sul motivo del esilio d'Ovidio*: ibid. tom. XL. = *Lettera di un Giornalista ad un suo amico etc.* oppugnat Patrem Pauli quandam inscriptionem Romanam explicantem: Extat in continuatione novae Ephemeridis Mutinensis, tom. XLIII: in eundem Patrem folium etiam vulgavit inscriptum *notificazione letteraria* = *Notizie della confraternita di S. Pietro Martire in Modena*. Mutinae apud Societatem Typographicam 1789 = *Riflessioni sugli Scrittori genealogici*. Patavii 1789 = *Elogio Storico di Rambaldo de' Conti Azzoni Avogaro*. Bassani 1791 = *Memorie Storiche Modonesi*

col Codice diplomatico illustrato con note etc. tom. III. Mutinae 1793 = *Memoria sulle cognizioni che si avevano delle sorgenti del Nilo prima del viaggio del Sig. Jacopo Bruce etc.* Mantuae 1794. In Commentario de vita Alexandri Georgii edito Senis 1779 auctore Clar. Clementino Vannettio extant duae Tiraboschii epistolae latine redditae ab eodem Vannettio, vel Georgio: in celebratissima versione Psalmorum interprete Xaverio Mattei novissime edita Neapoli extat epistola Tiraboschii ad interpretem. In epistolis Celsianis Senatoris Bianconi, et in opere inscripto *dell'uso e de' pregi della lingua Italiana* auctore Joannae Fran. Galeani Napione exant etiam Tiraboschii Epistolae. En indicem m ss. = *Dissertazione sui riti con cui festeggiavasi il S. Natale dai nostri Maggiori* = *De Italorum studiis Oratio* = *Duae Prolusiones* = *De litterarum in Rempublicam utilitate Oratio* = *De veterum monumentorum utilitate Oratio* = *Novena della B. Vergine* = Panegyrici octo SS. Hieronymi Miani: Salesii: Aloysii: Rosarii: Antonii Patavini: Ignatii: SS. Sacramenti: Joannis Nepomuceni = *De Christi* angoribus in horto, in Tribunalibus, in flagellatione, Crucifixione, et de B. Virginis afflictionibus, italico sermone = *Sulle sperienze della transfusione del sangue fatte dagli antichi* = *Ricerche storiche sulla pretesa venuta di Gustavo Adolfo in Italia*.

Toderini Joan. Bap. n. 16 Junii 1728, Soc. ac. in Prov. Veneta 11 Oct. 1743, v. 4 n. 15 Aug. 1761. Philosophia Veronae tradita morum Theologiam docebat Forolivii, cum hanc urbem ingressi sunt Socii Toletani exules, quos Toderinius omni ope fovit, ac recreavit. Opera = *L'onesto Uomo*, *Saggi di Filosofia morale dai soli principj della ragione* (De morum probitate tenenda juxta unius rationis principia) Venetiis per Gasparem Storti 1780 in 8: iterum ibidem cum additamentis, et correctionibus an. 1785: Perpulcrum est opusculum quo fit palam homines, qui probitatis laude exornari velint, sine religione Christiana nihil agere = *Letteratura Turchesca*: tribus tomis in 4. Venetiis apud Jacobum Storti 1787, vivente Auctore, qui in sua Constantinopolitana commoratione ab anno 1781 ad 1786 apud Augustinum Garzoni Legatum Venetum ad Ottomanum Imperatorem, qui nostrum sibi socium voluit, quidquid eruditionis apud Turcas esset, diligenter quaesivit, bibliothecas lustravit, nihilque praetermisit, ut eruditissimam Historiam litterariam Turcicam viris eruditis propinaret. = *La Constantiniana apparizione della Croce ... difesa contro al protestante Gianalberto Fabricio Dissertazione*. Venetiis 1773 per Josephum Rosa, in 4.

Tolrà Joa. Josephus in Pace Augusta n. 4 Maii 1739, Soc. ac. in Provincia Castellana 23 Maii 1753. Studiis litterarum humaniorum praeerat an. 1767 in Collegio Corumniensi. Potestate facta exulibus in Patriam redeundi, in Hispaniam se retulit; ibique commoratur hoc anno 1815. Opera = *Compendio della Vita di S. Olympia Vedova, e Diaconessa della Chiesa di Costantinopoli*. Bononiae typis S. Thomae Aquinatis 1782 = *Justificacion historico-Critica de la venida del Apostol Santiago el Mayor a España etc.* Matriti 1797 ex typog. Viduae Joachimi Ibarra in 4. Nervose atque erudite confirmat D. Jacobi in Hispaniam adventum. Comes a S. Christophoro Consiliarius Bellicus Regius Vir doctrina, et pietate clarissimus suis impensis editionem curavit, et quod nonnullis admirationi fuit minime dubitavit Tolram in libri fronte appellare *Patrem, et Presbyterum Soc. J.* = *Compendio della vita del V. Servo di Dio ... Antonio Alonso Bermejo etc.* Venetiis apud Sebastianum Valle 1792 in 8. Est interpretatio vitae m ss. hispanice Auctore Josepho Michaele Petisco, sine nomine interpretis = *Compendio historico de la vida, caracter moral, y literario del celebre P. Josef Francisco de Isla*: ibidem 1803 in 8: Sumpto nomine Josephi Ignatii de Salas eleganter Islae vitam descri-

bit = *Reclamacion de tres Exjesuitas Españoles residentes en la Peninsula*. Gadibus ex typog. Domini Nicolai Gomez de Requena. 1813 in 4. Vehementem aeque et elegantem libellum supplicem leges subscriptum ab Ex Jesuitis Hispanis Tolra, Otero, et Royo pro delenda solemniter proscriptione Jesuitica, et juribus omnibus Patriae, ac Civitatis restituendis. Pagina 27 hujus libelli meminit anatomes Epistolae Pastoralis NN. Rodriguez de Arellano Archiepiscopi Burgensis, quam in lucem proferre pollicetur. Pagina 31 pollicetur etiam responsionem pro Clemente XIII.

Topp Antonius Aquisgrani n. 1741. Soc. ac. in Prov. ad Rhenum inferiorem 1758. Rhetoricam profitebatur in Collegio Paderbornensi, an. 1767. Extincta Societate Curio renuntiatus templi S. Gangulphi Treviris, oves sibi commissas, qua concionando, qua docendo, qua etiam scribendo summopere fovit. Tanta sui muneris luculenter explendi contentione fractus obiit Treviris 12 Ap. 1793. Opera = *Avertissement du Clerge de France de 1775*: hanc admonitionem Cleri gallicani Toppius reddidit germanice = *Motif de ma foi*, auctore Domino Vouglans: has rationes fidei vertit etiam germanice = *Sermo de malis libris*; saepe ob suam excellentiam recusus = *Sermones duo de Jubilaeo* = *Opuscula varia poetica* tum gallice, tum germanice haud exigui pretii. Ex diction Felleri = *Predigten uber verschiedene Gegenstande der Religion, under Sittenlehre etc.* tomus primus Treviris per Josephum Fischers 1779. Est interpretatio Germanica admodum elegans operis nostri Felleri titulo *Discours sur divers sujets de Religion, et de Morale*. Tomus secundus ibid. apud Ignatium Fischer 1781. Hoc opus Augustae quoque fuit editum = *Leichenrede auf den Herrn Claudius Leger etc.* Augustae apud Fratres Veit 1782: est interpretatio germanica gallici elogii funebris Claudii Leger.

Torres Antonius de Hispali nobilibus genitoribus n. 27 Junii 1744, Soc. ac. in Prov. Baetica 9 Oct. 1758, in cujus Granatensi Colleg. an. 1767 Theologiae addiscendae operam dabat in 4 annum. Ob plurimam in omni doctrinarum genere eruditionem Academiae Scientiarum, litterarum, et artium Patavina, et Utinensis Antonium in suorum Sociorum album retulerunt. Opera. = *Saggio di riflessioni sulle arti, ed il commercio*. (Meditationum de artibus, et commercio Specimen) Pisauri 1781: tom. II. in 4. = *Catechismo delle morti apparenti*. (De hominibus fato in speciem functis) Venetiis apud Joan. Bap. Constantini 1787. Est interpretatio operis gallici Domini de Gardanne aucta longa dissertatione Antonii. Dicatur opus Veneto Magistratui Sanitatis curatori = *Memoria apologetica del commercio, e coltura de' Romani etc.* (Elegans Romanorum vitae cultus et commercia vindicata): ibid. apud Joa. Bap. Constantini 1788, et 1791 = *Letteratura de' Numidi Memoria*: ibid. apud Dominicum Fracasso 1789 in fol. quam dicat Auctor Cardinali Stephano Borgiae. Non aeque ferens Antonius contemptum, quem Cl. Joannes Andres ostendit de litteratura veterum Africanorum, eandem defendendam suscepit = *Trattato storico, ed economico della natura, spezie ... del riso* (De Oryzae natura, specie varia etc.) ibid. apud Andream Albrizzi 793 in fol. = *Propilaeum Antiquitatum Cretensium, antiquitates gentis, et linguae Doricae* = *Antiquitates, et marmora Cretae*. His duobus eruditissimis operibus, quorum ideam typis editam orbi litterario Cl. Auctor protulit, nihil ad absolutionem deest; sed Mecaenatem exoptant.

Tortosa Franciscus, n. 10 Junii 1717, Soc. ac. in Provin. Veneta 16 Aprilis 1733, v. 4 non. 15 Aug. 1750. Libros Sacros aliquot annuos, permultos vero disciplinas mathematicas explicavit in Collegio, et Universitate Regia Parmensi. Obiit ni fallor Bononiae post an. 1800. Opera, ne idem saxum frustra volvam, vide apud *Parà de Phanjas*.

Troili Dominicus, Maceratae n. 11 Apr. 1722, Soc. ac. in Prov. Romana

2 Nov. 1737, v. 4 n. 15 Aug. 1755. Anno 1754 destinatus fuit Socius Praefecto Bibliothecae Serenissimi Ducis Mutinensis, quo munere fungebatur anno 1772, et docebat eodem tempore physicam experimentalem in Universitate Ducali. Extincta Societate, patriae se restituit, ubi obiit 14 Feb. 1792. Opera = *Della caduta di un Sasso dall' Aria* (De lapidis lapsu ex acre) Mutinae apud haeredes Bartholomaei Soliani 1766 in 4 = *Dell' Oriuolo oltramontano* (De horologio transalpino): ibid. 1757 in 4 = *Corso filosofico*: tomi II. Mutinae 1773 = *De religione revelata*. Dissertatio. Extat in tomo VI. Thesauri Theologici edito Venetiis 1762 = *Dissertazione prima sopra le Comete*. Extat in tomo III. titulo *Gli atti dell' Accademia delle Scienze di Siena detta de Fisiocritici*. Senis apud Bonetti 1767. = *Dissertazione seconda* ibidem, sed tomo IV., et an. 1771 = *Della electricità*, *Lezioni di Fisica experimentale*. = *De corporibus coelestibus sectiones physicae particularis etc.* Ex Journal des Savans 1774 mense Decembri = *Orazione recitata ... nell' aprimento della publica biblioteca di Macerata*: Maceratae 1787 in fol. ex catalogo Bibliothecae Cardinalis Garampii. Opportunas Troilius suppetias tulit Francisco Antonio Zaccariae in absolvendis tomo IX. et sequentibus Historiae litterariae Italiae; perinde in conficiendis annalibus Italiae litterariis, ac specimine critico praesentis litteraturae exterae. In his tribus Operibus Troilii suppetiae signantur fere semper siglis D. T.

V

Vallarta Josephus, nobilibus Genitoribus Angelopoli n. 18 Jul. 1719 Soc. ac. in Prov. Mexic. 27 Oct. 1734 v. 4 n. Theologiam plures annos tradidit magno cum plausu in Universitate Mexicana, quae illum doctoris Theologi nomine, ac insignibus decoravit. Eadem Universitas, Archiepiscopus, Prorex, Tribunalia, tum sacra, tum civilia Josephum crebro conveniebant, ut in gravibus, maximique momenti rebus expediendis consilium ab eodem caperent. Jucunda, fructuosaque mihi fuit Vallartae commoratio Romana: etenim contracta cum illa amicitia virum penitus novi ingenio acerrimo, multiplici eruditione praeditum, ac virtutibus religiosis ornatissimum, quas inter summopere eminebat tanta in egenos largitas, ut censum annuum regium Jesuitis solvendum, vilibus vestibus, ciboque tenuissimo contentus, in eosdem effunderet. Obiit Bononiae 1790. Opera = *De arte Rhetorica*, *et Poetica Institutiones* Petri Mariae Torre ex Provincia Sicula cum additamentis Vallartae. Mexici 1753: iterum Bononiae 1784, typ. Saxii, curante Emmanuele Fabri Mexicano, qui hanc editionem dicavit Clarissimis Patribus Scholarum Piarum Bononiensium, qui ni fallor sumptus suppeditaverunt, et in usum suorum Anditorum institutiones adoptarunt = *Vita Aloysii Zabala* primo aetatis tempore brevissimum vitae curriculum conficientis hispanice. Mexici 1763: ex Petro Gallardo Mexicano in opere *Conspicui etc.* Existimo litteras esse consolatorias ad pueruli Zabalae genitores = *Ecclesia Romana infallibilis in factorum definitionibus*: sumpto nomine *Josephi Ludovici Sacerdotis*. Romae typ. Generosi Salomoni 1777 in 8 = *Ad Christianum Philadelphum de cuniculis Philosophicis Epistolae*: sumpto nomine *Juliani Poncii*. Lucae 1779 ex officina Jacobi Justi in 8 = *Defensio Cleri Gallicani ab imposturis adscripae Bossueto defensionis*. Ferrariae, typ. Francisci Pomatelli 1785 in 8. Latet Auctor sub nomine *Josephi Mariani Palma*. Optimis monumentis demonstrat *defensionem Cleri Gallicani*, qua propositiones famosae Cleri Gallicani defenduntur, mendaciter attribui Cl. Jacobo Benigno Bossuel Meldensium Episcopo. M SS. nonnulla reliquit in his volumen de Deipara sine labe concepta. Joannes Aloysius Maneiro Vallartae vitam eleganter conscripsit par. secunda *De vitis aliquot Mexicanorum etc.*

Valle Augustinus, Romae n. 10. Jul. 1754, Soc. ac. in Prov. Rom. 26. Julii 1771. Extincta Societate ad doctrinas theologicas, ac Canonicas totum se contulit; et in eisdem progressus adeo magnos fecit, ut Pius VI. P. M. amplissimus virorum eruditorum fautor illum Praesulem Romanum renuntiaverit, et in numerum Advocatorum Consistorialium quorum est in Urbe ex altioribus ordo, retulerit. Hoc tempore (1815) in rebus Canonicis tractandis, ac definiendis Supremo Poenitentiario Dominico Cardinali Di Pietro operam suam praestat. Opera = *Dissertatio de bonis Ecclesiae*. Romae typis Salomoni in fol. sine anno; quam dicat immortali Pio VII. Alia certe perfecta habet, quae in lucem proferantur exoptamus.

Vanini Antonius Syrus Veronae n. 9 Dec. 1721, Soc. ac. in Prov. Mediolanensi 19 Oct. 1738, v. 4 nun. 2 Feb. 1756. Studiis philosophicis, ac Theologicis cum laude confectis Societatis Praesides perspecta Vanini in dicendo copia, suavitate, et elegantia ad suggesta sacra admoverunt, quae ille non minori sui opinione, quam auditorum fructu ascendit: eo ut Nobiliores per Italiam Urbes eum perorantem auscultare certatim percuperent. Post extinctam etiam Societatem, tum Viglevani, tum Venetiis orationes quadragesimales habuit. Mediolani diem supremum pie religiose que confecit mense Martio 1795 Opera = *Prediche, e Panegirici dell' Ab. Antonio Sira Vanini*. Venetiis per Antonium Curti 1799 tom. II. in 4. Clar. Vincentius Giorgi posthumum hoc opus erudita praefatione ornavit.

Vargas Macciucca (hispanice Machuca) Josephus Salvator de, in Mnestei portu, quem hodie honorificentiore nominatione portum a S. Maria appellamus n. 31 Janu. 1745, Soc. ac. in Provin. Baetica 28 Jan. 1762. Philosophiae addiscendae operam navabat Hispali ann. 1767. In Italia studiis Theologiae confectis, eam, simul ac Historiam Ecclesiasticam tradidit Montechii Picenorum, et Maceratae, in cujus eruditam Academiam fuit cooptatus. Obiit in Montenovo Dioecesis Senogalliensis men. Aug. 1807. Opera = *La passione, e morte di N. S. J. Cristo con note critiche*. Maceratae 1777 in 8 = *Vita di S. Isidoro Agricoltore*: ibid. omnino = *Divozione all' Arcangelo Raffaele*: ibid. 1778 = *Regolamento dell' Accademia Ecclesiastica di Macerata*: ibid. 1781 = *Dissertazione sopra la utilità di trattare la teologia in lingua volgare*. Firmi 1786. Quam vellem in hoc opere auctoris nomen desiderari, quod tacetur in antea memoratis. Prelo parata habebat haec m ss., quae an edita sint ignoro = *De fontibus Christianae theologiae libri sex*. = *Compendii scientifici per la gioventù* = *Fsercizii spirituali per ogni sorta di persone* = *Quaresimale* = *Catechismo* = *Cinque dissertazioni di erudizione ecclesiastica* = *Memoria dell' Accademia di Macerata* = *Istoria della Chiesa di Macerata*.

Vastelain Carolus in oppido Marolles in Hannonia n. 22 Sept. 1795 (uon. 94 ut scribit Feller in Dictionario), Soc. ac. in Prov. Gallo-Belgica 1 Oct. 1715. Obiit Insulis 24 Dec. 1782. Humaniores litteras 20 continenter anuis juniores Jesuitas docuit magna cum existimatione eruditionis, et linguarum Graecae et Hebraicae peritiae; quae litteraria ornamenta cum summa modestia sociavit. Opera = *Description de la Gaule Belgique, selon les trois ages de l'histoire avec des cartes geographiques*. Insulis apud Cramer 1761 in 4: Eadem descriptio Belgii Gallici iterum prodiit anno 1788 cum additamentis, et emendationibus Josephi Ghesquier celeberrimi Bollandistae. = *Description du Temple de la Paix etc.* Inscriptiones, carmina, emblemata etc. quibus haec descriptio adornatur ad Carolum pertinere asserunt Memoriae Trevoltienses, an. 1749, mense Majo.

Veiga Eusebius da, in oppido Revelles dioec. Conimbricensis n. 1 Junii 1718, Soc. ac. in Prov. Lusitaniae 21 Septem. 1731 v. 4 n. 15 Aug. 1750. Ulyssipo-

ne fuerat publicus Matheseos Professor, et Romae a Duce Sulmonis in agro Romano designatus fuit suae speculae astronomicae praefectus. Eruditis in urbe viris Veiga fuit Auctor, ut Ephemerides litterarias conscriberent: quod scientiis augendis consilium, nescio cur desierit. Obiit Romae 9 Ap. 1758 in Valetudinatio Regio Lusitanorum, cui praeerat. Opera. = *Planetario Lusitano explicado con problemas... para uso de Nautica, e Astronomia em Portugal, e suas Conquistas*. Ulyssipone per Michaelem Manescal da Costa 1758 in 8: est secunda editio cum additamentis. Tabulas perpetuas hujus Planetarii sequitur sermone latino *Observatio Eclipsis Solaris die 26 Oct. 1753 Ulyssipone facta* ab eodem Veiga. Observationem istam excipiunt latino quoque sermone aliae duae ejusdem eclypsis auctoribus Jesuitis Bernardo de Oliveira publico Conimbricae Matheseos professore, et Dionysio Franco professore Eborensi. Concluditur opus tribus aliis planetariis sermone lusitanico pro annis 1758, 1759, et 1760 = *Trigonometria Sphoerica etc.* Romae 1795 per Antonium Fulgoni, quam dicat Auctor suo magnifico Mecaenati Sulmonensium Duci = *Descriptio cursus fluminis, cui nomen Orinoco domini Survillè ad minores mensuras redacta*: extat in historia Americana nostri Philippi Salvatoris Gilii. = *Descriptio cursus fluminis nomine Madalena*: extat in opere nostri Antonii Julian inscripto *Perla Americana* = *Charta geographica Sinarum cum Tartariae accessionibus ad normam Europaeam redacta* = *Charta generalis orbis universi correctis aliorum geographorum erroribus*. Jussu sapientissimi, ac pientissimi Sardiniae Regis Caroli Emmanuelis Veiga hanc chartam descripsit, cujus diametrum est palmorum 16: quamque Rex dono misit ad Academiam Sasaritanam a se regia munificentia erectam, in Academicorum usum = *Planetarium Romanum*: tom. VIII. pro annis octo, sumpto initio ab an. 1786 = *Confutatio chronologiae N. N. de paschatis celebratione*. *MSS.*

Veith Laurentius Augustae natus 3 Dec. 1725, Soc. ac. in Provincia Germaniae Superioris 20 Sep. 1744 v. 4 n. 2 Feb. 1760; traditis Poetica, atque Philosophia Theologiam docuit, in qua renuntiatus fuit Doctor, Studiisque praefuit. Anno 1773 in Collegio Ingolstadiensi Provinciae Bavaricae recens erectae Professor erat Sacrae Scripturae, et Controversiarum Fidei. Post extinctam Societatem Professor fuit Theologiae publicus, et Ordinarius in Lycaeo Augustano catholico. Opera = *Scriptura Sacra contra Incredulos propugnata*. Augustae Vindelic. sumptibus Fratrum Veith 1789 ad 1795 in 8; partibus, sive tomulis VIII. Opus insigniter praestans, quibuslibet in Theologia tyronibus utilissimum, ut contra Incredulorum fallacias se se praeclare muniant. Tomus VIII. propugnationem continet Actorum Apostolorum, et Epistolarum D. Pauli: me latet reliquas ne Epistolas, et Apocalypsin Egregius Auctor defenderit = *De Primatu, et infallibilitate Romani Pontificis*. Aug. Vindel. apud Fratres Veith 1781 in 8 = *Edmundi Richerii Doctoris Parisini systema de Ecclesiastica, et politica potestate singulari dissertatione confutatum*. Ibidem 1783 in 8 = *De gemina delectatione coelesti, ac terrena relative victrici*. Ibidem 1785 in 8. Egregium se ubique atque eruditum Theologum in his omnibus operibus se noster ostendit magno cum emolumento Potestatis Pontificiae, et Regiae. Pius VI. P. M. ut summo Veithi in religione defendenda ardori ex aequo responderet, litteras ad eum multo officio refertas misit 8 Feb. 1786: in quibus de Veithio, et de Jacobo Zallingero ait; *quorum mores, studiumque instituendi Ecclesiasticis disciplinis juventutem plurimi facimus*: addit deinde: *Porro praeclara in Apostolicam Sedem Religio tua, quampluribus antea modis perspectam habebamus, atque commendatam, facile patet e rerum Ultrajectinarum narratione* etc.

Venino Ignatius, Comi n. 10 Feb. 1711. Soc. ac. in Prov. Mediolanensi 26

Jan. 1728 v. 4 n. 15 Aug. 1744. Celeberrimus per Universam Italiam Concionator, quem et alii egregii Concionatores Magistrum Eloquentiae Sacrae suspicere, non dedignabantur. Ea erat eloquentiae vi, atque in dicendo elegantia ut Auditorum animos quocumque raperet. Postquam illustriores Italiae urbes concionando percurrisset, Mediolani constitit, cujus Collegio Braydensi praeerat an. 1772; quamque praefecturam etiam extincta Societate eidem Aula-Austriaca confirmavit. Ibi obiit 25 Aug. 1778 magno religionis exemplo. Opera = *Oratio panegyrica* italice in Apotheosi B. Alexandri Sauli, habita Mediolani: Extat in opere *Raccolta di Orazioni in lode del B. Alessandro Sauli* Lucae, typ. Marescandoli 1743 in 4 = *Prediche quaresimali* tom. II. in 8. Mediolani per Josephum Marelli. Praefatio est nostri Antonii Carli, Praepositi D. Georgii ad Palatium Mediolani qui natus 28 Sep. 1732, Societatem ingressus in Provin. Mediol. 18 Jul. 1747, v. 4 nunc. 2 Feb. 1766, Sacram Scripturam interpretabatur in Mediolanensi Professorum domo 1772. Venetiis etiam editae fuerunt Venini conciones quadragesimales an. 1781 apud Thomam Bettinelli, et dicitur esse prima editio Veneta emendatis multis priorum editionum erroribus. = *Panegirici e discorsi sacri*. Venetiis 1797 apud haeredes Constantini in 4. Praecesserunt duae aliae editiones Venetae.

Vettori Gregorius Landi (Catalogi Provinciae Romanae vocant *Vittori* omisso cognomine *Landi*) Corae agri Romani urbe n. 16 Maii 1714 Soc. ac. in Prov. Rom. 30 Jul. 1730, v. 4 n. 15 Aug. 1747; Lector erat in Collegio Romano Controversiarum anno 1772, qui fuit quartus supra decimum hujus muneris suscepti. Romae obiit 24 Jan. 1795 Opera = *Institutiones philosophicae carminibus explicatae, ed adnotationibus illustratae: libri* 12: tomis duobus, sive partibus Romae 1767, typ. Archangeli Casaletti in 8 Tomus, sive pars secunda incipit a libro 7. Dicatur opus elegans, et eruditum Joa. Bap. Rezzonico Cardinali Sanctissimo. Numquam non mirabor Professorem Controversiarum Fidei quatordecim continenter annos de rebus tantum Philosophicis, nec pilum quidem quod sciam, de Theologicis scripsisse. Plura fortasse de hac sua Provincia m ss. reliquit.

Villa Antonius n. in oppido San Padò (ipse *Crisopetropolitanum* se vocat) Dioecesis Vicensis mense Aprili 1747, Soc. ac. in Prov. Aragoniae mense Feb. 1763 in cujus Colleg. Gandiensi Grammaticam docebat 1766. Dum in Universitate Ferrariensi publicus esset Eloquentiae, Graecarum ac Romanarum antiquitatum Pro fessor edidit haec opera = *De sacro Christianae gentis Oratore ad heroicam Graecorum Patrum eloquentiam instituendo*. Ferrariae ex typog. haeredum Josephi Rinaldi 1786 in 8 = *Joannis Mariae Riminaldi ... laudatio*. Ferrariae 179P in 8 typ. haeredum Josephi Rinaldi, quam Auctor dicat Cardinali Josepho Garampi = *Dialogus de Graecorum Scriptorum lectione*, ibid. 1783, ex typog. Rinaldina = *Dialogus alter de utilitate ex graecorum Scriptorum lectione* ibid. 1787: Uterque dialogus latine, et graece est conscriptus. His adjungit noster Prat de Saba = *Oratio de dignitate, ac praestantia linguae latinae* = *Oratio de optimo scribendi genere ex veterum Graeci, latinique nominis Scriptorum imitatione comparando* = *Oratio de Christianae Religionis praestantia philosophicis armis defendenda*. = *Oratio de inexhaustis Ciceronianae Orationis divitiis*.

Vio Bartolomaeus, natus ni fallor Venetiis, 7 Dec. 1708, Soc. ac. in Prov. Veneta 13 Oct. 1725, v. 4 n. 2 Feb. 1743. Anno 1772 exeunte in Collegio Bononiensi S. Luciae Foeminas nobiles sacris D. Ignatii commentationibus instituebat. In eodem Collegio interpretatus fuerat S. Scripturam. Praefuerat Domui probationis Novellariensi, Collegio Pataviuo, et Domui Buxetanae 3 probationis. Obiit ante 1789 = *Prediche*: tom. II. in 4. Venetiis, typis Antonii Curti Q. Giacomo

1789 = *Panegirici* tomo uno in 4: ibidem omnino. Editor in praefatione multum Bartholomaeum laudat, ab eloquentia, et neutiquam ait inferiorem fuisse Concionatoribus Jesuitis coaevis, Masotto, Trento, Pellegrino, Venino etc. qui omnes ediderunt suas sacras Orationes. Recenset etiam cum ipsis Nostrum Sanfront, quem non dubito edidisse quoque suas, et qui sine dubio est Jacobus Sanfront ex Prov. Mediolanensi qui anno 1772 Concionatoris munus obibat in Collegio Taurinensi; et natus erat 1715, die 24 Julii, Soc. ac. 6 Mai 1732 v. 4 n. 15 Aug. 1749.

Unterrichter Josephus Caldarii in Tyrole n. 4 Jan. 1724, Soc. ac. in Prov. Germaniae Super. 9 Octob. 1741 v. 4 nuu. 2 Feb. 1759. Poetica, Philosophia, Jure Canonico traditis, Theologiam, in qua creatus fuerat Doctor profitebatur in Collegio Friburgo-Brisgoico an. 1773. Opera = *Synopsis Philosophiae hodiernae, ac Mathesis praeviae* Oeniponti typ. Wagner. 1760 in 4 = *De aestu lacus Lucii vulgo Hechtensee. Dialogus*: ibid. 1761 in 8: ex Cl. Vogelio *Specimen bibliothecae*; tom. primo = *Physica particularis*: ex Gaspare Sevoy in dissertatione *de Planeticolis* = *Magnitudo Veneris, ejusque a tellure distantia*: ibid. 1762 in 12. Dialogo id argumentum versatur Auctor, quem existimat nonnemo Josephum fuisse.

Vogt Antonius ex Provincia ad Rhenum Superiorem, in cujus Herbipolensi Collegio Logicam tradebat an. 1766 Opera = *Antonii Vogt Doctoris Theologi ... Commentarius in libros Novi Testamenti, eorumque sensum maxime litteralem una cum textu continuus. Opus posthumum recognitum, emendatum, atque in locis quamplurimis auctum edidit Daniel Christophorus Ries Theologiae Doctor, SS. Scripturarum, et Litterarum Orient. Professor. Tomus IV. complectens S. Pauli Epistolas ad Romanos, Corinthios, et Galatas*. Moguntiae 1789 in 8. Editor Daniel juventuti consulens, quae epistolis Pauli intelligendis Daniele explicante tunc animum adhibebat, initium sumpsit a tomo IV. quem illico excipiet tomus V. qui duo omnes epistolas Paulinas complectuntur. Tomi V. editionem sequentur I. II., et III. tomi de Evangeliis, et Actis Apostolorum: post istos novissime edetur tomus ultimus, qui est VI. de reliquis epistolis Canonicis, et Joannis Apocalypsi. Danielis Christophori Ries modestia singularis eum continuit a vulgaudis, quae sui juris sunt, scilicet recognitiones, emendationes, et additamenta ex fontibus Graeco, et Hebraico, desumpta, quae commentario Antonii adjecit nullo discrimine apposito, quo sua ab alienis internoscantur.

W

Wagner Carolus, Ungarus Zboroviae in Comitatu Sarosiensi n. 11 Apr. 1732 Soc. ac. in Provin. Austriae 14 Octob. 1747, v. 4 nun. 15 Aug. 1765. Rhetoricam, Poeticam, ac Theologiam docuit, cujus laurea, et insignibus fuit ornatus. In Collegio Tyrnaviensi an. 1773 eloquentiam, et Historiam Sacram profitebatur. Extincta Societate creatus fuit Regiae Bibliothecae Universitatis Budensis custos, et publicus artis heraldicae professor, quae duo munera obibat anno 1784. Opera = *Analecta Scepusii*: pars prima, et secunda. Viennae 1774: pars tertia, et quarta. Posonii 1778 = *Epistolae Petri de Warda*. = *Collectanea familiarum, quae jam interciderunt*. Budae 1778. = *Diplomatarium Comitatus Sarosiensis*. Posonii 1780: ex Stephano Katona in *Historia pragmatica*, par. secunda.

Walcher Josephus Austriacus Lincii n. 8 Janu. 1719, Soc. ac. in Provin. Austriae 18 Octob. 1737, v. 4 nun. 2 Feb. 1752. Posteaquam Poesim, Rhetoricam, linguam sacram, Ethicam, ac Philosophiam in qua Doctor renuntiatus fuerat, professus fuisset, disciplinis mathematicis tradendis destinatur; et easdem docebat in Collegio Academico

Viennensi anno 1773, qui saltem erat undevicessimus hujus suscepti magisterii. Extincta Societate ab Aula Caesarea Austiaca destinatus est perlustrando lacui Rofner-Eise alluvionem, et ruinam agris minitanti, quas magno labore, et industria reparavit; quo ingenti beneficio Ungaros, ac Tyrolenses sibi aeternum devinxit. Eadem Aula illum constituit Navigationis Directorem, et Caesareum Consiliarium. Extrema jam aetate annis 80 gravis vir insigniter operosus, cum recens instauraretur Collegium Nobilium Theresianum Viennense post Societatis extinctionem desertum, provinciam docendi mechanicam, et hydraulicam impigre suscepit anno 1797: deinde anno 1802 creatus fuit edicto Caesareo Matheseos, et Physices Director. Plenus meritis tum religiosis, tum politicis pie obiit Viennae 29 Nov. 1803. Opera = *Kurzer inhalt der Mechanischen Collegien* (Synopsis rerum, quas Collegium Mecanicum continet) Viennae 1767. = *Nachricht von den Tyrolischen Eissee in Oezthal* (Narratio historica de lacu Tyrolensi Eissee in valle dicta Oez): ex *Austria docta* = *Nachrichten von den Eisbergen in Tyrol* (Notitia de montibus glacialibus Tyrolensibus): ex Vogelio *Specimen Bibliothecae*: tom. I. qui praeclarum opusculum appellat, et ad quod perficiendum Auctor peregrinatione suscepta omnia accuratissime perlustravit. = *Praelectiones* quae (de rebus physicis, et mathematicis reor) laudantur a nostro Joachimo Richtenburg in *Optica*. Vide ephemeridem dictam *Diario Ordinario* (num. 9) *in data pel primo Febbraro* (1804) *in Roma presso il Cracas*.

Weinhart Ignatins Oeniponti n. 19 Aug. 1705, Soc. ac. in Provin. Germaniae Super. 28 Sep. 1721, v. 4 num. 2 Feb. 1739. Poetica ac Philosophia traditis praefuit Musaeo Mathematico, ac Phisico. Mathesin que anno 1773 docebat in Collegio Oenipontano in annum 31. Tam diuturno Magisterio ac exercitatione acri cum ingenio conjuncta, nil mirandum est Ignatium summi M. thematici nomen sibi comparasse. Ideo Aula Caesarea Austriaca Ignatium extincta Societate dimetiendae Tyroli destinavit. Obiit 22 Maii 1787. Opera = *Quaestiones, et responsiones ex arithmetica vulgari, algebra, et geometria*. Oeniponti 1765 = *Abhadlung von der achten Ursache, warum die Fische in einem stehenden Wasser, dessen Oberflache ganz mit Eis uberzogen, bald abstehen, und wie solchem Uebel leicht abzuhelfen*. (Dissertatio de octo causis, ob quas Pisces stagnorum, quorum superficies omnino conglaciantur, illico moriantur; et quomodo illi ab hoc malo possint servari) Oeniponti 1770. = *Elogium Rustici celeberrimi Petri Anich*. Vindobonae 1766, et Oeniponti 1768 typis Joa. Thomae de Trattnern. Dispositio hujus elogii auctorem habet Maximilianus Hell; sed illud contexuit ex narrationibus Veinharti.

Weiss Franciscus, Ungarus Tyrnaviae n. 16 Martii 1717, Soc. ae. in Prov. Austriae 14 Oct. 1733, v. 4 nun. 2 Feb. 1751. Rhetorica, ac Poetica traditis, Magisterii philosophici laurea, et insignibus decoratus plures annos mathematicas disciplinas docuit; et anno 1773 praeerat Speculae astronomicae Tyrnaviensi praestantis Astronomi fama sibi comparata ob plures observationes astronomicas in vulgus editas.

Weissembach Joseph Autonius, Bremgartae apud Helvetios natus 15 Octob. 1734, Soc. ac. in Provincia Germaniae Superioris 9 Oct. 1751, v. 4 n. 15 Aug. 1768. Pos traditam Philosophiam, in Sacra Theologia Doctor renuntiatus, conciones habebat anno 1773 in Collegio Dilingano. Post extinctam Societatem Sacerdotio, amplo, et illustri, ad Aquas Duras honestatus, obiit in Patria 11 Aprilis 1801. Plura solide, erudite, atque eleganter scripsit, nempe = *Von ansehen* (De auctoritate) 1764 in 8: ex parte 7. *Scripturae Sacrae contra Incredulos propugnatae*: auctore Laurentio Veith 1794. Augustae Vindelicorum

= *De eloquentia Patrum libri 13 in usum Ecclesiasticorum*. Augustae Vindel. sumptibus Fratrum Veith 1775: tomis, sive volum. 9. Eleganti alloquio dicat hoc opus Illmis, ac Remis Abbatibus Benedictinis Congregationis Helveticae, se iisdem devinctissimum ostendens, quippe extincta Societate, humanissime, et liberalissime fuit habitus. Cogitaverat antea opus idem dicare Christophoro Beaumont Archiepiscopo Parisiensi ab invicto pectoris robore, ab heroicis virtutibus, et a triumphanti eloquentia Athanio Gallico jure acclamato. Sed ne Heroicus iste Pontifex meditata dicatione fraudaretur illam Noster affixit tomo VI. In prioribus sex voluminibus enucleate describit Patrum eloquentiam in figuris utendis et affectibus excitandis longe alia ratione ab illa profanis Oratoribus solemni, adductis in rei confirmationem plurimis ex iisdem Patribus, locis. Volumen VI. quatuor egregias continet dissertationes de ratione legendi Patres, adnotandi, adhibendi, et imitandi. Volumina tandem reliqua themata ordine alphabetico exhibent, quorum communior est usus apud Concionatores = *De arte Critica ac maxime illa, quae doctrinam, traditionem, disciplinam, historiam Ecclesiasticam retractat. Liber unus in usus Ecclesiasticorum etc.* Augustae Vindel. sumptibus Francisci Antonii Veith 1794 in 8. Opus eruditione, judicioque vi praestans gravi absolvitur epistola ad Amicum ... *de faciendo delectu in monumentis veterum cognoscendis*; et robusta insuper adversus Dallaeum dissertatione inscripta *Specimen exercitationis criticae de Canonibus Sardicensibus, quos ferunt a Sede Romana pro Nicaenis obtrusos*. Pagina 13 hujus artis Criticae meminit Auctor dissertationis inscriptae *De praeputiis Scholasticorum succrescentibus* (ita more suo appellabat praejudicia) quam triennio conceptam, nescio qua de causa Noster abrupit. Pagina 287 quaedam ait de Joanne Mathia Gesnero annotavisse, quae si occasio tulerit, in lucem proferet. Pagina denique 307 laudat opus suum germanicum editum, cui haec est inscriptio *Veber das Wesentlichste in der Geschichkunder, oder von der Glaubwurdigkeit de Geschichs screibersowohl, insbesondere als uberhaupt* (De re maxime necessaria in historia, sive de auctoritate, et fide historicorum, tam singillatim, quam universe) quod apud Tigurinos typis vulgatum fuisse anno 1789 asserit Noster Zallinger in 1. *Subsidiario libro* = *Dissertatio canonica*. *De instituto Canonicorum revocando potius, quam abrogando* 1794 in 4 = *Nova forma Theologiae Biblicae*; opus saepe laudatum a Nostro Veith in *Scriptura Sacra contra Incredulos propugnata* = *Selecta veterum, et recentiorum Poetarum Carmina*, Basileae apud Thurneysen 1784 = *Carmina latina Hortensii Mauri Abbatis nunc primum seorsum edita in usum Scholarum*, praefatione et notis adjectis. Basileae apud Thurneysen 1782 = *Carmina latina Illustrissimi Spiritus Flechier ... recensuit, et praefatus est Jo. Ant. Weissembach*. Basileae apud Thurneysen 1782. Suspicor haec duo opera esse eadem, at *selecta veterum, et Recentiorum Poetarum carmina* antea laudata = *Elogia aliquot funebria, quae animi, vel officii causa scripsit* (Noster): *subjicitur appendix de ratione elogiorum hujusce commatis*. Coloniae Mutianae 1784 = *Critisches Verzeichnist der besten Schriften etc.* Basileae apud Thurneysen 1784 in 12. Indicem in hoc opusculo texit succosum Auctorum probatissimorum, qui Religionem Christianam defendunt = *Die vorbothen des neven Heydenthums etc.* (De praecursoribus Ethnicissimi, et de causis etc.) tomi II. in 8 1780 sine loco; iterum Basileae eodem anno apud Emmanuelem Thurneysen magnis cum accessionibus. Opus magnopere commendatum a Nostro Feller in tomis 157, et 160 operis *Journal etc.* = *Der letze Vorboth des nevem heydenthum* (De ultimo Praecursore Ethnicissimi) Basilae apud Thurneysen 1784. Est fere supplementum operis antea laudati

= *Die Kurzeste, und leichterte art freygeist unzuschaffen* (Expeditissima, et facillima ratio convincendi spiritum fortem, sive incredulum). Basileae apud Emmanuelem Thurnaysen 1779. Ex nostro Feller: *Journal*; tom. 161. = *Der character des itzigen Weltalters*. Lucernae 1779. A Fellero nostro, tomo 160 sui *Journal* haec collatio simplicis et asperae vitae Bernardi de Corleone Cappuccini recens in Sanctorum album relati cum nostrae aetatis deliciis multum laudatur = *Der mann zuseinen finstern Zeiten*. Basileae apud Emman Thurneysen 1782 in 8. Elegans est Oratio in qua splendide, et nervose comprobatur Divum Bernardnm, qui floruit temporibus, quae *Barbara* appellantur, summopere tempestivum, opportunissimumque fore recenti aetati, qnam *Illustratam* Sophistae vocant. Ex Fellero *Journal* tom. 163 = *De conjunctione Naturae Divinae cum humana. Oratio ad annua Sacra Lucernensia. Dixit Jos. Ant. Weissembach*. Basileae apnd Thurneysen 1782: latine, et germanice. Ex Fellero *Journal* tomo 167 = *Rede auf den H. Johann von Nemopuck*. Basileae apud Thurneysen 1782. Est Oratio in Divi Nepomuceni laudem. Weissembachio Jacobus Zallinger *librum primum, et secundum subsidiarium*, dicavit.

Weitenaver Ignatius, Ingolstadii n. 1 Nov. 1709, Soc. ac. in Provincia Germaniae Superioris 3 Novemb. 1724 v. 4 nuncupavit 2 Feb. 1743. Anno 1773 linguas Orientales tradebat in Oenipontano Collegio, quas annos plus viginti jam docuerat Professor Regius Caesareus, magno sibi comparato nomine a pluribus immensae eruditionis scriptis. Obiit vir eruditissimus 4 Feb. 1783. Opera = *Miscella litterarum humaniorum ex orationibus, elegiis, lyricis, symbolis, criticis*. Augustae Vind. et Friburgi per Wagner 1752, et 1753: tomi sive partes duae = *Biblia Sacra utriusque testamenti e linguis primaevis ad mentem vulgatae sensu litterali per Metaphrasin, et commentarios dilucide explicata ... Octateuchos seu Moses, Josue, Judices etc.* Augustae Vindel. et Friburg. Brisg. snmptibus Fratrum Ignatii et Antonii Wagner 1773 in 8 = *Libri Regum Paralipomenon, Esdrae, Tobiae, Judith, et Esther ex linguis primaevis ad mentem Vulgatae commentario litterali dilucide explicati*. Augustae Vindob. et Friburgi Brisgoici sumptibus fratrum Ignatii, et Antonii Wagner 1773 in 8 = *Job, Psalmi, Salomon, Siracides ex hebraicis, graecisque fontibus ad mentem Vulgatae, et latini sermonis consuetudinem sensu litterali dilucide explicati*. Aug. Vind. et Friburgi Brisgoisci sumptibus Fratrum Ignatii et Antonii Waguer 1773 in 8. Extat in hoc volumine post psalmos dilucidatos egregia disquisitio Academica *An solus David psalmorum omnium auctor sit*, quod noster negat. = *Prophetae majores, ac minores ex Hebraicis, Chaldaicis, Graecisque fontibus ad mentem Vulgatae et latini sermonis consuetudinem sensu litterali dilucide explicati*. Aug. Vind. et Friburg. Brisg. sumptibus Fratrum Ignatii, et Antonii Wagner 1773 in 8 = *Libri Machabaeorum ex lingua primaeva ad mentem vulgatae commentario literali illustrati: adjuncta dissertatiore de doctrina mornm e sacris scripturis elicienda*. Augus. Vend. et Fribur. Brisg. sumptibus Fratrum Ignatii, et Antonii Wagner 1773 in 8 = *Sancta IV. Evangelia et Acta Apostolorum e Syriacis, graecisque fontibus ad mentem vulgatae et latini Sermones consuetudinem sensu litterali dilucide explicata*. Aug. Vind. et Scrib. Brisgoici 1773 sumptibus Fratrum Ignatii, et Antonii Wagner in 8. Prae manibus habui editionem anni 1769 laudatae an. 1773 omnino similem. Nescio an alii Sacri libri aliam prioremque editionem nacti fuernnt. = *Epistolae Paulinae caeteraeque canonicae cum Apocalypsi e graecis, et syriacis fontibus ad mentem Vulgatae, et latini sermonis consuetudinem sensu literali dilucide explicatae*. Aug. Vind. et Fribur. Brisg. sumtiphus Fratrum Ignatii, et Antonii Wagner 1773 in 8. Magnificis, iteratisque laudibus

dignissimum judicamus nostrum Weitenaver, qui occurrentes in Vulgata difficultates suo maximo labore, et summa linguarum Orientalium peritia ita enodatas lectoribus exhibet, ut nihil jam salebrosum supersit, sed omnia plana sine ulla vel minima offensione. Nescio quis ejusdem in quosdam libros Metaphrasin parum probabat, licet cultiori latinitate scriptam, quia Vulgatae sensibus clarius exprimendis minus idoneam; quo doctissimus Auctor se purgat in praefatione anteunte librum Job etc. = *Biblia germanice conversa cum adnotationibus:* tomi XIV. ab anno 1781 ad 1783. Claris. vir Josephus Antonius Schneller in eruditissimo opere *Institutiones Theologiae positivae* (an. 1796) multis laudibus afficit suum Magistrum Ignatium Weitenaver. = *Modus addiscendi intra brevissimum tempus linguas gallicam, italicam, hispanicam, graecam, hebraicam, et chaldaicam, ut ope Lexici libros explicare queas*. Lego vocari etiam hoc opus *Hexaglotton etc.* Francofurti ad Moenum per Franciscum Varrentrapp. 1756 in 4 = *Poesis hebraica publicae disputationi submissa a P. F. Casimiro Mezger etc.* anno 1763 apud Ignatium Wagnerum. Augustae Vindel. in 12 = *Salomon coelo assertus*. Est Oratio academica de Salomonis poenitentia. Augustae, et Friburgi Brisgoiae 1756 = *Subsidia eloquentiae Sacrae etc.* Augustae Vindel. 1764 ad 1769 sumptibus fratrum Ignatii et Antonii Wagner tomi, sive libri 19 in 12: ubi copiose tractat quae Sacrum Oratorem scire oporteat. = *Simon* (forse *Simeon*) *justus*. *Metrodrama*. Eustadii 1749 = *De difficillimo genere epistolarum, seu litteris officiosis*. Augustae Vindel. 1756, et 1763 = *Orationes Academicae ad Philosophos, Jureconsultos et Theologos*. Ibidem 1756 = *Epigrammata symbolica, lapidaria*. Ibid. 1757 = *Carmina selecta*. Tomi II. ibid. 1757 = *Horatii Ars poetica ad omne genus eloquentiae*. Ibid. 1757 = *Tragoediae autumnales cum animadversionibus*. Ibid. 1758 Ibidem 1758 = *Theatrum parthenicum, seu dramata Mariana*. Ibidem 1759 = *Trifolium hebraicum, nova grammaticae biblicae methodus*. Ibid. et Ulmae 1756 = *Lexicon biblicum in quo explicantur Vulgatae vocabula, et phrases etc.* Venetiis 1760. Reor aliam editionem praecesisse = *Hexaglotton geminum docens intra breve tempus ope Lexici explicare linguam gallicam, Italicam, Hisp. Graec. Hebrai. et Chald. Anglic. Germanic. Belgicam, latinam, Lusitanam, et Syriacam ... cum appendice de pronuntiatione earundem linguarum*. Partes duae. Aug. Vindel. 1762, et 1776 = *Apparatus eloquentiae catecheticae complectens historias* 1500. Libri sex. an. 1775 = *Auxilia tribunalis, seu eloquentia arcani*. Salemi 1775 = *De modo legendi, et excerpendi*. Libri 4: ibid. 1775 = *Hierolexicon linguarum Orientalium*. Augustae Vindel. 1759 = *Trifolium hebraicum per quod intra aliquot horas, hierolexico Auctoris instructus, explicare biblia hebraica possit*. Ibid. 1759 = *Trifolium chaldaicum* ... *Trifolium Syriacum*. Ibid. 1759 = *Corona Mariana linguis 12 exornata cum dissertationibus de lingua Sinica*. Coloniae 1731 = *Cultus D. Walburgae carminibus 12 laudatus in Sanctuario Eystettensi*. Monachii 1752 = *Historia Provinciae Germaniae Superioris S. J.* Augustae 1754. Ignatius noster, ut pote historicus designatus Provinciae Germaniae Superioris gestis scribendis, ejusdem Provinciae Historiam a nostro Agricola inceptam continuavit = *Apologiae Forosemproniensis ex italico sermone in Germanicum translatae libri quatuor*. Oberamergaviae (Oberamergau). 1761 = *Lexicon in quo explicantur vocabula, et phrases linguae graecae, et hebraicae*. Augustae Vindel. 1780 in 8 = *Compendium scientiarum, et omnigenae eruditionis*. Ibidem 1767. Volumina duo in 8 = *De causis corruptae eloquentiae* = *Monogrami Auctorum ex omni genere litterarum humaniorum cum apparatu lexicorum omnis generis tam rerum, quam linguarum* = *Subsidium historiarum pro catechesi, et concione populari centuriae*

Nn

17. Haec tria laudata opera pollicebatur Auctor, quae nescio an in lucem prodierint = *Glorreiche Eystadt, un dessen Stifter* (Eustadium gloriosum, et ejus Fundator) Eustadii 1745, et 1746 = *Tobias, und Sara ein Singspiel*. (Tobias, et Sara: Drama musicum) Monachii 1747. Est interpretatio germanica ex latino Nostri Francisci Neumayer, quae cum ejusdem Neumayeri *Theatro politico* recusa fuit Augustae, et Ingolstadii 1760 = *Sammlung Kurzerer Gedichte* (Collectio brevium poematum cum prosodia germanica). Augustae 1768: partes duae = *Das neve testament aus dem Syrischen, un Grechischen verdeutschet* (Novum Testamentum ex Syriaco, et Graeco germanice redditum). Ibidem = *Zweifel von der deutschen sprache sammt einem ortograph. Lexicon* (Dubium de lingua Germanica una cum Lexico orthographico;seu potius Ambigua in lingua Germanica etc.). Ibid. 1764; quod saepe recusum est. = *Hundert Berge Sinnbilder in 26 Sprachen* (Montes 100 Symbola linguis 26 expressa) Friburgi 1765 = *Fragen der lehrant* (Quaesitum de methodo) 1765 = *Lobrede auf Ludwig der verstorbenem Kroprinzem von Frankreich* (Panegyris de demortuo Ludovico Franciae Delphino). 1767. Est versio ex Gallico = *Christus der Lehrmeister des menschlichen Geschlechtes* (Christus humani generis Magister) Salemi 1776. Est versio ex gallico. Consulatur *Austria Docta* (Oesterreich gelherte) Auctore anonymo, quem Jesuitam suspicor. Operae pretium duxerim tanta, tamque varia eruditissimi Auctoris opera in unum corpus redacta typis subjici, haud sine eruditorum plausu, una cum typographorum haud exiguo emolumento.

Wendlingen Joannes nobili genere natus, Soc. ac. in Provincia Bohemiae, ex qua Matritum vocatus, ibi professor fuit Regius Matheseos, Indiarum Cosmographus, et Asturum Principis deinceps Regis Caroli IV. Studiorum moderator. In cubili Regio Scorialensi simul cum discipulo Antonio Ludovico Real duas lineas meridianas construxit. In Bohemiam reversus Praefectus erat anno 1772 bibliothecae Residentiae Libeschicensis. Opera = *Elementos de la Matematica escritos para utilidad de los principiantes*: Matriti typis Joachimi Ibarra: in 8: Tomus primus an. 1753: secundus an. 1754: tertius an. 1755: quartus an. 1756 Eruditus Pater Caimo in opere inscripto *Lettere d'un vago Italiano etc.* digna censet haec Matheseos elementa, quae in linguas omnes vertantur = *Epistolae ad Josephum Stepling*, qui in Bohemia Joannem auscultaverat Mathematicas docentem. Extant in *Commercio litterario* Steplingii; et sunt omnino 5. In earum prima, data Matriti an. 1750 ait se, Eclipseos, typum, atque verum ejusdem calculum aulae Hispanicae obtulisse, quae illum plurimi fecit, ob demonstratum errorem calculi ejusdem Eclipseos ab Astronomis Bononiensibus confecti. Non praeteream, quia Principibus Borboniis Hispanis summae laudi est, Regem Catholicum octoginta mille florenorum, et amplius Joanni dono dedisse, ut instrumenta mathematica quae idem optaverat, ex Anglia sibi pararet, ac jussisse sumptibus ne parceret in coemendis sex millibus voluminum ad instruendam bibliothecam mathematicam, ut idem Joannes asserit litteris datis an. 1753. Litteris etiam datis Matriti 1751 pollicetur se impigram operam daturum verae Telluris figurae definiendae, et in laboris partem vocaturum astronomos hispanos sub linea meridionali in America degentes, qui legibus Hispanicis tenentur observationes astronomicas instituere, ac Matritum mittere, quascumque illis praescripserit Cosmographus major Indiarum.

Werenko (sive Werencko, utroque modo in Catalogis appellatum lego) Lithuanus Pinsci nobilibus genitoribus n. 1 Oct. 1704, Soc. ac. in Prov. Germaniae Superioris 24 Aug. 1724, v. 4 nun. 19 Martii 1742. In docendis Poetica. Rhetorica, Philosophia, Jurisprudentia

Sacra, ac Theologia, in quibus duabus facultatibus renuntiatus fuerat Doctor, plures annos impendit. In Universitate Dilingana anno 1773 SS. Canonum, juris naturae, ac gentium, Sacrae Scripturae, ac Controversiarum publicum Professorem agebat. Obiit ni fallor 5 Julii 1779. Opera = *Responsa juridico-canonica de ultimis voluntatibus*. Dilingae 1761 impensis Josephi Antoii Schnabel in 8 = *Jus naturae, et gentium commoda auditoribus methodo explanatum etc.* Dilingae sumptu Josephi Antonii Schnabel 1763 in 8. Prodiit etiam postea Venetiis. Timide scripsi Thaddaeum Societati se addixisse in Provincia Germaniae Superioris. Plures hujus Provinciae Catalogi eum inter Socios numerant, sed catalogus longe prior istis *Personarum etc.* ab anno 1741 in annum 1742, nec verbum quidem de Thaddaeo facit. Ex alia, quidni Lithuana? in Provinciam Germaniae Superioris forsitan fuit adscriptus.

Widmann Fran. Salesius ex Dioecesi Ratisbonensi n. 29 Jan. 1711. Soc. ac. in Prov. Germaniae Superioris 28 Sep. 1735 v. 4 n. 2 Feb. 1747 In Monacensi Collegio Provinciae Bavaricae commorabatur an. 1773, et erat a confessionibus Regiae Celsissimae Serenissmae Marchionissae Baad, cum prius in eodem Collegio, sicut et in Augustano Studiis Superioribus praefuisset, et in Oenipontano SS. Canonum publicus fuisset Professor, Theologiae et Sacrorum Canonum Doctor renuntiatus. Obiit 26 Januarii 1775. Opera = *Jus Canonicum theorico-practicum utrique foro canonico, et civili accommodatum*. Aug. Vindel. sumptu Josephi Wolff 1760 in 8: tribus tomis.

Widmann Josephus, Pittenfeldiae in Franconia n. 11 Martii 1725. Soc. ac. in Prov. Germaniae Superioris 20 Sep. 1744 v. 4 n. 2 Feb. 1762. Poetica, ac Philosophia traditis, Theologiam cujus laurea, et insignibus fuerat cohonestatus docebat in Collegio Friburgo-Brisgoico 1773. Opera = *Institutiones universae Theologiae*: pluribus tomis: Cum ex Cl. et doctissimo Jacobo Antonio Zallinger Romae Pii VI. jussis diversante accepissem has theologicas Vidmanni lucubrationes pluris fieri a Jesuitis Germanis, quam multas alias coeteroquin eruditione, et elegantia praestantes, summa me cupido tenuit illas undequaque conquirendi; sed opera, etsi vehemens atque diuturna, omnis mihi periit.

Widra, seu Wydra (utroque modo in Catalogis Bohemicis legitur) Stanislaus, Bohemus in urbe Reginae Hradecensi (Konisgratz) n. 13 Novemb. 1741 Soc. ac. in Provincia Bohemiae 27 Oct. 1757. In Residentia Jenikoviensi an. 1772 concionatorem agebat, et Juventutis institutorem. Extincta Societate renuntiatus fuit Philosophiae Doctor, et Matheseos in universitate Pragensi Regius Caesareus Professor. Opera = *Primae calculi differentialis, et integralis notiones*. Pragae 1774 = *Annotationes in regulas arithmeticorum, quas regula aurea ingreditur*: ibid. 1774 = *Supplementum tractatus de sectionibus conicis*: ibid. = *Elementa matheseos*: Ibid. Praefatione quoque sua ornavit dissertationem germanicam Caroli Josephi de Bienenberg *de auri massa inventa anno 1771 apud Podmokle*. Pragae 1777.

Wissinger Jacobus, Philosophiae Doctor, in oppido Rohrbach in Austria Superiori n. 3 Junii 1736 Soc. in Provincia Bohemiae ac. 27 Octob. 1753. Vota 4 nunc. 1772. Eloquentiam, et linguam graecam Pragae docuit. Syriacam linguam coluit = Philippicas nonam, et undecimam Ciceronis germanice convertit, et edidit Pragae 1773 in 8 = Eodem quoque anno edidit analysin trium Olynthiacarum Demosthenis. Ex Auctore *Austriae doctae*.

Wolff Joannes Henricus, Philosophiae Doctor, Pragae n. 31 Januar. 1745, Soc. in Prov. Bohemiae ac. 1759. Eloquentiam docuit Op. = *Sammlung verschiedener Deutschen Briefe zum Gebrauche der studierenden jugend* (Collectio varia-

rum epistolarum germanicarum in usum Juventutis studiosae) Pragae 1775 = *Abhandlung von der Lehrart der quarten Klasse* (Dissertatio de methodo in 4 classe, sive Schola) ibid. 1775 = *Abhandlung von der Uebersetzung der Autorem in Schulen* (dissertatio de interpretatione Auctorum in Scholis) 1775 = *Abhandlung von der Schönheit , die allen Sprachen in Rucksicht auf die Schreibart gemein sind*. (De pulcritudine , in qua linguae omnes inter se consentiunt quoad scribendi rationem) ibid. 1775 in 8 . Ex Austria docta .

Wulfen Franc. Xaverius , Servius Belgradi ex nobilissima familia n. 5 Nov. 1728 , Soc. ac. in Provin. Austriae 17 Oct. 1745 , v. 4 nun. 2 Feb. 1754 . Praeclaro linguarum ornamento ungaricae , germanicae , latinae , gallicae , et italicae praeclariora illa adjunxit Philosophiae , Physices , Theologiae , et Mathesis , quas publice docuit . Anno 1773 degebat in Collegio Clagenfurtensi , qua in urbe extincta Societate mansit usque ad obitum , qui incidit in diem 17 Martii an. 1805 summo cum moerore civium , etiam Acatholicorum , ob suavissimos , integerrimosque mores , et summopere prolixam in egenos benignitatem . Opera = *Flora Norica* m ss. quam agricolis apprime utilem laudari novi . Nonnulla etiam edidit , sed mihi nondum singillatim cognita . Wulfeni elogium texuit ephemeris politica Veneta dicta *Notizie del mondo*. Num. 29 die 10 Aprilis 1805 .

Wurz Ignatius Viennae n. 28 Dec. 1731 , Soc. ac. in Provin. Austriae 17 Oct. 1747 v. 4 nunc. 2 Feb. 1765 . Professorem Eloquentiae Sacrae an. 1773 agebat in Collegio Viennensi in annum 9 summa cum laude dicendi , et scribendi sermone patrio , quem illustrare modis omnibus instituit . Extincta Societate renuntiatus fuit Curio Paroeciae Pierwart in Austria inferiori : ibi obiit 28 Aug. 1784 lugentibus incolis , quos ad omnem pietatem sermone , et exemplo assidue informabat . Opera = *Karl de la Rue Lob , und Traverreden* (Caroli de la Rue orationes panegyricae , ac funebres) : tom. III . Graecii 1758 in 8 = *Ciceri sammtliche predigten* (Ciceri orationes omnes) . Tom. VI. Augustae 1762 ad 1764 in 8 = *Bossuet traverreden* (Bossuetii orationes funebres) 1764 in 8 = *Einleitung in die allgemeine Geschichte alter , und never zeiten* (Isagoge in universam historiam antiquam , et recentem ad usum Scholarum) tom. IV. Viennae 1765 ad 1700 in 8 . = *Anleitung zur geistlichen Beredsamkeit in einem Aufzuge* (Specimen eloquentiae sacrae pro quavis solemnitate) . Lipsiae 1776 . = *Der Worwitzige* (Audax) : est Comoedia , quam typis edidit , atque etiam alia opera poetica . Vulgavit quoque seorsus elegantissimus Auctor orationes germanicas 38 : quarum praecipuae laudantur quatuor istae *Gratiarum actio* ob coronationem Josephi II. *Gratiarum actio* pro recuperata salute Mariae Teresiae Imperatricis : *Oratio funebris* Francisci I. *Oratio funebris* celebratissimi Medici Wanswietan .

X

Ximenes Leonardus nobilibus genitoribus origine hispana Drepani n. 28 Dec. 1716 . Soc. ac. in Prov. Sicula 10 Oct. 1731 , ex qua anno 1735 ad Romanam transiit , v. 4 nun. 2 Feb. 1750 . In disciplinis physicis , ac mathematicis adeo excelluit , ut a pluribus Principibus exoptaretur ad fluminum cursus dirigendos , alluvionum impetus coercendos , impervios saltus mollibus viis mitigandos , et pontes difficillimis locis instruendos . Hujusmodi officia praestitit Romano Pontifici , M. Etruriae Ducibus , Venetis , Lucensibus etc. Magnus Etruriae Dux suum Geographum Regium renuntiavit . Ab eruditissimis quibusque viris , quin etiam ab ipsis Academiis Veronensi , Senensi . Petropolitana , et Parisiensi haud semel de sententia sua fuit interrogatus : adeo increbuerat de Leonardi doctrina opinio . Florentiam nobilitavit magnifica specula

astronomica libris optimis et instrumentis mathematicis locupletata. Ex emolumentis donisque, ac maxime ex haereditate paterna minime modica duas eadem in urbe Cathedras erexit Astronomiae unam, de Hydraulica alteram, quas voluit simul cum instrumentis, et opulenta bibliotheca doctissimis Patribus Scholarum Piarum post ejus obitum commendatas, ea tamen lege, ut Societati Jesu instaurandae, quod felicissime confecit Immortalis PiusVII.P.M.redderentur; quae sua suprema voluntas plenam vim habeat, M. Etruriae Ducem precatur. Obiit Florentiae 3 Maii 1786. Opera = *Notizie de' tempi, de' principali Fenomeni del Cielo nuovamente calcolati ... per l'anno 1751 al Meridiano Fiorentino etc.* Florentiae 1751 typis Viviani. Similes temporum, ac Phaenomenorum cognitiones iisdem typis edidit pro an. 1752 et 1753 = *I sei primi elementi della geometria piana*. Venetiis 1751 apud Joan. Bapt. Albrizzi in 8 = *Dissertatio de maris aestu, ac praesertim de viribus Lunae, Solisque mare moventibus*. Florentiae 1755: ex Aloysio Brenna in elogio Leonardi = *Osservazioni dell'Aurora Boreale comparsa la notte del 26 Agosto 1756*: extant in *Symbolis Gorianis*, decade 19. = *Dissertazione meccanica di due istromenti che possono servire alla giusta stima del viaggio maritimo, e della velocità delle acque, e de' venti*. Florentiae 1757 = *Nuovo metodo per determinare la paralassi Lunare per la osservazione degli ecclissi*: extat in tomo IV. operis inscripti *Memorie sopra la Fisica*. Lucae 1757 = *Del vecchio, e nuovo Gnome Fiorentino Fisiocritico, e delle osservazioni Astronomiche, fisiche etc.* libri 4. Florentiae ex typog. Imperiali 1757 in 4. Hunc gnomonem, et observationes praecedit introductio historica admodum erudita de studio Astronomiae in Etruria = *Osservazione del passaggio di Venere sotto il disco Solare accaduto la matina del dì 6 Giugno di questo anno* 1761 Florentiae typis imperialibus 1761 in 4 = *Observatio lunaris eclipseos die 17 Martii* 1764. Senis 1764 apud Bonetti = *Opuscolo intorno agli aumenti delle Piene del fiume principale etc.* Senis 1767 apud Bonetti. Hae duo opera extant in tomo III. inscripto *Gli atti della Accademia delle Scienze di Siena detta de Fisiocritici* = *Due ragionamenti sulla fisica riduzione della maremma Sanese*. Florentiae 1769 typis Francisci Moncke. His duobus sermonibus adjunxit postea quatuor experimenta, quae *perizias* italice vocantur = *Riflessioni intorno alla obliquità dell'Eclitica*: extat in tomo V. Operis laudati. *Gli atti dell'Accademia etc.* = *Memoria idrometrica che riportò il premio dell'Accademia* l'an. 1777 ibid. sed tomo VI. *Esame dell'esame di un libro sopra la maremma Sanese*. Florentiae 1775 = *Dissertazione intorno alle osservazioni solstiziali del 1775 allo gnome della Metropolitana Fiorentina*. Liburni 1776 in 4 typis Joannis Vincentii Falorni = *Nuove sperienze idrauliche fatte ne' canali, e ne' fiumi per verificare le principali leggi, e fenomeni delle acque correnti*. Senis typis Aloysii, et Benedicti Bindi 1780 in 4. Dicat opus Petro Leopoldo M. Etruriae Duci, deinceps Imperatori Germanico = *Ristretto delle osservazioni dell' Ecclissi Solare del dì 17 Ottobre 1781*. Florentiae 1781 = *Piano di operazioni idrauliche per ottenere la massima depressione del lago Sesto etc.* Lucae 1782 = *Teoria, e pratica delle resistenze de solidi ne' loro attriti*: pars duae. Florentiae 1782; et Pisis eodem anno = *Raccolta delle perizie ed opuscoli idraulici del Sig. Abate Leonardo Ximenes*: tom. II. in 4. Florentiae 1785, et 1786, quos etiam dicat Petro Leopoldo M. Etruriae Duci etc. Inserta sunt huic collectioni aliorum etiam experimenta: in his disquisitio auctore Boscovichio consiliorum Cl. Virorum Manfredi, et Bertagliae de paludibus Pontinis, et Terracinae portu = *Opuscula 5* (variis annis edita) *de aquis inundantibus agrum Bononiensem Sermone Italico*. = *Intorno alla natura, effetti, e principii della nuova macchinetta idraulica presen-*

tata a S. A. R. il Serenis: Arciduca e dal Sig. di Valtraver Svizzero: ex Aloysio Brenna in elogio Leonardi. = *Lettera al Sig. Senatore Marchese Lorenzo Ginori intorno alla sperienza del globo volante fatta in Francia dal Sig. Mongolfier*: ex eodem Brenna = *Informazione intorno alla distanza da Cadaquez a Livorno*: ex eodem = *Parere per la verità intorno al viaggio da Lisbona a Livorno per la via delle poste ordinarie*: ex eodem in elogio Leonardi edito in Ephemeride Pisana (*Giornale di Pisa*), qui monet plura alia opuscula Leonardi inveniri in multarum Academiarum Aetis tum Italicis, tum Exteris. Sua m ss. quae plura sunt, reliquit, Clarissimo Senatori Florentino Joanni Bapt. Nelli. Geographiam Leonardi m ss. legit Alphonsus Nicolai, ut ipse asserit Lectione 9 in Genesim. Operam quoque suam Ximenes dedit componendis tomis IX., et sequentibus Historiae Litterariae Italiae uti asserit Auctor operis *Saggio critico della corrente letteratura straniera*; in tomo II. pag. 316.

Xuarez Gaspar, in Urbe S. Jacobi ad Aestuarium (del Estero) Dioecesis Tucumaniae n. 11 Julii 1731, Soc. ac. in Prov. Paraquariae 1 Sep. 1748, v. 4 nun. 15 Aug. 1764. Has annorum rationes accepi a gravissimo viro Francisco Ocampo S. J. ex eadem Provincia. In Tucumania Gaspar Philosophiam, ac Theologiam haud sine laude tradidit. In Italiam actus variarum litterarum studiis incumbit; sed maxime Botanicam coluit. Romae obiit 3 Januarii 1804. Opera = *Osservazioni Fitologiche sopra alcune piante esotiche ... fatte nell' anno 1788 etc.* Romae per Archangelum Casaletti 1789 in 4 = *Osservazioni Fitologiche ... fatte nel an.* 1789 *etc.* ibidem per Casaletti 1790. = *Osservazioni Fitologiche ... fatte nel* 1790 *etc.* ibid. 1792, typis Giunchianis. In his observationibus habendis Gaspar Socium habuit Cl. Philippum Aloysium Gillii de historia naturali benemerentissimum = *Vida iconologica del Apostol de las Indias S. Fran. Xavier. etc.* ibid. per Michaelem Puccinelli 1798 in 8; quam dicat Nationi Hispanae Europeae, et Americanae = *Elogio de la Señora Maria Josepha Bustos Americana*: ibid. 1797 in 8. Prelo paratam reliquit historiam naturalem ditionis Bonaurensis; et dissertationes de lege naturali, jure gentium, et de jure pacis, et belli: tomis Gadibus in 4.

Z

Zaccagniui Antonius, Gadibus n. 4. Apr. 1723, Soc. ae. in Provincia Betica 31 Aug. 1740, v. 4 nun. 15 Aug. 1757. Cum Ferdinandus VI. praestantissimus Hispaniarum Rex, suadente summo ejusdem administro Zenone de Somo de villa titulo Marchionis de la Ensenada insignito, viro ad decus, et commoda nationis Hispanae augenda feliciter nato, Ferdinandus inquam VI. cum Jesuitas Hispanos aetate, et ingenio florentes in Galliam mittere decrevisset linguis Orientalibus, disciplinis mathematicis, physicis etc. instituendos; Zaccagninius unus eorum electus Parisios adiit; et toto pectore incubuit ad Physicam experimentalem addiscendam Magistro Clar. Abbate Nolletto. In Hispaniam redux eam disciplinam docuit in Seminario Regio Nobilium Matritensi. Postea renuntiatus fuit Praeceptor Caroli IV. tunc Asturum Principis, et ejusdem Regiorum fratrum. Exilio cum reliquis Sodalibus mulctatus, Genuae constitit; ibique obiit post an. 1803. Opera = *Lecciones de Physica experimental dell' Abate Nollet etc.* Matriti: tom. VI. in 4. Sed ne Josephus Calzado noster debita laude fraudetur monendum est Zaccagninium tres tomos, tres alios Calzadum gallicae physicae Nolletti hispanice reddidisse = *Sedecias*, aliaeque Tragoediae Joannis Granelli S. J. ex italico in carmen hispanicum conversae: quae licet actae fuerunt publice in Seminario Matritensi, typis vero vulgatae non fuerunt. Remanet etiam m ss. = *Historia puella-*

rum infantiae tom. II. quam etiam ex gallico hispanice convertit.

Zaccaria Franciscus Antonius honestissimis genitoribus Venetiis n. 27 Martii 1714, Soc. ac. in Provincia Austriae 17 Oct. 1731, vot. 4 nun. 15 Aug. 1747. Ex Provinciae Austriae in Romanam cooptatus Pistorii controversias Fidei explicavit. Plures Italiae urbes suis expeditionibus Apostolicis lustravit. Mutina, Venetiae, Pisae, Ferraria, in qua concionatus est ipso extinctionis Societatis anno, aliaeque celebres Urbes illum perorantem tempore jejunii verni plausu, fructuque auscultarunt. Magnum commercium litterarium instituit cum Hagiographis Bollandianis, nominatim cum Joanne Stiltingio principem locum tenente, cui multam operam locavit in emendandis aliquot Actorum erroribus, et novis accessionibus significandis. Anno 1755 a Ser. Duce Mutinensium praefectus fuit Bibliothecae Ducali, quam in meliorem ordinem redegit, locupletissimamque reddidit conquisitis ex omni Provincia libris. Ex Mutinensi nescio qua de causa, anno 1768 Romam fuit vocatus, ut bibliothecae Romanae Professorum Domus praeesset, quin Ducis Mutinensis in illum benevolentia extingueretur. Summam amicitiam iniit cum amplissimis, eruditissimisque viris, quos inter nominandi sunt doctissimi viri, Cardinales Querinus, et Garampius, Joannes Dominicus Maria Mansi Episcopus Lucensis, et Pompeius Compagnoni Auximatium Antistes; Trombellius, et Mingarellius Canonici Regulares Rhenani, Scipio Marchio Maffei, Gorius etc. Uno verbo, ne lectores morer, maxima eruditorum hominum pars in Italia, quae tantam habet hujusmodi virorum copiam, Zaccariae amicitiam coluit. Academiae Italicae saltem 19 ex consortione Zaccariae pleniorem splendorem eisdem accessurum sperantes, illum sibi Socium adoptarunt, et ab Arcadia Romana nomen ille sumpsit *Claristi Sycionii*. In magna quoque fuit existimatione apud Summos Rom. Pontifices. Benedictus XIV. crebro cum Zaccaria colloquia erudita miscebat. Clemens XIII. summa benevolentia Zaccariam complectebatur; eumque censu 180 aureorum (Scutum) annuo ditavit. Clemens XIV. vel in tanta rerum inclinatione, Zaccariam amabat, et censum ab Antecessore donatum continuavit, eumque prohibuit in arcem S. Angeli trudi. Sed maxime omnium immortalis Pius VI. totus ut ita dicam fuit in ornando, et amando Zaccaria. Censui annuo iam dicto addidit ex thesauro Pontificio 120 aureos, totidemque ex privata sua crumena. Praeterea Zaccariam renuntiavit Directorem Accademiae ab eodem Pontifice instauratae, nobili juventuti Ecclesiasticae Ecclesiasticam historiam edocendae. Deinceps Zaccariam designatum Publicum Professorem Historiae Ecclesiasticae in Archigymnasio Romano *Sapientiae* illico muneris vacatione donavit retentis iisdem emolumentis. Tanta denique fuit Optimi Pontificis in Zaccariam benignitas, ut aditum ad sua Palatia singulis hebdomadibus eidem praeberet familiarissimos sermones cum eo collaturus. Summo Zaccaria excelluit ardore Religionis Christianae et Pontificiae auctoritatis defendendae. Filiali fuit in Deiparam pietate, quam quotidie longis salutationibus invisebat, in Romano templo D. Apollinaris. Nonnullos novi Zaccariam incusare summae in suos Adversarios acerbitatis. Hoc unum tantum dicam; Zaccariam, si illos dente canino momordit, eum illi leonino degluberunt. Illi funiculis sericis vapularunt, eo flagris plusquam ferreis vapulante. Mendacii certe non me arguet Cl. Joannes Lami. Obiit Zaccaria Romae 10 Oct. 1795. Vixit ergo annos 81, menses 6 dies 13: non vero ann. 82, ut habent duae inscriptiones sepulcrales, una ad D. Apollinarem, ubi se humatum voluit, quam exscripsi in *Gloria Posthuma*: altera facta a Stephano Morcellio quam affert Cl. Faustinus Arevalo in 1. D. Isidori operum tomo, par. prima cap. 43; qui cum

Aloysio Cuccagnio, luculenti Zaccariae elogii nobili Scriptore, emendat inscriptionum errorem in annis exprimendis, cui Morcellius addit etiam errorem dierum 14 pro 13. Opera = *R. P. Joannis Stephani Menochii ... e Soc. Jes. commentarii totius Sacrae Scripturae ... editio novissima duobus tomis comprehensa; quorum alteri accessit supplementum a doctissimo ejusdem Societatis Theologo* (Zaccaria) *concinnatum etc.* Tomus primus Venetiis 1743 apud Joan. Bap. Recurti; quo tomo una tantum sed oppido erudita praefatio est Zaccariae labor. Tomus secundus ibid. omnino; cujus Supplementum continet variorum Auctorum Dissertationes (nullam vero Zachariae) ad clariorem Scripturae intelligentiam pertinentes. Utiliore prorsus consilio Typographus usus fuisset, si cum Menochii commentariis textum quoque Sacrorum bibliorum una edidisset, quin opus fuisset duobus eodem tempore voluminibus Lectores impediri. = *Cremonensium Episcoporum series a ... Ughellio primum contexta, deinde a Nicolao Coleto, aliquantulum aucta, tandem a Zaccaria vestituta, emendata etc.* Mediolani 1749 in 4 apud Josephum Bonacina: quam dicat Auctor Alexandro Litta, Episcopo Cremonensi. = *Storia letteraria d'Italia*: editio secunda [illegible] Venetiis [illegible] ... Mediolani 1750, in 4 typis Petri Francisci Malatesta. Dicat Auctor opus Vitaliano Borromeo Vicelegato Bononiensi, deinceps Cardinali. = *Bibliotheca Pistoriensis descripta etc.* Augustae Taurinorum ex typog. Regia 1752 in fol. quam dicat doctissimo Cardinali Quirino magno Benedictini Ordinis ornamento. Meminit ibi Josephi Francisci Sozzifanti S. J. qui sumpto nomine Crescentis Romuli Tebertelli vulgavit Pistorii *Breve ristretto della vita ... di S. Liborio* = *De 4 Illiberitanis vetustis lapidibus diatriba epistolaris etc.* extat in symbolis Gorianis: tomo X. Romae ex typog. Palladis 1754 = *Excursus litterarius per Italiam ab an. 1742 ad an. 1752.* Volumen primum. Venetiis typis Remondini 1754; quod dicat Auctor Archiepiscopo Genuensi. Pag. 283 affert quasdam Petri Perpiniani S. J. epistolas numquam editas. = *Delle masnade, e d'altri servi secondo l'uso de' Longobardi ragionamento di Mons. Giusto Fontanini ... colle annotazioni del P. Fran. Anton. Zaccaria*: Extat in *Symbolis* litterariis Gorii, tomo 9 edito Romae 1754 ex typog. Palladis = *Anecdotorum medii aevi ... collectio.* Augustae Taurinorum ex typog. Regia 1755 in fol. = *Theologia moralis R. P. Thomae Tamburini ... accedunt R. P. Franc. Ant. Zachariae S. J. ... uberrima prolegomena, in quibus Tamburini elogium exhibetur, et ejus doctrina a ... criminationibus vindicatur etc.* tomi III. in fol. Venetiis 1755 apud Nicolaum Pezzana. Elogium Tamburini sumptum est ex Bibliotheca Sicula eruditissimi Antonini Mongitore. Vindicationes etiam non Zaccariam, sed habent Auctorem ipsum Tamburinum sumpto nomine Lucii Sanmarco cum aliquot [illegible] ... *a R. P. Francisco Antonio Zacharia S. J. etc.* tom. II. in fol. Ravennae, sed prostant Venetiis apud Nicolam Pezzana 1756. Sunt Zaccariae liber prodromus *de locis moralis Theologiae*; sunt etiam multae annotationes, quibus opus illustrat. Capite 6 *libri prodromi* ait in Collegio Braydensi asservari m ss. opus nostri Alberti de Albertis de opinione probabili in 8 tomos distributum. Quod Albertinum opus illam esse reor *lucubrationem theologicam, scholasticam, moralem, et cano-*

nicam, de qua Sotuellius, verbo *Albertus de Albertis* = *Ad Hieronymum Lagomarsinum de m ss. Codicibus, qui in Bibliotheca Pistoriensi, ut ajunt, Sapientiae, adservantur Epistola*: extat in opere inscripto *Raccolta d'opuscoli scientifici, e filologici* Collectore eruditiss. Calogera tomo XXX. = *Ad Illustris. Marchionem Scarampium Epistola*, in qua Marchionem docet, se duo opera suscipienda meditari, Ecclesiae scilicet, et Urbis Pistoriensis Codicem diplomaticum unum, alterum Bibliothecam martyrologicam: ibid. tomo XXX. = *In Titi Flavii Clementis Viri Consularis, et Martyris ab Eduardo de Vitry ... paralipomena. Accedit ejusdem Auctoris epistola, in qua Vitrius defenditur, et vindicatur*: ibid. sed tomo XXXIII. = *Epistola de conjectura Petri Polidorii in postremum versum Epitaphii S. Flavii Clementis*: ibid. tom. XXXIV. = *Lettera indirizzata al Card. ... Querini etc.* agit de rebus Pisaurensibus: ibid. tom. XXXV. = *Ordo ad Catecumenum faciendum ex veteri Codice Bibliothecae Magliabecchianae nunc primum erutus, et adnotationibus ... inlustratus*: ibid. tom. XXXVI. = *Ad .... Hannibalem de Abbatibus ... de Benedicti Jovii Comensis Collectanea Inscriptionum Epistola*: ibid. tom. XL. = *Ad ... Joannem Bap. Passerium ... Epistola in qua antiqua Urbis Mediolani monumenta ... emendantur*: ibid. tom. XL. = *Lettera ... al Signor Lorenzo Covi ... sopra gli studii, che da lui desidera intrapresi*: ibid. tom. XLI. = *Ad Cl. V. Antonium Franc. Gorium ... Epistola in qua Alciati antiquarius Codex describitur pluresq. Gruteriani ac Muratoriani Thesauri inscriptiones emendantur*: ibid. tom. XLI. = *Lettera al Chiaris. Sig. Abate Antonio Rivautella Torino. Sopra alcuni m. ss. delle librerie di S. Fedele, e di Brera in Milano*: ibid. tom. XLIV. = *Ad Eccellentis. Comitem, Praesulemq. amplissimum Vitalianum de Borromaeis ... De antiquitatibus quibusdam Aronae, atq. Angleriae inspectis Epistola*: ibid. tom. XLV. = *Lettera ... al Rev. et doctis. P. Abate Giovangrisostomo Trombelli ... di alcune giunte, e correzioni le quali potrebbono farsi al libro del P. Orlandi sull'origine, e progressi della stampa*: ibid. tom. XLV. = *Dissertazione dell'amore che agli antichi monumenti dovrebbesi avere etc.* ibid. tom. XLVI. = *Lettera ... a Monsig. Frederigo Alamanni Vescovo di Pistoja sopra una latina inscrizione trovata di fresco nella Montagna Pistojese*: ibid. tom. XLVII. = *La Divina Commedia di Dante Alighieri con una breve, e sufficiente dichiarazione del senso letterale diversa in più luoghi da quella degli antichi Commentatori*. Veronae apud Josephum Berno. 1749 in 8. Cl. Cuccagnius pag. 39 videtur asserere Zaccariam sumpto nomine Pompeii Venturi (de quo suo loco) hanc explicationem a se confectam edidisse. Quae de Pompejo novi longe abhorrent ab hac assertione. Ipse Zaccaria tom. II historiae litterariae Italiae Pompejo Anconae an. 1752 e vivis erecto tribuit hanc explicationem editam Veronae 1749; Lectoresque docet praecessisse editionem Lucensem an. 1732 curante Joanne Bap. Placidi, quae parum Zaccariae arrisit, quippe a Placidio Pompejana explicatio decurtata, atque immutata fuit. Franciscus quoque Carrara in Dictionario Virorum illustrium eandem explicationem Pompejo tribuit. Praeterea nulla Dantis editio (et vidi plurimas) explicationem Zaccariae tribuit, sed Pompejo; sic Florentina VI tomis an. 1771 apud Aloysium Bastianelli, in cujus I°. tomo extat index editionum Dantis tam veterum, quam recentiorum, et ad annum 1760 dicitur *Dante Alighieri la Divina Comedia ed altre opere con annotazioni del Volpi, e P. Venturi*: tom. V in 4. *con molti rami. Edizione bellissima. Venezia presso Antonio Zatta*: additur quoque eodem anno, loco, et apud eundem Zattam editam fuisse sine iconibus. Denique eadem Dantis cum explicatione editio Lucensis an. 1732 per Sebastia-

num Dominicum Cappuri evidenter demonstrat Zaccariam non esse auctorem; quippe Placidius, qui illam dicat Clementi XII., dicit illius Auctorem suum esse concivem, hoc est Senensem. Venetiae Zaccariae patria Venetos, Senae Senenses concives faciunt. Omnino denique exploratum maneat Zaccariam in editione Veronensi an. 1749 commentarios Venturi a Placidio mutilatos integre restituisse, illosque dicasse Scipioni Maffei, et insuper adjunxisse dissertationem Marchionis Josephi Scarampi (cui Zaccaria opportunam rerum sylvam ministraverat) contra Harduinum negantem Alighierum Divinae Comoediae fuisse Auctorem (Vide historiae litterariae Italiae tomum II. lib. 2. cap. 8. §. 14) Paucula etiam minoris momenti Zaccaria praestitit = *Lettere al Sig. Antonio Lampridio intorno al suo libro nuovamente publicato* de superstitione vitanda etc. Panhormi 1741: ex recenti typographia Francisci Valenza per Antoninum Cortese in 4. Sunt tres numero litterae, quibus Zaccaria tacito nomine oppugnat Ludovicum Antonium Muratori latentem nomine *Antonii Lampridio* votum de defendenda immaculata Deiparae conceptione damnantem. Eaedem 3 litterae eadem inscriptione anno 1742 editae fuerunt Panhormi (revera Lucae). Haec editio Lucensis aucta fuit alia epistola ejusdem argumenti inscripta *Lettera all'Emo, e Rmo Sig. Cardinale N. N.* quam suspicor obstyli nequaquam aculeati diversitatem Zaccariae non esse = *Lettere di Atromo Traseomaco Calabrese all'autore del Testamento politico sul libro* de Erduditione Apostolorum *di un tal Giovanni Lami Dottore di Santa Croce in Toscana*. Venetiis 1741 apud Dominicum Tabacco in 8. Litterae sunt numero 6, quibus acriter oppugnatur Lamius. Post litteram 6 a pag. 100 ad usque 136 *Incipiunt addenda, delenda, emendanda in libro Joa. Lam.* de eruditione Apostolarum, ubi parem invenies Zaccariae in vapulando Lamio rigorem = *De Benedicto XIV. Oratio* nostri Contuccii Contucci. Romae 1741 typis Antonii de Rubeis in 4. Annotationes historicae sunt Zaccariae eruditus labor. = *de C. Nonii Caepiniani inscriptione Arimini nuper reperta*: est Epistola ad Romualdum Rotam et extat volumine IV. *Symbolarum* Gorii. Florentiae 1749 = *Lettere di Fran. Antonio Zaccaria ... sopra alcune antichità di Pisa*: ibid. omnino: sunt omnino 4 missae ad Honophrium del Mosca = *Continuazione delle lettere sopra alcune antichità di Pisa etc.* ibid. sed volumine VI. et anno 1751: incipit a 5 et desinit in decimam = *De inventione S. Crucis Dissertatio*: ibid. sed volumine IX. edito 1752 = *Adnotationes* in 26 theses Antonii Mariae Lupi in Constantini Vitam etc. ibid. omnino = *Appendix ... de legibus pro Christiana Religione a Constantino editis etc.* ibidem omnino = *Storia Letteraria d' Italia*: et est II. Editio in 8. Venetiis 1750 typis Poletti: tomis XII. quorum ultimus editus fuit Mutinae 1758. = *Marmora Salonitana* a Francisco Antonio Zaccaria Soc. J. in ordinem digesta, ac brevibus observationibus illustrata. Extat ad calcem tomi II. *Illirici* Sacri Danielis Farlati S. J. Venetiis apud Sebastianum Coleti 1753. Dicat Zaccaria has observationes Scripioni Maffejo paucis, sed honorificentissimis verbis = *Saggio critico della corrente Letteratura straniera*: tom. III. Mutinae sumptib. Remondini 1756 = *Dionysii Petavii ... Opus de theologicis dogmatibus nunc primum VII. voluminibus comprehensum, in meliorem ordinem redactum ... Francisci Antonii Zachariae ... dissertationibus, ac notis illustratum*. Venetiis 1757 fol. ex typog. Remondiniana. Quae in hac editione ad Zaccariam pertinent sunt ista: praefatio qua nos docet se Petavianum opus in meliorem ordinem redegisse, elogium Petavii a Sotuello notis, quae sunt profecto utiles, illustrasse, catalogum operum Petavii ex Nicerone adjecisse, sicuti etiam observationes Patris Ou-

din in tractatus theologicos Cardinalis Augustini Oregii. Docet etiam tractatus theologicos, quos morte praeventus Petavius non scripsit de *Sacramentis*, *Legibus*, *Gratia*, *Fide*, *Spe*, *Charitate ac virtutibus*, *deque peccatis* Gabrieli Cossartio demandatum fuisse ut eadem ratione scriberet, deinde ad Petrum Josephum Cantelium addito Socio Harduino, ad Tellerium, et Antonium Casinum, qui omnes nihil, aut parum confecerunt. Prolegomenis primi tomi a Petavio scriptis adjecit Zaccaria ex Joanne Bap. Faure indiculum Pontificum, Patrum, Conciliorum, et Haereticorum. Parti secundae tomi secundi addidit Zaccaria suam dissertationem *de Commentitio Liberii lapsu*, et appendicem, seu diatribam, qua Petavius scribens de Sirmiensi Synodo emendatur, vindicatur, et illustratur. Tomum III. adornat sua dissertatione, qua confutat systema Praeadamitarum, et controversia nostri Antonii Casini *de statu purae naturae*, iam prius edita Romae an. 1724. Tomum V. auxit dissertatione gallica ab eo, uti suspicor latine conversa, nostri Tournemine de Jacobeo Vaticinio iamprius edita anno 1705. Tomum denique VI. instruxit sua dissertatione, qua sententia Florentinii, Combefisii etc. de tribus Jacobis confirmatur: Tomum VII. nusquam vidi: unde suspicio mihi incidit partem extremam tomi VI. titulo tomi VII. appellandam, oblivione, ac negligentia ejusmodi titulo neutiquam fuisse nominatam. Nunquam non mirari desinam Zaccariam minime in sua praefatione castigasse summam Patris Oudin licentiam, qui in vita Petavii, quam Niceronus affert, ait Petavium a Philippo IV. Hispaniarum Rege vocatum ad Academiam Matritensem Jesuiticam ab eo regia munificentia erectam, invitationem fuisse aspernatum; et hujus recusationis causam repetit Oudinus non bene edoetus a Theologorum Hispanorum imperitia, apud quos desideratur verae Theologiae librorum copia. Quam inconsulto haec effutierit Oudinus optime novit Zaccaria bibliographiae Jesuiticae peritissimus; sed sibi satis esse duxit Hispanos aliquomodo provocare ad retundendam Oudini licentiam. Paucis id ego verbis conficiam. Desiderabantur ne in Hispania SS. Patrum opera, et Divi Thomae, et eorum discipulorum Soto, Cano, Victoriae etc. scripta? Incognita erant Hispanis nomina praeclara Jesuitarum Bellarmini, Suarezii, Salmeronis, Molinae, Vazquesii, Azorii, Toleti, utriusque Sanchezii, Villalpandi, Ruizii de Montoya (ex quo abundanter profecit Petavius,) et plures alii, qui Petavio praeluxerunt. Eodem, quo Petavius, tempore florebant Hispani Jesuitae Joannes Eusebius Nieremberg, Joannes Pineda, Martinus Roa, Paulus Albinianus de Rajas, Joannes Ludovicus de la Cerda, Joannes Lugo, Joannes Bap. Poza, Ferdinandus Chirinos de Salazar, Didacus de Celada; et plurimi alii omnium Ordinum doctissimi viri. Petavium praeterea Societatis amantissimum excitare debebat tanti Regis in Jesuitas benevolentia, quibus hanc illustrem Academiam commisit: *Quia* (verbis utor tabularum publicarum quas Regis decreto dedit Joannes de Vilela Senatus Indici Praeses) *J. Societas ut omnibus manifestum est, litteras profitetur, et quae juventutis institutioni incumbit, pietatis simul, et litterarum doctrinam conjungens; et ob singularem benevolentiam, et venerationem, qua Societatem Jesu Rex prosequitur ob plurima obsequia eidem Regi a Societate J. praestita omnibus Regnorum Provinciis ... imitatus exemplum fere omnium Principum Catholicorum, qui eidem Societati hoc munus educandae Juventutis litteris, et bonis moribus commendavere etc.* Gymnasia, sive Scholae hujus Academiae erant numero 23 suo unaquaeque Magistro, ac duobus in cunctas Praefectis. Pro grammatica, tum latina, tum graeca, et Rhetorica scholae sex constitutae. 7 Schola eruditionis, in qua

tradebatur Ars Critica pro interpretandis, corrigendis, ac supplendis celebrioribus auctoribus cujuseumque generis. 8 Schola graeca pro interpretandis Oratoribus, ac Poetis Graecis. 9 Schola Hebraica. 10 Syriaca, et Caldaica. 11 Historiae, ac Chronologiae. 12 Logicae. 13 Philosophiae Moralis. 14 Metaphisices, et Animasticae. 15, et 16 Mathematicae. 17 Ethicae Aristotelis. 18 Politicorum, atque Oeconomicorum ejusdem. 19 Rei militaris cum interpretatione Polybii, ac Vegetri. 20 Historiae animalium, plantarum, lapidum, metallorum etc. 21 Sectarum, et opinionum antiquorum Philosophorum. 22 Theologiae Morum. 23 Explanationis Bibliorum Sacrorum. = *Jus Canonicum ... auctore R. P. Vita Pichler e S. J. ... accedunt praeter II. tomum ... adnotationes atq. vindiciae cura, et studio R. P. Francisci Antonii Zachariae etc.* Pisauri 1758, sed prostant Venetiis apud Nicolaum Pezzana in fol. Initio primi tomi exigua est Zaccariae praefatio, et appendicula quaedam ex Joannis Doujat Praenotionibus Canonicis, a Zaccaria desumpta. Sub finem tomi II. sunt vindiciae illae auctore Francisco Xaverio Zech e S.J. quas aliquot annotatiunculis et brevi additione Zacharias ornavit. = *Uffizio della settimana santa etc.* Venetiis apud Remondinium 1758. Typographus (ut scribit Budardius) lucro inhians quibusdam exemplaribus nullum Auctoris nomen adscripsit: in quibusdam vero aliis Joannis Michaelis Cavalieri, Augustiniani, disciplinae liturgieae peritissimi posthumum esse opus coufinxit. Hoc ipsum Officium ab eodem Remondinio fuit au. 1763 recusum cum italica psalmorum interpretatione cujusdam Anonymi ex Minorum, quos Observantes vocant, familia. Tomo I. pag. 134. *Bibliothecae Ritualis* laudat Zaccaria Alexandri Mazzinelli officium Septimanae Sanctae *cum italicis, iisque eruditis animadversionibus. Ex his fermae licet contractis confectum fuit* Officium meum. *Ego* (addit.) *illud properanter concinnavi.* = *Theologia moralis ... Alphonsi de Ligorio ... accedit etiam Francisci Antonii Zachariae S. J. Dissertatio prolegomena de casuisticae theologiae, ariginibus, locis, atq. praestantia*: tom. II. iu fol. Bononiae 1760 typis Remondinianis. Zaccaria epistola, quae dissertationem prolegomenam praecedit, ad Ven. Ligorium haec ait: *Miratus equidem sum: Vir Clarissime de rebus tuis tam humiliter demisseque sentire te, ut Theologiam tuam ipsi Rom. Pontificum doctissimo Benedicto XIV. maxime probatam, e Remondiniano typographio tertium prodire nolueris, quin extaret in operis fronte dissertatio quaepiam a me elucubrata* = *Lettere dell'Abate N. N. Milanese ad un Prelato Romano Apologetiche della C. di G. etc.* Fossombruni 1760 per Joan. Bottagrifi, et Socios in 8: tom. III. in quibus Zaccarias oppugnat Cl. Tosettium. = *Conversazioni di S. Pier d'Arena ossia Ragionamenti sur l'Ortodossia de Gesuiti etc.* Ibid. omnino. Refutatur tractatus inscriptus *Orthodoxia Jesuitarum* editus ad calcem operis titulo *Neomenia Tuba Maxima* = *Lettera al Portoghese autore delle riflessioni sopra il Memoriale presentato dai PP. Gesuiti alla Santità di Papa Clemente XIII. etc.* Ibid. omnino. Oppugnatur iterum Cl. Tosettius = *Discorso delle persecuzioni della C. di G. etc.* Ibid. omnino. Zaccaria sumpto nomine *Liberii Candidi* hunc discursum Danielis Bartoli in vita D. Ignatii praefatione, et aliquot notulis instruxit. = *Iter litterarium per Italiam ab anno* 1753 *ad an.* 1757 *etc.* Venetiis 1762 in 4 typ. Sebastiani Coleti: quod opus dicat Auctor Alexandro Borgiae doctissimo Archiepiscopo Firmano. Inter codiees m ss. a se lectos enumerat nonnullos Salmeronis, Pererii, Possevini, Vianae, et aliorum e S. J. = *Annali letterarii d'Italia*: tom. III. Mutinae sumptibus Antonii Zatta. I. et II. 1762: sed III. an. 1764. = *Introduzione alla Volgare Poesia etc.* Venetiis 1762 per Joan. Bapt.

Indriih. Hoc opus Joannis Bapt. Bisso Zaccarias tacito suo nomine edidit addita prefatione ex suo, et sermone de Poetis Italis sumpto ex Eruditissimo Marchione Scipione Maffei. Suffecit quoque nonnulla carmina Poetarum Italorum in locum illorum, quae Bisso non satis commode usurpaverat = *Thesaurus theologicus, in quo Natalis Alexandri, Dionysii Petavii ... aliorumque Cl. virorum dissertationes Theologico-Historico-Criticae exhibentur etc. Socius* (Zacharias) *Academiarum Ecclesiasticarum Lucensis, et Auximanae opuscula collegit, in ordinem digessit, atque adnotationibus subinde illustravit*. Tomi XII. in 4. Venetiis 1762 typis Nicolai Pezzana. Optimo consilio in unum corpus Theologicum redegit Zacharias egregias virorum eruditorum lucubrationes, quarum major pars ex doctissimo Natali Alexandro O. P. est desumpta. Quid in hoc vero Thesauro Zacharias praestiterit, paucis habeto. Primo tomos omnes eruditis praefatiunculis ornavit. Praeterea tomo I. extant duae ejusdem dissertationes: altera *de Veterum Christianarum inscriptionum in rebus theologicis usu*: altera *de usu librorum liturgicorum in rebus theologicis*. Tomo II., annotationes extant quibus defendit Natalem Alexandrum ab animadversionibus Cl. Constantini Roncagliae: item confutatio systematis Praeadamitarum, et dissertatio *de commentitio Liberii lapsu*. Tomo V. ejusdem Diatriba *de adjutorii sine quo, et adjutorii quo vera, germanaque notione*. Tomo IX. ejusdem notae in dissertationem Natalis Alexandri *de libris Sybillinis*. Tomo denique XI. ejusdem diatriba *de poenitentia Constantinopoli sublata a Nectario* = *Laudentium Episcoporum Series ... a Fran. Ant. Zaccaria restituta, et emendata ... Accedit duplex dissertatio. Altera de Laudensis Urbis originibus, dignitate ac fatis: altera de Laudensis Episcopatus initiis, ac vicissitudinibus*. Mediolani apud Josephum Galeatium 1763 in 4. = *Auximatium Episcoporum series ... a Francisco Antonio Zacharia Soc. J. plenius restituta, pluribusque nondum editis documentis illustrata*. Venetiis 1764 typ. Dominici Antonii Querceti: in 4. Opus dicat Auctor Pompejo Compagnonio Auximatis, et Cingulanae Ecclesiae Antistiti. = *Nel solenne aprimento della pubblica Ducal Libreria di Modena. Orazione*. Mutinae per haeredes Bartholomaei Soliani 1764 in fol. = *Dell'antichissima Badia di Leno* (in ditione Veneta) *libri tre*. Venetiis 1767 in 4 = *Biblioteca antica, e moderna di Storia letteraria, ossia giornale critico, ed istruttivo de libri che a letteraria Storia appartengono. Semestre primo*: tomus I. pars. 1 Pisauri typis Paschalis Amati 1766: *Semestre secondo*: ibidem omnino: tomus II. *Semestre primo, e secondo*. Ibid. sed 1767. Verba *antica, e moderna* inscriptionis omittuntur in semestri secundo etc. = *Biblia Sacra etc. uberrimis prolegomenis dogmatico etc.* ex typographia Bassanensi 1768 sumptibus Remondini, tomi II. in fol. Quae ad Zachariam pertinent sunt praefatio, et *sectio 2 chronologiam exhibens in libris novi Testamenti Auctore F. Antonio Zaccaria*. Reliqua sunt Joannis Bap. Duhamel, Adriani Daude et Dominici Macri = *Deca di orazioni volgari composte, e recitate in varie Città d'Italia etc.* Cesaenae per Gregorium Biasini 1769 in 8. Ex his decem orationibus nonnullae fuerunt antea seorsus editae: illa nempe de S. Paterniano. Fani 1765 in 4 per Josephum Leonardi: de Divo Anselmo Episcopo Lucensi. Mantuae 1756 in 4 per haeredem Alberti Pazzoni: de Divo Petronio Bononiae per Ferdinandum Pisari in 4: de Divo Benvenuto: Auximi 1767 in 4 per Dominicum Antonium Quercetti; ac denique de institutione Bibliothecae publicae Mutinensis. Mutinae 1764. in 4 per haeredes Bartolomaei Soliani. Superfluenti adeo erat Zaccaria omnigena eruditione ut qualemcumque libellum, vel etiam dictum *i Reali di Francia* va-

leret perquam eruditis parergis nobilitare. Decem istae orationes utilibus notis illustrantur. Laudatur in 1 docta dissertatio Jesuitae Zech *de ambitu* edita Ingolstadii 1752. In 2 Egregia Historia Jesuitae Doucin *de Origenismo*: in ultima exscribitur inscriptio marmorea ab eodem Zaccaria edita ad bibliothecam Mutinensem in laudem Francisci Tertii Atestii. Taceo de aliis Eruditis annotationibus, quia nentiqnam ex re mea sunt = *Institutione antiquario-lapidaria, o sia introduzione allo studio delle antiche latine iscrizioni in tre libri proposta* Romae typ. Joan. Zempel 1770 in 8 tacito Zaccariae nomine. Dicatur opus Pietro Paulo Ginanni, Abbati Benedictino, viro eruditissimo. In prefatione ait Zacharia se misisse ad typographum Venetum Remondini m ss. dissertationem a se elaboratam titulo *Institutio Epigraphica, seu de veteribus Romanorum inscriptionibus didascalica dissertatio*, ut typis ederetur, et se nescire cur Typographus illam sibi retinuerit, quin in lucem proferre voluerit. Libro I. cap. 1 hujus *institutionis antiquario-lapidariae* Zaccaria nos docet Jesuitam Lesleum editorem, et illustratorem Missalis Mosarabici suscepisse elaborandum plenum volumen *De praestantia Inscriptionum*, sed illam tantum absolvisse partem, qua demonstratur inscriptionum utilitas ad militiam Romanam illustrandam, et hanc quoque tractationem, moriente Lesleo, fuisse deperditam = *Antifebronio ... o sia apologia Storico-polemica del primato del Papa etc.* Editio 2 plurimum aucta: tomi IV. in 8 Caesenae typis Gregorii Biasini 1770; quam dicat Auctor Clementi XIII. In tomi IV. fine extat appendix contra quemdam Anonymum. Praecessit editio Pisaurensis anno 1767 = *Instituzione antiquario-numismatica ... in due libri proposta dall' Autore dell' instituzione antiquario-lapidaria*. Romae 1772 typ. Joa. Zempel in 8 = *Antifebronius vindicatus, seu suprema Rom. Pontificis potestas adversus Justinum Febronium, ejusque vindicem Theodorum a Palude iterum adserta, et confirmata*: partibus, sive tomis IV., Caesenae apud Gregorium Blasinium 1772 in 8; sed pars 4 an. 1772: tacito Zaccariae nomine. In I. tomo dissertatione 1 cap. 1 scribit Josephum Kleiner S. J. Professorem Heidelbergensem an. 1764 edidisse contra Febronium opus hoc titulo: *Ad Justini Febronii Jurisconsulti librum singularem de legitima potestate Romani Pontificis ... observationes quaedam summariae*. Kleineri observationes Febronio atram bilem conciverunt. Tomus IV. absolvitur pulcra *quaestione facti*, qua quis Febronius homo sit declaratur = *R. P. Jacobi Tirini S. J. Atuerpiensis in universam Sacram Scripturam commentarius tribus tomis comphensus, atq. indicibus omnino 6 auctus, cui ... accedunt prolegomena uberiora, ac selecta ... notationes praeterea quamplurimae alterius* (Zaccariae) *ex eadem Soc. J. Presbyteri, qui praestantissimum opus correxit et illustravit*. Tom. III. in fol. Venetiis apud Franciscum ex Nicolao Pezzana. 1772. Praeter notationes Zaccarias etiam hos commentarios sua praefatione ornavit; in qua laudat alias suas annotationes in Patrem Saa, et fere pollicetur alias in Marianam. Prolegomena sunt aliorum Auctorum. = *Dizionario Storico portatile ... composto in Francese dal Sig. Abate Ladvocat ... edizione novissima ... divisa in VII. tomi etc.* Bassani 1773 sumptus Remondini. Hoc opus iam prius auctum a Joanne Josepho Origlia, e correctum ab Antonio Maria Lugo Somasco, novis additamentis et correctionibus Zaccaria illustravit. = *Storia polemica del Celibato Sacro etc.* 1774 in 4. Romae typis Joan Zempel. In operis fine extat Catalogus operum Zaccariae. Hanc de Coelibatu Historiam asserit Cl. Cernitori redditam fuisse germanicae a Joanne Dreysiggio, et editam Bambergae 1781 = *Lo stato presente, o sia la relazione della Corte di Roma già pubblicata dal Cavalier Lunadoro, ora ritoccata, ac-*

cresciuta, ed illustrata da Francescantonio Zaccaria. Tom. sive partes 2. Romae 1774 in 12 per Joan. Bartolomichi, qui dicat opus Cardinali Dominico Orsini d'Aragona. = *La vera guida per chi viaggia in Italia ... con una breve annotazione etc.* Romae, typis Pauli Giunchi 1775 in 12. Praefatio et Annotationes, quibus exponuntur quae pretiosora, magisque conspectu digna in locis extant, praecipue quoad Architecturam, Sculpturam, Picturam, et vetera monumenta sunt Zaccariae, etsi tacito nomiue. Frauciscus Tiroli, quem puto esse Verediariorum Praefectum, dicat opus Thomae Jenkins. Iterum Romae iisdem typis 1787; sed cum aliqua varietate, tam in praefatione, quam in dedicatione = *Dell'anno Santo ... opera divisa in 4 libri: storico l'uno, l'altro ceremoniale, il 3 morale, l'ultimo polemico etc.* Romae 1775 in 8 per Joa. Bartolomicchi, qui dicat opus Pio VI. Operis initio amplum indicem affert auctorum qui de Jubilaeo scripserunt; et verbo *Querini Angelus Maria* lectores docet Emmanuelem Azevedo S. J. initium dedisse operi suo vulgando inscripto de *praevio apparatu ad Magnum Jubilaeum anno* 1750. *Romae celebratum*: sed quod nescio qua de eausa, imperfectum remansit = *Bibliotheca ritualis ... opus ... duos in tomos tributum. Tomus I. de libris ad sacros utriusque Ecclesiae Orientalis, et Occidentalis ritus pertinentibus*. Romae 1776 typis Octavii Pueeinelli in 4. Venantius Monaldini Celebris Bibliopola Romanus dicat opus Pio VI. P. M. Incipit opus a duabus egregiis dissertationibus, prima *de jure liturgico*; altera *de usu librorum liturgicorum in rebus theologicis*, quae iam editae fuere in Thesauro Theologieo edito Venetiis per Nicolaum Pezzanam. Absolvitur tomus duplici appendiee: 1 exhibet tria antiqua nondum edita capitularia; altera continet V. libros Halitgari Episcopi Cameracensis de vitiis, et virtutibus, et ordine poenitentium, et Rhabani Mauri librum poenitentium; quos suis notis Zaccaria exornat. Tomus II. *De librorum ritualium explanatoribus*: ibid. sed 1778, qui dicatur Joanni Henrico a Frankemberg Archiepiscopo Mechliniensi, et ibi de se ipso dicit Zaccaria ... *Alia habet edenda, ut dissertationes duas Italicas, alteram de veteribus concionibus Ecclesiasticis Lucae habitam, alteram Auximi de salutatione Angelica propediens vulgandas cum aliis alterius argumenti. Tomi secundi pars altera*; ibidem, sed 1781: et dicatur Guillelmo Pallotae Cardinali. Incipit haec tomi II. pars altera a tractatu Joannis Maldonati numquam edito *de Coeremoniis*; quam secuntur binae Zaccariae disertationes: 1 de Antiphonarii, et Sacramentarii Gregoriani Auctore, altera de libro *Diurno* Roman. Pontificum: concluditur cum emendandis, et addendis ad Bibliothecam ritualem. = *R. P. Natalis Alexandri ... Historia Ecclesiastica veteris, novique testamenti ... non solum ... PP. Constantini Roncaglia, et Joannis Dominici Mansi notis, et animadversionibus castigata, et illustrata; sed et Bibliotheca selecta, cum veteris tum novi testamenti, uliquot etiam praestantium virorum dissertationibus ... novis insertis adnotationibus, et dictionario historiae Eccletiasticae ad nostra tempora perducta a doctissimo Anonymo* (Francisco Antonio Zaccaria) *locupletata*. Tom. X. in fol. Venetiis apud Franciscum ex Nicolao Pezzana 1776; sed 1777, tomus quem dico X. sic inscribitur *Ad R. P. Natalis Alexandri Historiam Ecclesiasticam celeberrimi viri* (Zaccariae) *supplementum in quo praemissa bibliotheca selecta historiae Ecclesiasticae Dictionarium ejusdem historiae .... exhibetur*. = *De S. Petri Primatu, Romanaque Ecclesia ab eo condita, atque Episcopi jure administrata adversus miserrimum librum, Londinensibus typis, ut titulus mentitur, excusum. Dissertatio*. Romae 1776 typ. Arcangeli Casaletti in 8. Dicatur opus Joanni Bap. Rezzonico. Non exiguis lau-

dibus approbaverunt opus Petrus Aloysius Galletti Benedictinus, postea Episcopus Cyrenensis et Philippus Angelicus Becchetti Ord. Praedic. deinceps Episcopus Plebanus = *Scritture contrarie del C. Sforza Pallavicini ... e ... Luca Olstenio etc.* Romae 1776 in 8. Palatium Quirinale Sfortia contendebat opportuniorem esse Pontificibus habitationem, Vaticanum Holstenio propugnante. Has sententias nunquam editas nonnullis Zaccaria notis illustravit, et Joanni Bap. Rezzonico Cardinali dicavit. = *Storia polemica delle proibizioni de libri*. Romae 1777 per Generosum Salomoni in 4. Pio VI. P. M. dicatur opus a typographo: pag. 162 affert Epistolam latinam oppido gravem Alphonsi Ciacconii Hispani doctissimi e P.P. Praedicatorum Ordine ad Franciscum Pegnam (Peña hipanice) numquam editam, qua se purgat a Pegnae criminationibus. = *Nuovo Effemerologio universale* 8. Romae typis Salomoni 1780 in 12. Singulis anni diebus mentio fit Divorum, qui illa die celebrantur, et illustria gesta sive politica, sive Sacra narrantur. Nonnulli tribuunt hoc opus Joanni Desiderii, quem typographum novi Romae, eo decepti quod ipse dicat se illud in lucem dare. Sed ex ipsa Desiderii praefatione liquet eum non fuisse Auctorem; quod indicat etiam eruditissimus Benedictinus. P. L. Galletti, Episcopus Cyrenensis in approbatione operis, quod non parum laudat, dicens hoc in opere componendo magnam partem habuisse virum praestantem. (*qualche mano maestra*) Extant initio Dissertatio praeliminaris de Calendario; et in fine altera liturgica de Festis mobilibus. = *De rebus ad historiam atq. antiquitates ecclesiasticas pertinentibus ... dissertationes latinae*: tomi II. Fulginiae 1781 in 4, typis Pompeii Campana, qui dicat opus Carolo Theodoro Comiti Palatino Rheni, Bajoariae Duci. Continentur his duobus tomis XIV. dissertationes, e quibus sex iam antea editae fuerunt; sed nunc cum accessionibus prodeunt; exempli gr. illa de inventione S. Crucis. Tomo II. adjecit Zaccaria tamquam Colophonem Collectionem Canonum confectam a Cardinale Laborante numquam typis editam. Dolendum est Typographum tot errata suscepisse, ut nulla fere pagina sit, quae non aliquot maculetur. = *Voltaire. Raccolta delle particolarità curiose della sua vita, e della sua morte*. Fulginiae 1782 typis Joannis Tommassini in 8: est interpretatio ex opusculo gallico edito Porrentruy 1781 facultate Episcopi Basileensis. = *Disciplina populi Dei in novo testamento collecta ... a Claudio Fleury ... gallice scripta, Herbipoli ab extinctae Societatis J. Sacerdote latine reddita, et a Fran. Anton. Zaccaria ... adnotationibus ac variorum dissertationibus illustrata. Editio secunda ab eodem castigata, multisque additamentis locupletata et nunc primum in tres tomos distributa*. Venetiis 1782 typis Antonii Zatta in 4. Editio omnium prima latina fuit Herbipolensis an. 1746 typis Lochneri ac Mayeri. Veneta prima fuit an. 1761 curante Zaccaria eum aliquot ejusdem adnotationibus. Primum tomum praecedit *Bibliographia selecta auctorum*, qui de disciplina Christiana scripserunt, auctore Zaccaria; pag. 16 hujus bibliographiae ait penes se habere praeclaram de Baptisteriis italicam epistolam, *quam imperfectam moriens reliquit Pater Antonius Maria Lupius, atque ego, ut facilius typis excudi posset, quoad licuit, absolvi: nondum tamen quod per cupieram ... publicam, quam maxime merebatur, lucem obtinuit*, et revera absolvit et extat edita in opere iam iam laudando titulo *Disertazioni lettere etc.* Insequenti pagina (17) laudat Patrem Cajetanum Capycium (Capece Scondito) auctorem diatribae *de vetusto altaris pallio Ecclesiae Graecae Christianorum*. Neapoli 1756 in 4; nescio an. sit ille Jesuita, qui anno 1765 degebat in Collegio Massensi S. J. Provinciae Neapolitanae. Natus fuerat 15 Nov. 1712. Soc. ac 18 Mai 1730, v. 4 nuncup. 2.

Feb. 1743, quem reor obiisse eodem an. 1765, vel potius 1766. Pag. 22, ubi desinit *bibliographia selecta* ait Zaccaria *Bibliographiam sacrarum Antiquitatum multo ampliorem dabimus, quum quae adornamus Antiquitatum Christianarum elementa, perficere, atque in vulgus emittere licuerit*. Pag. 71 tomi II. extat dissertatio *de Collectis Christianorum* auctore D. C. P. A. iam edita in opere inscripto *Raccolta Milanese dell' anno* 1757; quam ait Zaccarias: *Ex Italico latine nunc primum redditam et adnotationibus a P. A. Z. illustratam*: idem ait pag. 172 se egisse in dissertatione gallica de Baptisteriis auctore Chardon Benedictino: pag. 246 ejusdem tomi II. testamentum extat Cardinalis Ludovisii; pag. 289 Zaccaria loquens de libello Fleurii de disciplina populi Hebraici, ait *hunc fortasse edemus latine redditum, notisque, et aliorum dissertationibus ... locupletatum*. Moneo denique adnotationes quibus illustratur eruditissima dissertatio (tom. II. pag. 34) Johannis Thomae Rinaldi Augustiniani *De persecutionibus* esse ejusdem doctissimi Rinaldi foetum. = *Difesa di tre sommi Pontefici di S. Chiesa Benedetto XIII. Benedetto XIV. e Clemente XIII. e del Concilio Romano tenuto nel 1725 Diretta al P. F. Viatore da Coccaglio etc.* Ravennae 1782; tacito typographi nomine. Totum est contra Viatorem in defensionem Bullae *Unigenitus*, cujus auctoritatem Viator elevare nitebatur nominibus Benedicti XIII. XIV., et Clemente XIII. Extat in fine peropportuna appendix latina auctore doctissimo Joanne Chrisostomo a S. Josepho, e Scholis Piis qui Concilio Romano interfuit, et ejusdem Ephemeridas confecit = *Dottrine false, ed erronee sopra le due podestà l'Ecclesiastica, e la secolare tratte da due libri del P. Antonio Pereira*, Fulginiae typ. Joan. Tomassini 1783; in 8 tacito Auctoris nomine. = *Veridica Immagine del Papa ... fedele traduzione dal tedesco*. Fulginiae typ. Joan. Tomassini 1783 tacito interpretis nomine = *Opuscoli due da aggiungersi alla vera immagine del Papa ... alla questione chi è il Papa*. Fulginiae typ. Joa. Tomassini 1783 in 8: primum opusculum est nostri Nogherae. Appendix in fine est Zaccariae. Secundum opusculum titulo *anche una volta chi è il Papa* habet auctorem doctissimum professorem Dietterich lingua germanica, et fuit editum Argentinae 1782; et ibidem etiam lingua gallica: interpretatio italica est nostri Zaccariae cum nonnullis notis sine nomine; et pag. 100 dicitur Abbatem de Marco edidisse pulcram defensionem (*bella difesa*) aliquot Pontificum = *Lo spirito del Canonista autore del libercolo intitolato lo Spirito della Corte di Roma Londra* 1783. Assisii 1783: typ. Octavii Sgariglia in 8; tacito auctore. Reprehenditur Canonistae mala fides, ignorantia, adulatio etc. = *Preparativi per la desiderabile inoculazione del buon senso etc.* Fulginii 1783 per Joan. Tomassini in 8. Partes quas in hoc opere contra Incredulos, et Sophistas habuit Zaccaria sunt praefatio a pag. 7 ad 23: opusculum primum a pag. 25 ad 158 desumptum ex Bibliothecae Historiae litterariae auctore eodem Zaccaria tomo II. parte 2 articulo 38, Pisauri edito: desumptum etiam ex novae ephemeridis Mutinensis tomo III. articulo 5, et tomo V. articulo 8. (Vide Gabardi: et Troili) Reliqua nempe opusculum secundum et tertium a pag. 161 ad 460 sunt aliorum. (Vid. Muzzani) = *Le storte idee raddirizzate etc.* Fulginii 1784 apud Joannem Tomassini; tacito auctoris nomine. Auctoritatem Summi Pontificis confirmat contra Aloysium Stanislaum Litta Auctorem operis inscripti: *Del diritto di stabilire impedimenti dirimenti il Matrimonio, e di dispensarne*. Ticini 1782: quem alioquin laudat a generis nobilitate, ingenii acumine, eruditionis copia, et a non effraenata in scribendo licentia = *Prediche polemiche sopra S. Pietro, e i Papi suoi Successori e'l divin loro Primato. etc.* Fulginiae per Joan. Tomassini in

4. Has egregias orationes Francisci Antonii Denneville a nescio quo ex germanico italice redditas Zaccaria notis, et longa eruditaque isagoge illustravit, in qua acriter confutat Eybelium auctorem operis: *Cosa è un Vescovo?* et anonymum, auctorem operis: *Il Papa: o siano ricerche sul primato di quel Sacerdote* = *Adm. R. P. Lucii Ferrari... Bibliotheca Canonica juridica, moralis... in IX. tomos distributa ... Accedunt locupletissima trium praestantissimorum virorum additamenta, et correctiones*. Tomis IX: tomus primus Romae ex typographeo Michaelis Angeli Barbiellini 1784: tomus IX. ibidem, sed typis Joan. Zempel, et anno 1790 in 4. Dicatur opus Pio VII. P. M. Articuli bibliothecae Ferrariensis, quos sibi addendos, et illustrandos Zaccaria sumpsit, sunt omnino 128, praeter 46 alios, nullomodo a Patre Ferrari tractatos. Haec novi ex ipsius Zaccariae litteris manu sua scriptis Romae 31. Octobr. 1782 ad *doctissimum* (ita jure appellatur a Zaccaria) Patrem Soldati ex praeclarissimo PP. Praedicatorum Ordine. Eruditissimo undequaque Viro, atque in Litterarum studiosos humanissimo Patri Josepho Airenti Bibliothecae Casanatensi in Urbe Praefecto debeo, istam quod legerim Zaccariae Epistolam. Cum plura sint quae Litterati a Cl. Airenti ex optant praeclarissima scripta, praeter alia iam edita, fortasse nobis etiam dabit locupletissimum Indicem additamentorum horum duorum praestantium Theologorum Soldati, et Zaccariae, a quo me negotio abstineo, ne infinitus videar in Zaccariae scriptis enumerandis. = *Disertazioni, lettere, ed altre operette del chiarissimo Padre Anton Maria Lupi Fiorentino per la maggior parte non più stampate, ora ordinate, a luogo a luogo illustrate con giunte, e annotazioni, e poste in luce da Francescoantonio Zaccaria*. Faventiae 1785 tom. II. in 4: typis Josephi Antonii Archi. Pagina 268 scribens Zaccaria ad Joan. Bapt. Roberti haec ait: *Intereà vide, ne ad haec, theologicaque studia totum ita te conferas, ut temporis nihil supersit od recognorcendas, editionique parandas Jacobi Antonii Bassani epistolas, caeterasque quae sunt apud te, politissimi, atque elegantissimi hujusce Scriptoris lucubrationes*. En nostri Bassani scripta plura, quae suspicor adhuc m ss. remanere. = *Nuova giustificazione del Celibato Sacro*. Fulginiae typis Joan. Tomasini 1785 in 4; typographus dicat opus Guilielmo Pallota Praelato Romano, deinceps Cardinali. In introductione operis dicit Zaccaria suam polemicam historiam de Caelibatu Sac. conversam fuisse germanice a Pio John olim Professore Dilingano, et editam Dilingae 1782 et ab eodem John Pio VI. consecratam. = *Trattato della lettura Christiana ... Opera del Padre Don Niccolò Jamin Benedettino ... trasportata in italiano da Don Carlo Budardi ... e di annotazione arricchita dall' Abbate Francesco Antonio Zaccaria*. Fulginiae 1785 in 8 typis Joan. Tomassini, quam dicat ipse Praelato Romano Francisco Cesarii Sacrae Rotae Auditori: pag. 68 nos docet Zaccarias Jesuitam Beuincasa Episcopum deinde Carpensem edidisse Pisauri an. 1771 sermone Italico methodum Lokii ex cerpendi ex Scriptorum libris; titulo *Nuovo metodo per trascrivere ordinatamente in un libro bianco etc*. Pag. 102 laudat tria Roberti poematia v. I. *le fragole*, unum; *le Perle* alterum tertium *le mode*; et duo cantica *la Villa Borghese* Abatis Coleti vita functi; duo cantica *il Caffè* Abbatis Barotti; et poemation *il Baco da Seta* auctore Betti qui quatuor viri e Societate fuerunt. Pag. 205 laudat opus Jesuitae Goldhagen editum Moguntiae 1765 titulo *Introductio in Sacram Scripturam*, tribus tomulis. Pag. 221 laudat plura opera m ss. nostri Fanre, quae Pius VII. accepit a Dño Mercanti Praelato Romano = *Lasciamo star le cose, come stanno, o sia dissertazione sulla mutabilità poco intesa da più della disciplina Ecclesiastica* tacito auctoris nomine Faventiae 1787

in 8 apud Josephum Antonium Archi. Pag. 98 ait Auctor minime illaqueari se velle ea disputatione, an Pontifex possit circa disciplinam leges ferre, quae obligent universam Ecclesiam; et addit de quo disseremus alio tractatu. (*Disputaremolo in altro trattato*) = *Onomasticom rituale selectum etc.* tom. II. in 4 Faventiae 1787; typis Josephi Antonii Archii, qui dicat opus Dominico e Marchionibus Mancinfortiis Faventinorum Episcopo. In prologo Lectorem prudentissime monet auctor se locos integros decerpsisse, ex auctoribus. *Id autem*, pergit, *in antecessum moneo, ne plagii me accuset, illorum quos exscribo nomina me raro indicare; quod ea de causa factum a me est, ne librorum designationibus chartas onerarem. Eorum tamen, ex quorum laboribus potissimum profeci, indiculum huic proemio subjectum invenies*. Et revera absoluta praefatione incipit *Indiculus recentium Scriptorum; quorum sententiae ipsorum plerumque verbis in hoc Onomastico recitantur*. Scriptores isti sunt numeros 44 ex his sunt Franciscus de Berlendis Cler. Reg. Cardinalis Bona Cisterciensis: Liberatus Fassoni ex Scolis Piis, Petrus Aloysius Galletti, et Martinus Gerbert, Joannes Mabillon, Edmundus Martene Benedictini, Cajetanus Maria Merati Barnabita, Joannes Fran. Bernardus M. de Rubeis Dominicanus, Joannes Siandas Cisterciensis, Joan. Chrys. Trombelli ex Canonicis Congregationis Rhenanae; viri omnes eruditissimi. Sub exitum tomi secundi extat ejusdem Zaccariae *Ratio instituendi studii ritualis*, ex cujus capite 6, pag. 238 hacc duo novimus Fabium Danzettam S. J. Auctorem esse exercitationis secundae partis secundae (quae extat in exercitationibus liturgicis Azcvedi) de hymno *Te Deum*. Novimus etiam Josephum Heyrenbraeh (judico esse errorem pro *Heyrenbach*) anno 1773 Vindobonae edidisse dissertationem de Salutatione Angelica ejusque *in S. Ecclesia usu*. In Catalogis mss. Provinciae Austriae dicitur Josephum Heyrembach, sive Heirenbach esse natione Bavarum, natum 17 Maj 1742, Soc. ac in Provincia Austriac 18. Octob. 1756; et anno 1773, (ex catalogo typis edito) degere in domo Probationis Viennensi et historiographum, et historicum domesticum esse. Capite septimo pag. 243 dicit egregium esse volumen *della nullità delle assoluzioni ne' casi riservati* scriptum a Patre Christianopulo Ord. Praed. contra quemdam Canonicum Mediolanensem = *Rendete a Cesare ciò ch'è di Cesare: ma sì a Dio quel ch'è di Dio: o sia dissertazione seconda* (prima intelligitur quae praecessit; nempe *lasciamo stare le cose etc.*) *sulla podestà regolatrice della disciplina*: tacito Auctoris nomine Faventiae 1788 in 8 apud Josephum Antonium Archi, qui eam dicat Cardinali Gregorio Barnabae Chiaramonti, Episcopo Imolensi, nunc immortali Pontifici M. = *Comandi chi può, ubbidisca chi dee o sia dissertazione terza della forza obbligatoria della Ecclesiastica disciplina*: tacito Auctoris nomine: ibid. omnino, et dicatur Antonio Gabrieli Severolo Episcopo Fanensi = *De Episcoporum in dispensationibus super Matrimonii impedimentis potestate Dissertatio etc.* Faventiae 1789 formis archianis. Oppugnat Anianum Eliphinm auctorem libelli *Concordia juris Canonici cum Edictis Caesareo-Regiis*. Extat in fine Appendix continens Encyclicam Bartholomaei Pacca, et Epistolam Pii VI. ad Archiepiscopum Coloniensem cum nonnullis Zaccariae ad notationibus etc. = *Le dottrine del preteso secolo illuminato 18 intorno la Gerarchia e la disciplina Ecclesiastica... con un appendice contro un libro col titolo* Confronto de i nuovi con gli antichi regolamenti rapporto alla polizia della Chiesa nello Stato. Faventiae 1790 apud Josephum Anton. Archi in 8 = *Theotimi Eupistini de doctis Catholicis viris, qui Cl. Justino Febronio in scriptis suis retractandis ab anno 1580 laudabili exemplo praeiverunt Liber singularis*. Romae

ex typographio Salomoniano 1791 in 4. Zaccaria nomine *Theotimi Eupistini* latere voluit. Incipit liber a longa praefatione, qua Cardinalem Alexandrum Albanum alloquitur, de revocationibus nonnullis antiquorum. Hujus praefationis pag. 27 laudat Patrem Riviere qui egregio opere inscripto: *Le Nestorianisme renaissant* confutat Nicolaum Fontaine gallice homilias D. Chrisostomi interpretantem. Extat in fine sat longa *Appendix de M. Antonii de Dominis... palinodia*, *quae integra iterum exhibetur* = *Raccolta di dissertazioni di Storia Ecclesiastica, o scritte, o tradotte dal Francese*; tom. XXII. Romae 1792 ad 1797 in 8. Primi 6 tomi typis Natalis Barbiellini: reliqui typis Salomonis. Primi tomi dissertationes tertia *de annalibus Baronis*, quarta *de eligendis opinionibus super historia Ecclesiastica*, quinta *de duplici Christi genealogia secundum Mattheum*, *et Lucam*, *et* sexta *an Zacharias Baptistae genitor fuerit Summus Sacerdos*, ad nostrum pertinent. Item tomi II. dissertatio quarta *de temporis spatio quo puer Jesus diversatus est in Ægypto*; et quoddam praemonitum ad dissertationem quintam Tournemininam, *an Christus agnum Paschalem manducaverit extremo suae vitae anno*: tomi III. dissertationes nona *de loco, quo Deipara obiit* et decima *de Cepha a D. Paolo reprehenso*: tomi VI. dissertationes secunda *de controversia Pascali Victoris Papae cum Asianis*, octava *de notariis Ecclesiasticis* et 10ma *de veritate miraculi 12ae legionis Melitenensis*: tom. VII. dissertatio quinta *de controversia inter S. Stephanum Papam, et S. Cyprianum*: tomi VIII. dissertatio octava *de dannatione Paulis Samosatensi*: tomi X. dissertatio septima *de Canone illiberitano prohibente picturas*: tomi XI. dissertatio quinta *de veteribus concionibus Ecclesiasticis*: tomi XIII. dissertatio quinta *de Episcopatu externo Constantini M*: tomi XVI. dissertatio prima *de appellatione ad Papam*: tomi XVII. dissertatio quarta *de 1° canone Concilii Altisiodorensis larvas prohibente*: tomi XIX. dissertationes secunda *de Festis in honorem Deiparae*, quinta *de origine*, *et praestantia disciplinae Ecclesiasticae*, et sexta qua confutatur libellus editus Neapoli 1789 inscriptus *Discorso di un anonimo sulla monarchia universale dei Papi*: tomi XX. dissertatio prima *de mutabilitate disciplinae Ecclesiasticae*: tomi XXI. dissertationes prima *de Romani Pontificis auctoritate ex primis octo saeculis* monumentis comprobata, et sexta *de potestate dirigente disciplinam Ecclesiae*: tomi XXII. est Zaccariae continuatio dissertationis VI. tomi praecedentis, et dissertatio epistolaris ad Lagomarsinum de duobus Christiani Guiliemi Francisci Walchii libris = *Trattato istorico di Venceslao Bachusio Prete Romano e Canonico di Bruces* (error pro *Bruges*) *sopra Zegero Bernardo Van-Espeno etc.* (Zegeri parum bonae artes describuntur) Assisii 1793 in 8 tacito Typographi nomine, qui sine dubio fuit Octavius Sgariglia. Est editio 2 aliquantulum aucta. Haec interpretatio Italica ex latino nescio cui fuit commissa a Zaccaria, cujus est praefatio oppido erudita ad Romanos Catholicos: ejusdem etiam sunt exiguae notulae. Prima editio fuit etiam Assisii per Octav. Sgariglia an. 1787 = *Istoria del Concilio di Trento scritta dal P. Sforza Pallavicino della Comp. di Gesù ... opera illustrata con annotazioni da Francesco Antonio Zaccaria*, tom. XIV. in 8. Venetiis 1802, et 1803 typis Jacobi Zanardi. In I. tomo extat vita Sfortiae auctore eruditissimo Ireneo Affo ex Minorum Ordine cum aliquot Zaccariae annotationibus. Zaccaria Auctor est longae, et eruditae *Dissertationis* (italico sermone) *praeliminaris de historiis Concilii Tridentini*, *et earum Auctoribus*. Tomo ultimo continetur tantum interpretatio italica operis Michaelis Giustiniani inscripti *Sacrosanctum Concilium Tridentinum*, *ejusque Patres*, *adjutores*, *et interpretes*: et recensio nominum, cum brevi narratione gestorum illorum,

qui in Concilio interfuerunt. Absolvitur tomus indice generali totius operis. Praecessit edito Faventina typographo Josepho Antonio Archi V. tomis in 4 an. 1792. Ad haec diligenter a me lecta ac penitus fere dicam introspecta adjungam reliqua quae laudantur opera a Cl. viris Aloysio Cuccagni in Elogio historico, Josepho Cernitori in bibliotheca polemica, et Carolo Budardi in Disciplina populi Dei Fleuriana, quae sunt = *Lettera del Sig. Molines detto Flechier ... colla abjura da lui fatta della Eresia Calviniana*. Lucae 1752 in 4. Budardius ait Zaccariam latinam fecisse gallicam Molinesii epistolam: suspicor ita hanc interpretationem italicam ad alium pertinere = *Episcopus* (auctore Bartholomaeo Gavanto) *institutus sive opera ejusd. theologica canonica nunc ... locupletata* tomi II. in 4; Laudatur etiam in Catal. libr. Remondinii an. 1778; ubi Gavantus male *Joannes* vocatur = *Opera* (Dominici Viva) *omnia theologico-moralia ... illustrata cum vita Auctoris a Petro Salomonio conscripta*: tom. VIII. in 4. Venetiis 1757 apud Remondini; in cujus librorum catalogo ann. 1804 laudatur etiam hoc opus. = *Stimolo a Fedeli per segnalarsi nella divozione ... di S. Pietro e Paolo del P. Francesco M. Galluzzi: terza edizione riveduta corretta etc*. Romae 1776 = *Apparatus omnigenae eruditionis ad Theologiam, et Jus Canonicum etc*. Romae 1795. Laudatur etiam in catal. libri Remondini anno 1804; et in Catal. Bibliothecae Cardinalis Garampii editus Augustae Vindel. 1783 in 8. Videatur *Tyrocinium theologicum* nostri Francolini, quod mutata veste opus idem esse reor ac apparatus Faurei, et Zaccariae. = *Medulla Theologica ex Sacris Scripturis auctore Ludovico Abelly*: tom. II. in 8 Ferrariae (Venetiis) apud Remondini 1757. Ludovicus Abelly doctissimus, ac Societatis J. studiosissimus, non fuit Jesuita, ut videtur indicare Cuccagnius in elogio pag. 84, sed Episcopus Ruthensis = *Antidoto contro i libri prodotti, o da prodursi dal Sig. Avvocato Camillo Blasi intorno la divozione del Sacro Cuore di Gesù etc*. Florentiae apud Joannem Bap. Stecchi 1773 in 8 = *Lettere critiche contro l'Autore* (Napolitano) *di certo Purgatorio politico*. Senis in 8 = *Il discorso senza discorso etc*. Perusiae apud Mariam Riginaldi 1782 in 8: defenditur Coelibatus ad versus Philosophum Germanum. = *Denunzia solenne fatta alla Chiesa ... di un scarsafaccio ... intitolato* Il Dominio spirituale, e temporale del Papa etc. Fulginiae per Pompejum Campana 1783. = *In Fratris Philippi Hedderich dissertationem juris Ecclesiastici Germanici*. Placentiae 1789 in 8 = *Il discorso di un Anonimo della Monarchia universale de Papi ... trattato come si merita etc*. Romae typis Salomonii 1791 in 8 = *Rudimenta historica pro Gymnasiis Soc. J. in Germaniae Superioris Provincia* cum correctionibus, notulis etc. Zaccariae. Utini 1736 = *Menologium Sanctorum, quorum reliquiae in Cremonensi Patrum S. J. Ecclesia adservantur adnotationibus inlustratum* = *Triplex Kalendarium Cremonensis Ecclesiae .... cum animadversionibus*. Mediolani 1749 = *Osservazioni Istorico-Geografiche ... sopra la lite ... della Chiesa ... di Ravenna coi possessori .... del Plebato di Porto maggiore etc*. Romae typis R. C. A. in fol. = *Nuova conferma delle medesime osservazioni*; ibid. 1777. = *Nuova Raccolta di 39 documenti communicati dalla Mensa avversaria*: ibid. in fol. = *Esami due storico-critici di varii documenti ... di dominio fondiale etc*. ibid. 1781 in fol. = *Osservazioni sopra i primi cinque Capitoli dell'esame teologico etc*. Bastiae (Massae Carrariae) 1745 in 4. Defenditur Ghezzius = *Conspectus novae S. Isidori operum editionis, quam parat P. A. Z*. Venetiis ex typog. Remondini 1785 in 4. = *De triumphali Pii VI. P. M. reditu ad aedes Quirinales*. Faventiae ex typog. Archiana 1778 in 4; et Romae quoque eod. anno apud Giunchi = *De Pii VI. P. M. a*

Paludibus Pomptinis reditu Inscriptiones tres gratulatoriae etc. Romae per Salomoni 1780 in fol. = *Congressi letterarii sulla controversia tra li Signori di Camerino e di Macerata*. Anconae 1780 = *Vico-AequentiumEpiscoporum series ... novis curis restituta, et illustrata*. Romae per Salomoni 1778 in 4 = *Difesa della Storia Letteraria, e del suo Autore etc.* Mutinae (Venetiis) apud Remondini 1755 in 8 = *Manuale legendis expeditius rerum Romanarum Scriptoribus perutile ab Anonymo S. J.* (Carolo Andrian) *an.* 1736 *editum, nunc emendatum etc.* Venetiis apud Remondinium 1757 in 12 = *Series Episcoporum Caesenatium ... restituta, atque ad nostrum tempus perducta*. Caesenae apud Gregorium Blasinium 1779. Exscribam etiam in gratiam eorum, quibus satietatem nullam affert insatiabilis legendi cupiditas Zaccariae m ss. a Cl. Cuccagnio laudata; non omnia quidem; cum multa pateat aliorum esse laborem. Zaccariae m ss. sunt = Additamenta ad historiam Episcoporum Cremonensium = Commentarii in Hermanni Hugonis librum de prima scribendi origine juxta editionem ultrajectinam etc. an. 1738 Cl. Trotzii; cum appendice ipsius Zaccariae De Scribis = Magna monumentorum silva pro scribenda Bibliotheca martyrologica et historia Bullae *in coena Domini* = Nova editio Bibliothecae Fabricii pluribus accessionibus = Monumenta pro formanda Haereseologia = Orationes sacrae, et academicae = Accesiones ad opera mss. nostri Danzettae = Narrationes Martyrii SS. Salvatoris, Avventoris, et Octavii = Vita et gesta Deiparae usque ad Desponsationem = Inscriptiones Bibliothecae = Synopsis Vitae Bonifaciis VIII. = Disquisitio critico-apologetica in monumenta edita in positione Causae Palafoxianae = Enumeratio Auctorum qui ediderum Lexicon Haebreo-Chaldaicum = Dissertationes duae de apocrisariis, et nunciis Apostolicis = Series Corneliensium Episcoporum emendata. = Monumenta super Societatis extinctione = Sylva pro conficiendo Dictionario Theologico = Bibliographia = Observationes criticae in historiam Ecclesiasticam Fleurianam = Illustrationes in varios libros rituales = Indices, et monumenta pro historia sacra, et litteraria Italiae = Monumenta pro historia Catechistica = *Specimen* historiae confirmationum Pontificalium in jure Regio, quas investituras vocant, in Sicilia, et Regno Neapolitano = Vera fundamenta constitutionis Ecclesiae Catholicae opposita novitatibus Belgicis = Bibliographia Ecclesiastica, et Antiquaria = De Academiis, et Musaeis = Carmina tum latina, tum italica = Monumenta pro formanda Historia Pontificum = Defensio pro Armenis = Accessiones, et annotationes in Acta Sanctorum Bollandiana = Plurima rerum Sylva pro nova editione operum D. Isidori = Plurima denique Scriptorum congeries ad formandam Bibliothecam S. J. De his duobus postremis m ss. oportet me tantisper disserere = De editione operum D. Isidori, quam Zaccaria summopere expetebat, consulendus est omnino Faustinus Arevalo, praeexcellentis modestiae vir, et religiosissimus veritatis cultor, qui rem omnem certissimis monumentis perspicue, et eleganter exponit (Tom. I. Operum D. Isidori a pag. 377) Non est is homo Arevalus, qui ex tacendis aliorum m ss. lucubrationibus quae suis edendis utiles esse possent, nomen sibi facere contendat. Doctissimi Scriptoris opera, quae superius laudabimus, *Hymnodia*, *Prudentius*, *Juvencus etc.* tantum illi decus pepererunt, ut nequaquam illi sit opus illud ab aliorum scriptis fere subreptis augere. Praeterea Cl. Zaccaria suis doctissimis operibus editis tantum sibi nomen *Scriptoris doctissimi* merito est consecutus, ut Editio Isidoriana quam meditabatur, supervacanea ad ejus laudem augendam reddatur. De Bibliotheca Scriptorum Soc. J. augenda, et emendanda, quae novi paucis aperiam. Verum est Zaccariam

amplum Scriptorum numerum collectum habuisse; sed labor iste fuerat Patrum Oudin, et Courtois, quorum schedulae nescio qua via in Zaccariae manus devenerunt; illas omnes vita functo Zaccaria ab haeredibus Cl. Arevalus coemit, ut indicavi in praefatione hujus supplementi. Est apud me tantum libellus Zaccariae manu scriptus, quem mihi dono dedit Cl. Josephus Cernitori Zaccariae familiaris, de Scriptoribus Jesuitis vel omissis a Sotuello, qui paucissimi sunt scilicet 9 solummodo, vel de eorum operibus vel nullomodo, aut saltem non ita distincte a Sotuello laudatis. Procedit ordine alphabetico, et cognomina nominibus praeponit. Sunt omnino numero 199. Ex dictis Zaccariam quisquis colliges levissimam modo operam bibliothecae conficiendae praestitisse: sed homo diligentissimus nihil legendo praetermittebat, quin illud in sua adversaria conjiceret, sylva, quantam posset ille comparanda, ut opportuno loco illam digereret ad novos libros apparandos. Hujusce Zaccariae libelli elementum *P*, quod reliquis elementis plenius est et uberius, meditor in altero supplemento totum exscribere, ne laude vel exigua defraudetur; et inde notum fiat, quae possem ab illo auxilia sperare. Nonnullos novi summopere mirari Zaccariam permisisse nomen suum apponi multis operibus aliorum Auctorum v. g. Tirini, Natalis Alexandri etc. in quibus Zaccariae fere nihil est quam brevis praefatiuncula, aut exiguae notationes. Dicam sincere quod sentio. Zaccariam neutiquam ostentatorem fuisse consentiunt omnes; unde judicandum non est auctorum operibus nomen suum gloriolae gratia captandae apposuisse... Certissimumque illud est typographos, egregia Zaccariae fama per universam Italiam, et alias Regiones plene diffussa, volentes aliorum Auctorum opera, secundis typis edere, Zaccariam rogasse, ut aliquomodo illa probasset suis vel praefatione, vel notis. Ea illi rebantur ratione suas iteratas editiones nomine Zaccariae nobilitatas, illis majori quaestui futuras; et ut ipse facilem se omnibus praestabat, typographorum voluntati indulsit. Haec est mea sententia.

Zallinger Franciscus Bulsani in Tyroli n. 14. Feb. 1743, Soc. ac. in Provincia Germaniae Superioris 9. Oct. 1760 In Collegio Ingolstadiensi Provinciae Bavaricae anno 1773 Theologiae addiscendae in quartum annum vacabat. Extincta Societate renuntiatus fuit Oeniponti publicus Physices, Historiae naturalis, ac Mineralogiae Professor. Opera = *Abhandlung von den Ueber schwemmungen in Tyrol.* (De alluvionibus Tyrolensibus Dissertatio) Oeniponti 1779 in 8 = *Abhandlung von der Elektricitat des in Tyrol gefunden Turmalins.* (De vi electrica Turmalinorum Tyrolensium Dissertatio) Oettingae 1779 in 8. Qui naturam, ac proprietates hujus lapidis a Cl. Linneo in Flora Ceylanica *lapis electricus* nominati nosse cupiat adeat Dictionarii Chimici Cl. Petri Josephi Macquer tomum X. Ticini 1784 cum interpretatione, ac notis eruditissimi Joannis Antonii Scopoli, qui de Turmalino egregie disserit, et Zallingerum haud exigua laude commendat = *Grund-Satze der elektricitat* (Fundamenta Theoriae Electricitatis): ex eodem Clar. Scopoli = *Praelectiones ex universa Mathesi* tom. II. in 8. Oeniponti.

Zallinger Jacobus Antonius (nomen *Antonius* nonnumquam desideratur) Bulsani in Tyroli an. 26. Jul. 1735. Soc. ac. in Prov. Germaniae Super. 9. Octob. 1753 v. 4 nun. 2. Feb. 1771. Profitebatur logicam in Dilingano Collegio an. 1773. Extincta Societate Doctoribus Theologiae fuit adscriptus, et creatus fuit publicus SS. Canonum professor in Lyceo Augustano Catholico ad S. Salvatorem: quod impositum munus praeclarissime gessit tanto sibi undique comparato nomine, ut Pius VI. illum Romam vocaverit de gravissimis rebus Ecclesiasticis consulendum. Hanc ego egregiam opportunitatem nactus, saepe doctissimum, modestissimumque virum

invisi, assidue, et attente eruditos ejusdem sermones auscultavi haud exiguo, si quam habeo, eruditionis emolumento. Est in vivis hoc an. 1815. Opera = *Lex gravitatis universalis, ac mutuae cum theoria de sectione coni, potissimum elliptica etc.* Monachii formis academicis 1769 in 8. = *Analysis moralium argumentorum in Philosophia theoretica Dissertatio*. Dilingae 1771 in 4 = *De expositione physica demonstrationum mathematicarum in Philosophia naturali. dissertatio*. Dilingae typis Joan. Leonardi Bronner 1772 in 4 = *Interpretatio naturae seu Philosophia Newtoniana methodo exposita, et academicis usibus adcommodata* tom. III: tomus primus Augustae Vindel. 1773 sumptibus Josephi Wolf: secundus ibid. 1774: tertius ibid. 1775: tomus secundus et tertius adeo eruditis placuerunt ut illico item fuerint editi = *Institutionum juris naturalis, et Ecclesiastici publici libri quinque*, (quos eleganti dicatione consecravit Pio VI. P. M.) Augustae Vind. 1784 sumptibus Matthaei Rieger in 8 = *De usu, et systematica deductione juris naturalis, et Ecclesiastici publici commentariolum*: ibidem omnino = *Historiche Bemerkungen etc.* (Meditationes historicae). Francofurti 1787. Oppugnat famosum Conventum Empsensem, et Nunciaturam Coloniensem defendit = *Institutiones juris Ecclesiastici maxime privati ordine Decretalium* tom. IV. ibid. tomus primus et secundus an. 1792: duo posteriores 1793 = *Institutionum juris Ecclesiastici publici, et privati liber subsidiarius primus, qui est isagogicus, et principia, ac fontes juris Ecclesiastici exhibet*. Augustae Vindel. sumptibus Matthaei Rieger 1791 in 8. = *Liber subsidiarius secundus, qui est chronographicus, et descriptionem temporum, cyclos epactales, et periodos exponit*: ibid. omnino. Utrumque librum dicat Auctor Josepho Antonio Weissembachio quem suo loco laudavi, S. Theologiae Doctori, et Canonico ad Aquas Duras. = *Disquisitionum Philosophiae Kantianae libri duo*. Augustae Vindel. in officina libraria Ignatii Veith 1799: tom. II. in 8; quibus acriter refutat errores, fallacias, et absurditates impii Philosophi Kantii = *Antonii a Torre expostulatio adversus Bonosum Reschampium de Nunciaturis*; tacitis loco typis, et sumpto Antonii a Torre nomine. Pontificis Romani jura egregie defendit = *Bernardi Zamagnae Echa: libri duo*. Dilingae 1773. Haec habeo in meis schedulis; unde si a mente non discessi probabiliter dicam hanc Zamagnae Echo notis saltem Zallingeri fuisse illustratam. Relaxandis Lectorum animis referam, quod humanissimus Zallingerus mihi narrabat Genitorem nempe suum derelicta Jesuitica militia, cui Juvenis nomen dederat, tres filios ad eamdem amplectendam allexisse; quos cum videret ingenio, ac doctrinis excellere lepide dicebat se supplemento trium strenuorum militum militis ignavi desertionem redemisse; et D. Ignatium non modo male de se meritum, quin etiam multum illum sibi debere.

Zallinger Joan. Bap. Bulsani in Tyroli n. 16. Aug. 1731. Soc. ac. in Prov. German. Sup. 9. Oct. 1747 v. 4 n. 2. Feb. 1765. Poesim, Rhetoricam, Philosophiam docuit; et in Oenipontano Collegio, Physicam profitebatur 1773. In eadem Universitate Oenipontana extincta Societate Historiam naturalem docuit Regius Caesareus Professor renuntiatus. Obiit in patria an. 1785 die 11 Juliis. Opera = *De ortu frugum ex mechanismo plantarum dissertatio deducta*. Oeniponti 1769 = *Abhandlung von den schleunigen, und zu verlaszigen Hilfsmitteln den Ackerbau in lande Tyrol zu verbessern, und zu vermehren, wie auch den anscheinenden Holzmangel werkthatig zu steuern*. (Dissertatio de ratione certa et praesentissima perficiendae, et augendae agriculturae in Comitatu Tyrolensi, etc.) Oeniponti 1769: quae praemio ab Academia affecta fuit *De viribus materiae*: ibid. 1771 = *De incremento frugum*: ibid. omnino = *De*

morbis plantarum cognoscendis, et curandis dissertatio ex Phainomenis deducta: ibid. 1773.

Zamagna Bernardus, Ragusinus, n. 9 Nov. 1735, Soc. ac. in Prov. Romana 24 Nov. 1753. Dum Theologiae vacaret in Collegio Romano renuntiatus fuit Academicus controversiarum, quo munere non nisi ingenio, ac doctrina praestantiores decorabantur. Anno 1772 Rhetoricam in Collegio Senensi docebat in annum septimum. In Arcadiam Romanam cooptatus usus est nomine Triphyli Cephisii. Extincta Societate Mediolanum vocatus Eloquentiae, ac linguae Graecae Regius, Caesareusque fuit publicus Professor. Opera = *Epistolae versu heroico latino*. quae numero sunt 15. Venetiis typis Antonii Curti in 4 sine anno = *Echo libri duo* versu heroico Romae typis Bizzarini Komarek 1764 in 8. His duobus libris adjuncta sunt *Selecta Graecorum Carmina versa latine a Raymundo Cunichio*. Utrumque opus summis laudibus extollunt approbatores Benedictus Stay Pontifici Romano ab epistolis latinis, et Michael Angelus Morei dignissimus Arcadiae Custos Generalis, Cultor uterque Parnassi praestantissimus = *Navis aeria, et Elegiarum monobiblos*. Romae per Paulum Giunchi 1768. = *Tiberio Burghesio Senensium Archiepiscopo renuntiato Oratio etc.* Senis 1772 per Vincentium Pazzini Carli in 4 = *Homeri Odyssea latinis versibus expressa*. Senis 1777 in fol typis fratrum Pazzinii Carlis. Eleganti carmine heroico dicat Auctor opus Petro Leopoldo Hetruriae Duci, deinceps Imperatori. Legitur initio egregium epigramma Raymundi Cunicchii in laudem Odysseae Zamagnae, et hujus non minus egregium responsum ad Cunicchium Illiadis latinae Auctorem. De hac Odysseae versione, et de illa Illiadis interprete Raymundo Cunich perbelle cecinit Hirpinus Poeta: *Majestas eadem: certant Romana Pelasgis Carmina*; ut nos docet elegans Paschalis Guida in adnotatione secunda, ad *Hirpini Poetae in Germanum Penthecatostichon*. Neapoli 1789 ex typog. Simoniana: quis lateat nomine Hirpini minime novi; nisi sit Ricciardus quem laudat pag. 92, et 93. Illud profecto constat Hirpinum esse Beneventanum, et dum *Pentecatostichon* edidit quinque supra octoginta aetatis annos excegisse, et versu latino convertisse poema gallicum *Veneris Gnidi templum*, *et Cupidinem praecisis alis*, auctore Montesquieu = *Theocriti, Bionis, et Moschi Idyllia omnia*. Senis ex typog. Pazziniana 1788. Typographus monet magnam horum Idylliorum partem iam antea editam fuisse cum italica versione Nostri Aloisii Bucchetti; monetque iterum Bernardum ita maximi habuisse Cunicchii versionem latinam Idylliorum 1: 2: 4: 8: 18: 21: et 28 ut versioni suae intexuerit = *De Imp. Caes. Aug. Josephi II., et Russi Imperatr. Aug. Catharinae II. in Urbe Mohilovia faustissimo congressu B. Z.* (Bernardus Zamagna) *Elegia*. Extat in *Progressi dello spirito umano .... o sia giornale Letterario etc. Alli confini d'Italia* 1800. Num. 45 pag. 344: Ibidem extat, sed pag. 388 eximia versu latino interpretatio praestantis epigrammatis italici in obitum Mariae Theresiae Imperatricis auctore Marchione Valerio Ciccolino Patricio Maceratensi. = *In funere Caroli Firmiani Elegia*: extat in *Progressi dello spirito umano etc. ... o sia giornale letterario etc. alli Confini d'Italia*, 1802: pag. 192: praecesserat pag. 184 ejusdem pulcher Hendecasyllabus, quo elegiam mittit ad Comitem Josephum di Wilzech. Plura de re Accipitraria scripsit; quae interrupit cum novisset alios in eo argumento versari. Ex Dolci *Fasti litterario Ragusini* = *Hesiodi opera omnia latinis versibus expressa atque illustrata*. Ex Regio Parmensi Typographeo, 1785 in 4. Nitidissimo carmine heroico dicat Auctor opus Ferdinando Austriaco Imperatoris Josephi II. fratri, et Insubriae Gubernatori. Jam prius Noster ediderat seorsum et Senis ni fallor versionem carmine latino *operum*, et *dierum*, atque

Herculis Scuti, cum duabus perpolitis Elegiacis dicationibus Josepho Spergesio; deflet in secunda Mariae Theresiae Imperatricis Austriae mortem.

Zeno Franciscus, Societati accessit in Provincia Bohemiae in cujus Pragensi Collegio ad S. Clementem Professor publicus erat Mathesis anno 1773. Opera = *Elementa Algebrae*, *Geometriae*, *et Trigonometriae*. Pragae per Emmanuelem Diesbach 1769 in 8 = *Abhandlung von den Versteinerungen und Fossilien*, *die bey Prag befunden Worden* (De petrificationibus, et fossilibus quae apud Pragam reperiuntur) Pragae. = *Pragischen Physikalischen Belustigungen etc.* (Oblectationes, seu Otia Physica Pragensia). His in Otiis extant nonnulla Zenonis opuscula.

Zorzi Alexander, Venetiis natus 11 Sep. 1747, Soc. ac. in Provin. Veneta 13 Oct. 1764. Exeunte anno 1772 Theologiae in annum quartum operam dabat in Collegio Bononiensi S. Luciae. Extincta Societate, quo aliis prodesset, Adolescentibus Ecclesiasticis domi disciplinas theologicas explicabat. Verum a Cl. Crispino Bevilacqua honestissimis conditionibus allectus Ferrariam se contulit, ut Crispini demortui Fratris filios moribus, ac disciplinis imbuendos susciperet: quod Alexander egregie praestitit, summa cum approbatione Crispini, puerorumque profectu. In deliciis habuit linguam Gallicam, suamque Hetruscam quam maxime coluit. Linguam vero Latinam despicatui fere habuit, quod instar monstri est in homine latinissimo, qualem se Alexander exhibet in suis epistolis. Graece quoque hebraice, hispanice, et anglice novit. Candido fuit pectore, amicus fidelissimus, et Catholicae Religionis tenax, cujus studio mirifice inflammatus novam Encyclopediam Italicam cogitavit, ut Gallicam innumeris scatentem contra Religionem erroribus purgaret, aut penitus aboleret: ad quod sanctissimum propositum exequendum doctissimos quosque Italos vehementissimis suis litteris excitavit. Obiit Ferrariae 14 Julii 1779 magno ejusdem desiderio apud omnes relicto qui ab ejus ingenio, et eruditione praeclarissima multa monumenta expectabant. Morti proximus, plangentibus amicis, ipse unus laetitia perfusus videbatur, oculis in coelum sublatis praemiorum vitae aeternae spe firmiter erectus. Compendiarium ejus vitam typis edidit Scriptor elegantissimus latinus Eques Clementinus Vannettius. Opera = *Del modo d'insegnare a' fanciulli le due lingue Italiana*, *e Latina* (De ratione docendi pueros linguam Italicam, et Latinam) Ferrariae 1775 typ. Josephi Rinaldi in 8 = *Prospetto di una nuova Enciclopedia Italiana*: ibid. 1776. = *Prodromo della nuova Enciclopedia Italiana*. Senis apud Fratres Pazzini 1779. Quae in hoc prodromo de libertate, de prima Adami labe nobis innata, et de gratia Alexander disserit illustrem Metaphysicum, ac Theologum ostendunt; eodem in opere asserit se commentarios scribere in librum D. Augustini *de Correptione*, *e Gratia* = *Lettere tre di Alessandro Zorzi Veneziano al Sig. Proposto Marco Lastri Fiorentino intorno a ciò che ha scritto il Sig. Martino Serlok: primo dello stato della Poesia Italiana*; *secondo dell' Ariosto*: *terzo del Sakespear*. Ferrariae per Rinaldi 1779. Martinum Alexander oppugnat contendentem inepte Italos poetica neutiquam laude florere, nec Areostum magnum fuisse Poetam, Sakespearium denique Poetis omnibus, et Oratoribus esse longe superiorem = *Alexandri Georgii et Clementini Vanetii Epistolarum liber*: et extat in opere inscripto *Clementini Vanettii equitis commentarius de Vita Alexandri Georgii etc.* Senis per Fratres Pazzinios 1779 in 8 = *Institutio puerilis ad fratris filium* carmine latino a Mureto edita, versibus italicis reddita ab Alexandro fuit; extat in Petri Dominici Soresi scriptoris clarissimi praeceptis linguae Etruscae (*Erudimenti della lingua Toscana*) Rovereti editis an. 1778, curan-

te Equite Vannetio, tacito Alexandri nomine summopere renuentis illud italicae interpretationi apponi = Descriptio compendiaria defensionis Thomae Serrani pro Martiale, et Seneca: extat in XII. Volumine Mutinae edito titulo *Continuazione del nuovo Giornale de' Letterati d'Italia* = Poematia aliquot Italica m ss. reliquit Laurentius Barotti (de quo superius) hac elegante inscriptione, quae extat in *Notizie intorno all'Abate Alessandro Zorzi Veneziano* ad calcem *Prodromi novae Encyclopediae Italicae*, Alexandrum decoravit.

QUIETI ÆTERNÆ

Alexandro Georgio Veneto

Generis nobilitate, morum innocentia lenitate animi, Ingenio ac doctrina praestantissimo, Qui dum opus scientiam omnem, omnesque artes Complectens moliretur, atque a nonnullis Italiae litteratis viris adjutus iam inchoasset summo litterarum damno, et Amicorum dolore. obiit Ferrariae Pridie. Id. Jul. A. CIϽ IϽCC LXXVIII annos natus XXXI. M. X. DIIL.

L. B. Amico dulcissimo P. C.

Lectoribus cautum esse velim, illis maxime dialecti Venetae imperitis, ne decipiantur, quod in proclivi est, rati Alexandrum Georgium bona latinitate scribentem diversum esse hominem ab Alexandro Zorzi optimi Hetrusci sermonis auctore. Veneti Georgios *Zorzi* eorum dialecto vocant.

Züntl Sigismundus Bavarus Monachii n. 23 Dec. 1745, Soc. ac. in Prov. Germaniae Superioris 28 Sep. 1763. In Collegio Ratisbonensi Provinciae Bavariae an. 1772 Rhetoricam profitebatur, et anno insequenti Theologiae addiscendae operam dabat in Collegio Ingolstadiensi ejusdem Provinciae. Opera = *Praecipua quae Doctores Ecclesiae in Evangelia singulis per annum dominicis apud nos legi solita commentati sunt, collegit, digessit, exegesi historica auxit, atque in usum eorum, qui pro concione dicunt*, *edidit*: tom. IV. an. 1788 Monachii opinor: Ex II°. tomo operis inscripti *Glukseligkeitslehre* auctore nostro Sailer. Monachii 1791 apud Josephum Lentner, bibliopolam.